BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 M C
44

Opus judiciale Umberti LOCATI

I

?.3.15

13.G.f.10

d.3.15.

OPVS QVOD IVDICIALE INQVISITORVM DICITVR,

PER F. VMBERTVM LOCATVM PLACENTINVM, INQVISITOREM, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSOREM

EX DIVERSIS EIVSDEM SACRAE Theologiæ, & I. V. D. extractum.

CVM ADDITIONE NONNVLLARVM quæſtiuncularum, & deciſionum quorumdam notabilium caſuum tam in Vrbe, quam Placentiæ diſcuſſorum,

AC FORMVLIS AGENDORVM in fine poſitis.

CVM DVPLICI INDICE.

ex libris PP. Doctrinae Xpianae Collegij Rom. in Monticellis



ROMAE

Apud Hæredes Antonij Bladij impreſſores Camerales, Anno. M, D, LXVIII.

13 6 C. 44

AD BEATISSIMVM PIVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM

FRATER VMBERTVS LOCATVS

Theologorum minimus, ac vniuerſalis hæreticæ prauitatis Inquiſitionis Commiſſarius generalis.

OPVSCVLVM *hoc, beatiſs. Pater, quod pro hæreticæ prauitatis Inquiſitorum cataphygio ex diuerſis theologiæ, ac iuris vtriuſque profeſſoribus excerpſi, in publicum prodire cupiens; cum ſudore adhuc madeat; vtpote qui ex accuratis laboribus recens emerſit, ne detractatorum turbinibus afflictus, pleuritidem incurrat; tuum, ſanus adhuc, magis videtur auere præſidium; quam pituitam poſtmodum paſſus, medicorum cogatur implorare ſuffragia.* Nam *quum tu aliàs omnibus huius negotij iudicibus diu, & egregie præfueris; nuncque totius reipublicæ chriſtianæ monarcham agas perfectiſsime, tua interreſſe putat; pro catholicæ, & apoſtolicæ fidei cauſis ad te recurrentes & feſtiue accipere, & fouere leniter.* Et *quia quicquid erga fidei reos iudex ſit facturus, liber complectitur; tu iudicum iudex & hilari vultu ſuſcipere, & benigniori eum proſequi fauore dignator.* Ve*rum ſi quid correctione dignum in illo offenderis; tua, cui & ſcripta a me & ſcribenda omnia ſubijcio, cenſura & caſtigatione te vti, ac humilitatis meæ memorem diu viuere exopto.*

COVM illum, qui ex medendi celebritate AEſculapio ſe prognatum exiſtimari promeruit; cum ex Illyricis venturam peſtilentiam perpendiſſet, ad feiendam opem circa vicinas vrbes diſcipulos miſiſſe legimus. Siquidem nõ modo quæ ſunt, quæ ue fuerunt, ſed & quæ ſequentur futura nouiſſe medicum oportere dicebat. Tanti nos viri exẽplo moti, cum luem hęreſeos caulas ouium Chriſti ſubintrare, & more apri de ſylua furentis, Eccleſiæ catholicæ clauſtrum infringere, vineamque domini vaſtare, & demoliri in dies videamus; ad illos, quorum intereſt ad fidem orthodoxã ab ea deuiantes reducere, atque in linea (vt dicitur) retinere, hos noſtrarum lucubrationum fructus, tamquam haud mediocriter inſtructos diſcipulos mittere curauimus. His ſi quidẽ prudentiores orthodoxæ fidei iudices non tantum veluti theſmothetæ, ſed tamquam Lictoribus honeſtati Conſules, Prætoreſue vti poterũt. Verum quia non pręſcindere, ſed cauere linguas auidiſſime cupimus; hoc vnum candidiſſime lector rogamus; vt videas, legas, perlegas, & trutines: laboriſque noſtri contemptum ad vltimum reſerues.

INDEX TITVLORVM CONTENTORVM IN OPERE.

A.

Abiurare,& abiuratio.
Abolitio.
Abſens.
Abſoluere,&abſolutio.
Accuſare,& accuſatio.
Adoratio.
Adminicula.
Aduocatus.
Alienationes.
Alimenta.
Amatorium poculum.
Amicus.
Appellare & appellatio.
Apoſtaſia.
Arbiter, & arbitrator.
Auxilium.

B.

Beneficium.
Blasphemi.
Bona fides.
Bona opera.
Bona hęreticorum.
Bonorum confiſcatio.

C.

Cadauera.
Calumniator.
Captus.
Carcer.
Citatio, & citatus.
Ciuitas.
Clericus.
Collegium.
Comparere.
Complices.
Confeſſio.
Confiſcatio.
Comparitio.
Conſentiens.
Conſilium.
Conſtitutiones.
Conſuetudo.
Contumax.
Conuerſatio.
Conuictus.
Copia.
Credibilia.
Credentes hæreticorum.
Cridæ.
Crimina.
Criminoſus.
Crucęſignati.
Culpa.
Curator.
Cuſtodes carcerũ.

D.

Damnatus.
Defenſiones.
Defenſores.
Degradatio.
Delegatus.
Denunciatio.
Depoſitio.
De plano.
Diffinitiua.
Dignitas.
Diœceſis.
Diſpenſare.
Diuinationes.
Diffamati.
Diſpenſare.
Diſputare.

Doctor.
Dolus.
Domeſtici.
Domicilium.
Domini tēporales.
Domus hæretici.
Dubius in fide.

E.

Eccleſia.
Emancipatio.
Enormitas.
Epiſcopus.
Exceptio.
Excommunicati.
Excuſatio.
Exempti.
Exhumare.
Eximens.
Expectare
Expenſæ.
Extrahi de eccleſia

F.

Factum.
Falſum.
Fama.
Famuli.
Fautores.
Feudatarii.
Fideiuſſor.
Fides.
Filii hæreticorum.
Fiſcus.
Fornicatio.
Forum.
Frater.
Furioſus.

G

Gentilis.
Gratia.

H

Hæreſis.
Hæreticus.

I.

Imagines.
Impedientes.
Impænitentes.
Incontinenti.
Incorrigibilis.
Indicium.
Infamia.
Infidelis.
Iniurians.
Inimicitiæ.
Inquiſitio.
Inquiſitor.
Inquiſitus.
Inſtructio.
Inſtantia.
Interdicta.
Interpretari.
Inſtrumenta.
Inuocare.
Irregularitas.
Iudæi.
Iudex.
Iudicium.
Iuramentum.
Iuriſdictio.
Ius.

L.

Laicus.
Lata culpa.
Laudum.
Legatus.
Legitima.
Lex.
Libelli famoſi.
Libri.
Licentia.
Literæ.
Litigator.
Liberi.
Loca.
Locatio.

M

Malicia.
Maumetus.
Magnum.
Maiores.
Manifeſtum.
Maritus.

INDEX.

Martyrium.
Mater.
Matrimonium.
Mendacium.
Metus.
Miniſtri.
Miſerabiles.
Modicum.
Modi.
Monitio.
Mora.
Mors.
Mulier.
Mulcta.

N

Neceſſitas.
Negociatio.
Necromantia.
Nobilis.
Notarius.
Notorium.
Nuncius.

O

Obedientia.
Obligatio.
Obliuio.
Obſcura.
Occiſor.
Occultum.
Officialis.
Officium.
Opinio.
Ordinarius.
Ordo iudicialis.
Ordinatio.

P.

Pactum.
Pallor.
Papa.
Patere.
Pater.
Patronus.
Pauper.
Peccatum.
Pænitentia.
Peremptorium.
Periurus.
Perſeuerantia.
Perſonæ dignitas.
Pertinacia.
Pocula amatoria.
Pœna.
Potentia.
Præceptum.
Presbyter.
Præſcriptio.
Prætor.
Præuentio.
Præſumptio.
Princeps.
Principium.
Priuata perſona.
Priuilegium.
Probatio.
Procedere.
Proceſſus.
Procurator.
Productio.
Promiſſio.
Prorogatio.
Publicatio.
Publicum.
Punitio.
Pupillus.
Purgatio.

Q

Quadragennalis.
Querela.

R.

Raptor.
Ratificatio.
Receptatio.
Receptator.
Relapſi.
Relaxare.
Relatio.
Religioſi.
Replicatio.
Reſidentia.
Reſtitutio.
Retractatio.
Reuocatio.
Reus.

S.

Sacerdos.
Sacramenta.
Sacrilegium.
Scandalum.
Scientia.
Schiſma.
Scriptura.
Secularis poteſtas.
Semiplena ꝓbatio.
Senex.
Sententia.
Seruus.
Simonia.
Socius criminis.
Sortilegia.
Sportulæ.
Statutum.
Stylus.
Subditi.
Supplicium.
Suſpenſus.
Suſpicio.

T.

Tacens.
Terminus iuris.
Teſtis.
Tinila.
Tyrannus.
Tortura.
Turpitudo.

V

Vacillatio.
Vagabundus.
Vehemens ſuſpicio.
Veritas.
Via.
Vicarius.
Vicinus.
Vocatus.
Voluntas.
Vnio.
Vniuerſitas.
Vnum.
Vſura.
Vtens.
Vxor.

Quæſtiones.
Caſus deciſi.
Formulæ diuerſæ.

FINIS Indicis Titulorum.

OPVS QVOD IVDICIALE INQVISITORVM DICITVR

PER FRATREM VMBERTVM LOCATVM PLAcentinum Inquiſitorem Sacræ Theologiæ profeſſorem ex diuerſis eiuſdem Sacræ Theologiæ, & I. V. D. extractum.

A

ABIVRARE, ET ABIVRATIO QVID.

1 ABIVRARE, licet ſecundum Ci. li. primo ad Atticum ſimpliciter negare ſignificet, Mihi autem (inquit Cic.) abiurare certius eſt, q̃ dependere, & ſecundũ Virgilium in 8. AEneid. contra ius tenere, ipſo poeta dicente, Abſtractæq; boues, abiuratęq; rapinę, ſecundum Doctores tamen, & prout noſtrę deſeruit intentioni, abiurare proprie eſt rem aliquam cum iuramento negare, & deteſtari, Quicunq; ergo id ꝙ prius affirmauit cum iuramento, & maxime in iudicio, reuocauerit, & cum iuramento negauerit, abiuraſſe dicitur. Qui namq; propria confeſſione, vel facti euidentia, vel teſtium legitima atteſtatione de hæreſi fuerit conuictus, vel de ea ſuſpectus, ſecũdum qualitatem ſuſpicionis, hæreſim debet abiurare, vt in. c. accuſatus de hære. li. 6. & c. ad abolendam de hære. & ſi relabatur, pœna relapſis debita punietur iuxta. di. c. accuſatus, niſi primo abiurauerit tamq̃ leuiter ſuſpectus, quia ſecundo licet grauius puniri debeat q̃ primo, non tamen pœna relapſorum, quam abiurationem ſi reus negat facere, non videtur vere redire, ideo tamq̃ hæreticus eſt damnandus iuxta c. ad abolendam & c. excommunicamus, de hęre. & nota ꝙ qui abiurauit tamq̃ leuiter ſu- *Abiurare negãs quid.*

A ſpectus,

ſpectus, ſi poſtea iterum cadat in leuem ſuſpicionem, grauius (vt iam dictum eſt) debet puniri, q̃ ſi nunq̃ abiuraſſet, c. accuſatus de hære. li. 6. debet enim abiurare tamq̃ vehementer ſuſpectus, ſecundum auctorem lib. qui intitulatur Opus malei Maleficantur, & a ſimili quia ſecundum Gemin. qui allegat gloſ. in c. literas de præſump. vehemens ſuſpicio iterata tranſit in violẽtam. Siquidem abiuratio media multum aggrauat, quod patet ex hoc, quia ſi quis per centum annos fuiſſet hęreticus, & poſtea ad fidem redeat, non dicitur relapſus, ſiquis autem hodie abiuret hæreſim, & cras deprehendatur etiam errare in fide, relapſus iudicabitur, & vt relapſus punietur, Anchar. in c. accuſatus de hære. li. 6. ibi, notandum ſeptimo Circa abiurationis formam aduerte, ꝙ cum duæ idoneæ perſonæ, ſiue duo religioſi rogati ſunt loco notarii de aliqua abiuratione, eorum ſcriptura ſufficit, concurrente maxime ipſius rei confeſſione, & in tali caſu non poteſt dici ꝙ de ea ſolum conſtat per eius confeſſionem, cum adſit inſtrumentum probans ipſam abiurationem, adeo ꝙ videtur ceſſare difficultas, ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtantia abiurationis, de qua per tex. in c. accuſatus, de hæret. li. 6. & c. 1. de cenſibus. Et per Io. mona. quoniam meo iudicio ſufficere debet ꝙ reperiatur ſcriptura facta per partem abiurantem, ſeu notarium, vel perſonas duas idoneas loco notarij, cum ſi aliter diceretur, poſſent euenire multi caſus in quibus abiurationes eſſent nullæ, cum multi reperiantur qui neſciunt ſcribere.

Scriptura nõ eſt de ſubſtãtia abiurationis.

Abiurans tamq̃ hæreticus pœnitens, ſi poſtea hæreticos deducat, receptet, aſſociet, eis munera mittat, aut ab eis recipiat, eos viſitet, vel eis fauorem impendat, iudicatur relapſus vt in c. accuſatus vt ſupra, intellige tamen, niſi id quod facit aliqua bona ratione poſſit excuſare, vt ignorantia, vel ſtultitia, vel affinitate, vt in di. c. per Doct. & gloſ. plene habetur. 2

Abiurans tanq̃ hęreticus pœnitens, vel tamq̃ de hæreſi vehementer ſuſpectus, ſi poſtea in hæreſim labatur, verus cenſetur relapſus, licet primum crimen plene probatum non eſſet di. c. accuſatus & ibi Gem. & alij. 3

Qui

4 Qui abiurauit vt hæreticus, vel vt vehementer ſuſpectus, ſi poſtea labatur in hæreſim, vel fugit è carceribus, in quibus erat poſitus ad agendum pœnitentiam, ſi ſponte redierit ante q̃ vocetur a Iudice, vel quæratur ab eo, relapſus non eſt iudicandus, quia relapſus non dicitur, niſi qui bis eſt de hæreſi cõuictus, vel primo dedit vehementem ſuſpicionem, & ſecundo lapſus eſt; Qui autem ſponte venit, non dicitur ſecundo conuictus, & per conſequens nec relapſus iudicabitur, Alphonſ. de Caſtro in li. 2. de pun. hære. c. 2. facit quod dicit Abb. in c. cum non ab homine, de iudi. debes tamen tu Inquiſitor bene ſcrutari an reuera ſponte veniat. De fuga autem reorum vide infra in ver. Fuga. *Fugiens, e carceribus.*

5 Abiurans autem, & poſt abiurationem ſibi impoſitam pœnitentiam perficere renuens, dat de ſe vehementem ſuſpicionem ꝙ ipſum non pœnituerit, vel ad priora delicta redierit. Nota tamen pro maiori declaratione huius materiæ, ꝙ pro parte negatiua eſt dictum D. Ant. de Butrio in c. cum non ab homine de iudi. qui ait, Iam dixi ꝙ ſi eſt pœnitentia ei iniuncta, & non ſeruat, erit incorrigibilis, & poſſet tradi brachio ſęculari, iux. c. ad abolendam de hære. ſed hoc non placet. Intelligo ergo eum incorrigibilem, quãdo reuertitur ad priora delicta, vel in illis perſeuerat, & huius opinionis videtur etiam eſſe Barba. In oppoſitum eſt communis opinio doctorũ Bal. in di. c. cum non ab homine, ponens differentiam inter id quod principale iuriſdictionis prætoris, & id quod eſt vltimum, ſic dicens. Ille qui non obtemperat prętori in eo quod eſt principale iuriſdictionis ſuę, ideſt quia citatus non comparet, non dicitur incorrigibilis, licet ſit contumax, ille vero qui ei non obtemperat in eo quod eſt vltimum ſuę iuriſdictionis, vt quia depoſitus nõ dimittit officium, vel gerit officium, incorrigibilis dicitur, tunc ſic ſubſumo, ſed vltimum iuriſdictionis eſt pœnitentia, quam ponit per ſententiam quæ eſt vltimum auctoritatis, vt claret. Ergo qui pœnitentiam ſibi iniunctam non perficit, erit incorrigibilis, & impęnitens. Huius opinionis fuit Freder. de Senis. in conſ. 157. vbi ſic dicit, *Incorrigibilis quis ſit.* *Pœnitentiam non perficiãs.*

Subſcribens opinioni Abb. de Podioboniti, ꝗ Inquiſitor non poteſt remittere pœnam illi, qui pœnitentiam ſibi impoſitam poſt abiurationem non peregit. Io. Calder. in conſ. 490. quod eſt ſecundum de hæreticis prope finem, idem tenet. Quem & ſequitur Gemi. in c. vt cōmiſſi li. 6. de hæret. Abb. in di. c. cum non ab homine, de præſump. pertractans, quis di catur incorrigibilis, inter cæteros recenſet illum qui impoſitã ſibi pœnitentiam adimplere negligit, & ſpetialiter loquitur de eo qui fugit e carcere in quo fuerat ob crimē occluſus. Ad dictum autem D. Anto. de Butrio dicitur, quod ipſe pœniten tiam iniunctam non peragere, minus recte conſiderauit. Qui enim pœnitentiam impoſitam ſibi non impleuit, dat (vt iam dictum eſt) vehementem de ſe ſuſpicionem, & merito ſuſpica ri poteſt ipſum non pœnituiſſe, & ſic ad priora rediſſe pecca-ta, vel in ipſis perſeueraſſe, & ſic dicatur incorrigibilis etiam ſecundum dictum ipſius D. Ant.

An autem talis brachio ſęculari tradi poſſit, & debeat, duo bus modis reſponderi poteſt. Et primo dicitur de mente Io. Calder. in c. literas de præſump. ꝗ pœnitentiæ ab Inquiſitori bus imponi ſolitæ, ſunt in duplici differentia. Quædam enim ſunt quæ de directo contra hæreſim tendunt, veluti ipſam de-teſtari, cōtra ipſam prædicare, cum hæreticis non conuerſari, & ſimilia. Alia ſunt quæ non directe contra hæreſim ſunt, vt ieiunare, peregrinari, & ſimilia. Nam non implens pœniten-tias primi ordinis tradi debet curiæ ſęculari, non autem non implens pœnitentias ſecundi ordinis. Tunc enim quis dicitur relapſus, quando fecit illud quod non eſt dubium feciſſe ex cō ſcientia, & loquela approbati a ſe erroris. Et hoc videtur vel-le Doctores in di. c. vt commiſſi. de hære. Et quoniam carcer datur in pœnitētiam reis, ne alijs noceant, vel alios inficiant, & vt appareat an ambulent in tenebris, vel in luce, ideo e car cere fugiens tradi non debet curię ſęculari, ſed alia pœna pu-niri, puta pecuniaria. Vide Franc. Squilaceñ. in ſuo tractat. de fi. ca. c. 19. vide etiam infra in verbo, Relapſus. 6

Relapſus quis.

ABOLITIO.

ABOLITIO.

1 ABolitio dari debet ideſt circunduci proceſſus,ſeu abſolui in prima inſtantia ei, contra quē iudex habebat vehemētia indicia,tortus tamen noluit fateri. Salic. in l. ea quidē C. de accuſa.& l. ſi qui adulteri C. de adult. & in l. quisquis C. ad leg. iul. mai. Alex. in l. vnius .§. reus, in ver. nec confitetur ff. de quęſtio.per quod dictum ita declarat regulam.l. qui accuſare, & quæ dicit Bar. in l. fi. ff. de quæſtioni: vt ſcilicet tortus ſit abſoluendus, ſi indicia non excedebant metam. De hac materia vide Boſſium in pract. tit. de ſententijs nu. 68. vbi dicit de mente Cepolæ, ꝙ tormenta debent eſſe in tanta quantitate, vt ſit ſublata omnis probatio, alias poſſet Iudex reum nō abſoluere,ſed pecuniaria pœna damnare. Video (in quit) ſeruari in tali caſu quod ſit proteſtatio ſecundum modum Cepolæ, & deinde ratione probationum concludentium, ſuper quibus etiam non interrogatur, & ſic ceſſant omnes difficultates. *Tortura, quid faciat.*

ABSENS.

1 ABſens quis dicitur,cum extra ſuum domicilium eſt, videlicet in alia ciuitate,vel alieno territorio, vt per doct. in Auctē.præſente.§. vbi duo,dicuntur etiam abſentes clerici, qui reſidentiā non faciunt in loco vbi eſt eccleſia,vt in c.vt ius porrectum. 10.q.2.qui, ſi occurreret caſus pōderoſus, eſſent vocandi, Abb.in c. cum inter, de electio. Et nota ꝙ abſentes in tribus caſibus ſunt vocādi,in actu ſcilicet alienationis vt in c.cū inter vniuerſos de electi, & in c. quia propter. eodem in ceſſatione a diuinis vt in c. ſi canonici de off.ordi. li. 6. & in collatione prębendę, vt in c. cum in eccleſiis, de prębendis.

ABSOLVERE, ET ABSOLVTIO.

1 ABſolutus in foro cōſcientię hęreticus, poſtea delatus epiſcopo, vel Inquiſitori, de hoc errore licet emendatus,& correctus tam per cōtritionē cordis,q̄ per confeſſionē oris,& etiam per ſatisfactionem pœnitentiæ ſibi iniunctæ, quę pœnitentia eſt perfecta, & de pœni.di. 3.c. perfecta,& etiam quia diuina clementia nō patitur ꝙ crimina ſemel dimiſſa veniant

in ſuam

in ſuam amplius vltionem, vt de pœni. di. 4. c. diuina, non erit tamen immunis a temporalibus pœnis. Nam licet quis per pœnitentiam reſtituatur gratię, non tamen reſtituitur dignitati, ſeu priſtinæ poteſtati, vt de pœnit. di. 6. c. 1. & 15. q. 5. c. presbyter. In hoc enim crimine eſt duplex pœna, ſpiritualis videlicet, & tẽporalis, ſicut & in aliis criminibus quæ per iura puniuntur, vtputa in crimine homicidii, adulterii, falſi, furti, & ſimilibus. Vnde quamuis talis peccans per contritionem, & confeſſionem ſit reſtitutus gratię, ita ꝙ non immineat ei pœna ęternalis gehennæ, non tñ eſt reſtitutus quoad pœnas alias temporales, ſicut patet in eo qui commiſit furtũ, cui per pœnitentiam non remittitur pœna, vt ff. de furtis l. qui ea mente, ſimile in raptore vt ff. vi. bo. rap. l. non prodeſt, diffuſe vide Zanchinum de hære. c. 34. & ibi additionẽ Campegii, qui ibi allegat Bullam in Cœna Dñi D. N. D. Pii Papæ V. in qua excõmunicantur omnes hæretici & ſchiſmatici quocunq; nomine nuncupentur, & cuiuſcunq; ſectæ exiſtant, ac omnes eorundem hæreticorum fautores, receptatores, & illis credentes, ac eorum libros abſq; Sedis Apoſt. auctoritate ſciẽter qomodolibet legentes, aut in domibus ſuis tenentes, imprimẽtes, aut quomodolibet deffendẽtes ex quauis cauſa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore, & generaliter quilibet defenſores eorundem, quæ omnia diligentiſs. proſpicienda ſunt, & præſertim quæ ad libros damnatos attinẽt, quia non modo legentes, ſed etiam tenentes eos in domibus quamuis non legant, ſi id ſcienter faciunt, ſunt excommunicati. Nec excuſantur qui animo impugnandi, & confutandi, aut alia etiam honeſtiori cauſa legunt, quia lex dicit quomodolibet, &c. & per Pium Quartum Pont. Max. licentiæ omnes legendi, & tenendi conſimiles libros reuocatæ fuerunt ꝑ eiuſdem conſtitutionem, quæ incipit cum pro munere. Dat. Romæ ſub annulo piſcatoris die. 24. Martii. 1564. Pontificatus ſui anno quinto.

Duplex, pœna.

Pœna tẽporalis, nõ remittitur.

Libros ꝓhibitos tenentes.

Similiter tenentes excuſari nõ poſſunt, ſi libros in arca occluſos occulte retinent, ita vt a nemine legi, aut videri permit- 2

tantur,

tãtur, quia omnes ſimiles excuſationes per talem ſententiam & etiam per allegatam conſtitutionem Pii IIII. pręſcindunt.

3 Et quoniam pleriq; confeſſarii, tum ſęculares, tum regulares indiſtincte, & ignoranter abſoluunt, ſeu potius inuoluunt, & ſibi datæ facultatis limites ad ea quæ ad ſolum Rom. Pont. ſpectant, extendunt, ſuamq; ignorantiam, ac temeritatem nõ numq̃ priuilegiorum, aut confeſſionalium prætextu paliare ſtudent, ideo Rom. Pont. in .§. non obſtantibus aperte declarat, ꝙ nulla priuilegia, nullæq; indulgentiæ, aut Apoſtolicæ literæ, aut confeſſionalia, ſeu facultates alię, quæ verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura conceſſa hactenus ſint, & in futurum quomodolibet concedi contingeret, cõtra pręmiſſa ſuffragari poſſunt, qua lege omnes comprehenduntur quacunq; præfulgeant dignitate, etiam Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, ſeu quauis alia eccleſiaſtica, & mundana.

4 Deinde in .§. illos autem, excommunicantur illi qui tales abſoluunt, & verba ipſa ſunt clara, ita vt à quocunq; etiam rudi confeſſario intelligi poſſint; Ita enim ibi legimus. Illos autẽ qui contra tenorem præſentium talibus, vel eorum alicui ſeu aliquibus abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, excommunicationis, & anathematizationis ſentẽtia innodamus, eiſq; p̃dicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audiendi confeſſiones officia interdicimus, & quidquid egerint abſoluendo, vel alias, nullius ſit roboris, vel momenti. *Abſoluẽte, indignos.*

5 Cum itaq; hæc abſoluendi facultas Pont. Max. ſit reſeruata, ipſeq; Pontifex Epiſcopis, & Inquiſitoribus tantummodo eam impartitus fuerit, non debent alii presbyteri ita audacter de his grauiſs. criminibus ſe intromittere, nec damnatos libros tenentes abſoluere, vt pleriq; faciunt, nec ea quę ad Sãctum Inquiſitionis officium attinẽt attẽtare. Similiter Epiſcopi, & Inquiſitores bene caueant quomodo huius abſolutionis beneficiũ impendant. Habent quidem Epiſcopi hanc abſoluendi facultatem a Concilio Tridentino ſeſ. 24. in cap. 6. de reformat. vbi declaratur quod ipſi tantummodo id agere valeant,

leant, & ꝙ ad ſuos Vicarios non extendatur. Inquiſitores autem ampliorem poteſtatem habere videntur, cum non modo ipſi, ſed & eorum Vicarii in foro conſcientię hęreticos pœnitentes abſoluere poſſint, vt patet in literis Clementis Papę 7. in .§. vobis etiam, vbi ſic habetur. Vobis etiã, ac Vicariis prę dictis extraiudicialiter Lutheranos occultos, & non Inquiſitos per ordinarium, ſiue alios Iudices, ac alios quoſcunq; hęreticos, fautores, credentes, defenſores, & receptatores, necnon & à ſancta fide apoſtatas, eoſq; qui contra inhibitionem Sedis Apoſtolicæ tenuerunt, vel legerunt libros Martini Lutheri, vel aliorum, aut eidem, ſiue eiſdem quomodolibet adhæſerunt, ſi ad cor reuerſi pœnitentes id humiliter petierint, poſtq̃ hæreſim qua polluti, & infecti erant abiurauerint, medio iuramento promiſſerint de cætero ab huiuſmodi hæreſi penitus abſtinere, abſoluendi, illiſq; pro pręmiſſis pœnitentiam iniungendi ſalutarem, eoſq; ad gremium ſanctę Matris Eccleſiæ reſtituendi, & reducendi. Quæ quidem verba diligenter ſunt perpendẽda, quia non quibuſcunq; indiſtinctè abſolutio impendenda eſt, ſed his tantum qui occulti ſunt, qui (inquam) per Iudicem aliquem non ſunt inquiſiti. Quod ſi quandoq; contingat, vt aliqui non occulti, ſed inquiſiti de facto abſoluantur, talis abſolutio his non ſuffragatur. Rurſus in his verbis notandus eſt modus, qui in ſimilibus abſolutionibus obſeruari debet. Quamuis enim hęc in foro conſcientiæ agantur, neceſſe tamen eſt vt pœnitẽtes id humiliter petant, vt hæreſim abiurent, vt iuramẽto promittant, ꝙ in poſterum ab hmōi hęreſibus penitus abſtinebunt. Quibus peractis abſolui poterunt iniuncta pœnitẽtia ſalutari. Aliud præterea ex his elicere poſſumus, nẽpe ꝙ cum Inquiſitoribus, & eorũ Vicariis facultas hęc tradita ſit, nō poſſunt Inquiſitores ipſi quibuſcũq; ſimplicibus ſacerdotibus eã impartiri: quia apoſtolica verba ad alios nō Inquiſitores, aut nō Vicarios extendenda nō ſunt. Quare putandũ eſſe cẽſeo, ꝙ ſacerdotes quos Inquiſitores veluti ad id minus idoneos optãt, vt hæreticos abſoluere poſſint Vicarii in hac parte ab ipſis Inquiſitoribus eſſent inſtituendi.

Occultus hereticus abſoluitur.

Occulti, hæretici, qui ſint.

6 Vlterius conſiderandum eſt, ꝙ cum aduerſus taliter abſolutos in foro exteriori poſtea procedi valeat, ſi illorum crimina ad Iudicis notitiam deducātur, propter hoc optimum eſſe putarem, vt abſolutionem in foro conſcientię petentes, ab Inquiſitoribus, aut Vicariis prædictis, vel ab Epiſcopis, cum ad eos pro abſolutione accedunt, de hoc optime admoneantur, & bonis rationibus inducantur ad abiurationem in foro iudiciali faciendam, cum notario, & teſtibus, ne poſtea ab officio Inquiſitionis iterum perturbentur. Nam hoc modo & pœnitentibus, & officio Sancto optime conſultum erit. Nec eos terrere debet relapſus periculum, ſi errores omnino deſerere, ac fidem catholicam perpetuo tenere ſtatuerunt.

Cautela, ĩ abſoluẽdo hæreticos in foro conſcientiæ.

7 Conſiderent etiam Inquiſitores, & Epiſcopi admonitionẽ ſuper eis exhibitam in 3. parte direct. poſt formam 2. monitorij ad hæreticos reuelandos, vbi cum his qui tempore gratiæ voluntarie veniunt, nec accuſati, nec denunciati, nec citati ſunt, mitius agendū eſſe docet, deinde mox ſubdit. Attendat tamen Inquiſitor taliter venientes, qualiter velint errorem ſuum detegere. Nam ſi in foro tantum pœnitentiali per modum confeſſionis ſacramentalis errores ſuos aperire volunt, Inquiſitor (inquit) non admittat, nec confeſſiones eorum audiat. Non enim Inquiſitores, vt inquiſitores, ſunt Iudices in foro pœnitentiæ, ſeu interiori, ſed in foro iudiciali exteriori, quod eſt valde notandum, vnde confeſſiones ſacramentales libenter audire non debent, ne Inquiſitionis officium deludatur, & ſacramentum pœnitentiæ contemnatur.

Inquiſitor vt inquiſitor ĩ foro conſciẽtiæ nõ eſt iudex.

8 Docet inſuper Directorium, ꝙ ſi Inquiſitor agnoſcit ad ſe venientem iam adeo preuentum eſſe, vt alias aduerſus eum indicia aliqua recepta fuerint, confeſſionem ſuam cum notario, & teſtibus audiat, & iudiciario ordine procedat, ac mitius cum illo agat. Quod ſi Inquiſitor illum præuentum, vel prius delatum, aut antea indiciatum non videat, an factum prorſus occultum ſit, adeo diligenter inquirat, & vbi inuenerit illum neminem infeciſſe, nec alicui ſe prodidiſſe, tunc ad iudicialẽ confeſſionem recipiendum procedendum non eſt, ſed ſecrete

B illum

illum abſoluat ſalutari pœnitentia ſibi iniuncta, vide Directo. vbi ſupra, & Zanchi. cum addi. cap. 34.

Abſoluere poteſt Inquiſitor ſuos Cruceſignatos a cenſuris, 9
& eorum poteſt vota commutare, vt patet in priuilegio Inno. quod incipit: Malicia huius temporis.

Abſoluere poteſt Inquiſitor ſolus a ſe excommunicatos, vt 10
in priuilegio Alexandri quarti, quod incipit: Ad capiendum vulpeculas. Vide etiam in c. excommunicamus de hære.

Abſoluit Inquiſitor ab excommunicatione omnes hæreti- 11
cos pœnitentes, & ad miſericordiam acceptat, in c. vt officiũ de hæret. li. 6.

Abſolutus in foro pœnitentiæ per confeſſorem ab hæreſi, 12
poteſt inquiri, & puniri in foro iudiciali exteriori. Vide infra in verbo, Hæreticus occultus.

Abſolutio ab expenſis factis in lite non eſt fienda regulari- 13
ter, quando reus ſuccumbit in principali, imo debet condemnari in expenſis, vt in l. properandum. §. ſi autem reum C. de iudi. Fallit quando ſubeſt iuſta cauſa litigandi. vt not. in l. q̧ ſolidum. §. etiam. ff. de li. 2. Et nota, ꝙ quotiens apparet de innocentia eius, qui criminis arguitur, non debet retineri in carceribus vſq; ad ſententiam, imo incontinenti dimittendus, poſtea fertur ſententia, tex. in l. 2. c. de exhibi. reo. & Bal. ibi. Adde Ro. ſing. 504. Accuſatus. Et aduertendum eſt, ꝙ etiam ille textus non requirit fideiuſſionem, tamen tutius eſt illam habere, & ita ſeruari vidimus. Alex. igitur & Ro. volunt vt non cenſeatur tacite abſolutus, ſed dimiſſus tamq̃ innocens, iuxta terminos di. l. 2. & conſequenter oritur hic effectus, ꝙ non eſt iterum incarcerandus, niſi ſuperuenientibus alijs indiciis.

Innocens detineri, nõ debet.

Abſolui debet etiam reus accuſatore deficiente, & talis ab 14
ſolutio eſt diffinitiua, tex. eſt in l. qui accuſare. C. de eden. & Doct. ibi feli. in c. aduerſario de except. ſi tamen iudex habet indicia contra reum vehementia, dic vt in ver. Abolitio diximus, talis tamen abſolutio non erit diffinitiua, ſi contra reũ ſit præſumptio iuris, Iaſon. in l. qui accuſare C. de eden. Abſolutus

Accuſatore deficiente.

ſolutus tamen, vel condemnatus per ſententiam, amplius nõ debet moleſtari pro eodem delicto, vt per Arec. in conſ. 53. circa ſecundum dubium, & per Feli. in c. de his. de Accuſa. vide Boſſium in pract. tit. de ſententiis nu. 64.

ACCVSARE, ET ACCVSATIO.

1 Accuſatio genus eſt illaudabilis intentionis. vt 2. q. 7. ſi quis Epiſcopus. Eſt tamen neceſſaria quieti Reipublicę, & Religioni maxime. Aduertat tamen iudex (ait Io. de tur. cre. in c. Quærendum 2. q. 7. allegando Hoſt. in c. dudum. de elect.) ꝙ conſideret vtrum accuſator ex libidine, vel ex charitate procedat, & hoc ex qualitate perſonarum, ferocitate, vel venuſtate vultus, prolatione verborum, & ſimiliter poterit arbitrari bonus iudex animum accuſatoris ar. 1. q. 7. c. ſancimus, etiam ſi accuſatus tales admitteret accuſatores, & maxime clericus qui non poteſt abrenunciare priuilegiis eorum, quæ ſtatuta ſunt propter generalitatem clericorum, vt c. ſi diligenti de for. comp. & c. contigit, de ſent. excommuni.

2 Nota tamen, ꝙ ſi accuſator accuſat publice diffamatum & deficit in probatione, non debet puniri pœna talionis, vel calumniæ, quia excuſatur propter infamiam præcedentem. vt per Abb. in c. cum contingat. de reſcript. & Bar. l. 2. C. ſi ſeruus, vel liber. l. 10. Accuſatoris autem qualitates ſeptem vide in c. ſi qui. 2. q. 7. & ibi Io. de tur. cre. *Diffamatum accuſans.*

3 Nota tamen ad propoſitum cuius hunc ſcribendi laborem aſſumpſimus, ꝙ cum idem reatus ſit in crimine læſæ maieſtatis, & in crimine hæreſis. vt ff. ad l. Iul. mai. l. famoſi, imo maius crimen diuinam, q̃ temporalem offendere maieſtatem. vt c. vergentis. de hære. eius accuſatio competit cuilibet de populo, quia omnium fertur in iniuriam, quod in diuinam religionem committitur. c. de hære. l. Manichæos, & habetur in quadam conſtitutione Frederici Imperatoris, quæ incipit. In conſutilem tunicam. Imo Inquiſitor poteſt admonere omnes publice, & generaliter ſuper cultu diuino, & ꝙ ſi ſciant aliquos errare, debeant referre ſibi, vt in c. excommunicamus. de hære. imo ſi quis ſola infamia hæreſis, vel conuerſationis

cum hæreticis, vel euitationis cęterorum fidelium laboret, inquiſitor, vel Epiſcopus poterit procedere, & inquirere contra eum ex officio ſuo, quia ſuccedit loco accuſatoris. vt c. Qualiter & quando, el 2. de accuſa. & c. Inquiſitionis. eo. imo ſi inquiſitor, vel Epiſcopus hoc ſcientes negligerent contra talem procedere, & eum punire, inciderent in ſuſpicionem hæreſis. c. Qui alium. de hære. & eſt ſpeciale in hoc crimine, ꝙ teſtis alias a iure reprobatus admittitur in hoc caſu, in fidei fauorem, vtpote Iudæi in aliquo caſu. vt c. contra Chriſtianos. de hære. li. 6. Idem dicerem de aliis infidelibus, quia illi ſolum repelluntur a teſtimonio contra fideles. c. Pagani. 2. q. 7. Et c. Iudæi & c. licet vniuerſis. de teſt. de quorum numero hæretici non exiſtunt. Item quia non apparet ratio ſpecialitatis in Iudæis, vt illi magis admittantur, cum ſint peſſimi infideles. 1. q. 1. c. Nonne. Quando admittantur Iudæi, nota feli. in c. Iudæi. de teſt. Et vide ibi ſeptem caſus, inquibus Iudæus in teſtimonium admittitur contra Chriſtianum.

Loco accuſatoris.

Reprobati admittuntur.

Septē caſus ī quibus iudæi cōtra xpianos admittūtur.

4 Admittuntur etiam excommunicati, & participes, & ſocii criminis in teſtimonium, pręſertim in defectum aliorum teſtium, & ſic hæreticus contra hæreticum admittitur. vt in c. in fidei fauorem de hære. li. 6. & per illum textum dicit Abb. in c. literas. de præſump. etiam fratrem eſſe cogendum ſuper ꝑdicto crimine ferre teſtimonium.

5 Admittuntur etiam domeſtici, & familiares eorum, quantumcunq; iſtud crimen ſecretum melius, & aptius per familiares, q̄ per alios probari poteſt, & l. conſu. c. de repud. quin imo etiam ſerui contra dominos, cum tormentis tamen ſunt admittendi, cum admittantur etiam hoc modo in crimine lęſæ maieſtatis. C. ad l. iul. mai. l. fi. ergo a fortiori in crimine hæreſis, cum longe grauius ſit ęternam, q̄ temporalem lędere maieſtatem, vt in c. vergentis. de hære. li. 6. & tex. cum glo. 12. q. 2. c. quæſtionem.

6 Admittuntur etiam periuri, dummodo contra ſe, & contra alios in hoc crimine atteſtentur, dum tamen ex manifeſtis apparuerit indiciis tales non animi leuitate, aut odii fomite, ſeu

corruptione

corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei velle deponere, aut dictũ ſuum, quod ante in forma teſtimonij depoſuerunt, emendare, & corrigere, ac quæ prius tacuerunt reuelare, & hoc in fauorem fidei ſpecialiter conceditur, vt in c. Accuſatus. de hære. li. 6. ex quibus limitabis textũ in c. pręterea. de teſti. cogen. quatenus corrigendo dictum teſtis loquitur, & nota Bar. in l. eos. ff. de falſis.

7 Aduerte tamen, ꝙ cum iſti inhabiles admittuntur, ita demum eorum dictis fides adhibetur, ſi veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, & ex qualitate tam deponentium, q̃ eorũ contra quos deponitur, ac aliis circunſtantiis ſic teſtificantes nõ falſa dicere præſumuntur, vt in di. c. in fidei fauorẽ. *Teſtiũ inhabilium fides.*

8 Conſpirantes tamen, & inimici nõ admittuntur, ſicut nec in aliis exceptis criminibus, pro quo optimus tex. de ſymonia c. Per tuas el primo. Et nota hoc, quia valet gñraliter ad omnes caſus, inquibus minus idonei teſtes admittuntur. Quid autem conſiderari debeat in aliis exceptis criminibus contra teſtes criminoſos vt admittantur, vide glo. in c. quis Epiſcopus. 1. q. 1. & c. ſi Deus omnipotens. 2. q. 2. & per Doctores in di. c. Per tuas. de ſymo. Intellige tamen prædictos inhabiles teſtes in hoc crimine admittendos fore contra hæreticos credentes, fautores, & receptatores, ac defenſores eorum, nõ tamẽ ſic eſſet, ſi pro eorum parte inducerentur ad hoc, ꝙ hoc crimine purgarentur, eo enim caſu requiruntur teſtes omnino integri, & ſine aliqua ſuſpicione, & fidei Catholicæ zelatores, eo. tit. c. filii. in fi.

9 An autem huiuſmodi ſuſpecti teſtes cum examinantur ſint tormentis ſubiiciendi, vide glo. in c. in ſumma. 15. q. 6. quæ dicit, ꝙ ſic, ſi eſt ſeruus, vel viliis perſona, vel ſi liber, & ſit crimino ſus, & infamis, vel obſcurus, vel ignotus, tales enim ſine tormentis non admittuntur. Torquentur etiam liberæ perſonæ licet non ſint viles, dum tamen vacillent in teſtimonio. De hac materia diffuſius vide Bal. in l. ex libero. ff. de quæſtioni. & infra in verbo tortura, & verbo teſtis; per totum.

10 Sed quęro iuxta prædicta, An id quod dictum eſt de minus

idoneis

idoneis teſtibus admittendis in crimine hęreſis habeat locum tantum,quando proceditur per viam inquiſitionis,aut etiam idem ſit,quando proceditur per viam accuſationis, vel exceptionis,& videtur ꝙ ſic.quia eadẽ eſt ratio ſcilicet fidei fauor, & odiũ criminis. Contrarium tamen concludit glo. in d. c. in fidei fauorem,quia ab illo iure regulari,quo cauetur tales perſonas ad teſtimonium admitti nõ debere, non eſt recedendũ, niſi inquantum reperiatur a iure permiſſum. Qui ergo recuſat, vel excipit habeat probationes idoneas,nec eſt accuſatio fauorabilis,vt inquiſitio, vt 2. q. 7. c. ſi quis Epiſcopus,& verbum iſtud inquiſitionis debet aliquid operari,alias quare fuiſſet expreſſum? c. Ad audientiam.de Deci.& ſic tranſit glo.ſed contrarium tenet Archid. in di. c.in fidei fauorem,& allegat. c. ſi hæreticus 2. q. 7. ſed Io. And. tenet cum glo. in di. c. in fidei fauorem, quia ſi ille tex.teneret, nõ eſſet neceſſaria dicta Decretalis, & ſic tranſit ſimpliciter recitando prædictos Doctores. Potior tamen tenenda opinio Archid. pro quo facit, quia eadẽ ratio eſt vtrobiq;,ſcilicet fauor fidei,ex qua ratione etiã in pœnalibus (attento ꝙ expreſſa eſt in lege) argui poteſt ad ſimilia,vt eſt tex.in inſtit. de lc;patro.tunc ſa principio, & glo. in Clem. pri. de elec. & c. pri. de remp. ord. li. 6.

Fauor fidei, & nõ odiũ hæreticorũ, eſt conſiderandũ.

Pręterea diſpoſitio prędicta nõ eſt odioſa, ſed fauorabilis, 11 quia non in odium hæreticorum, ſed in fauorem fidei ſit introducta principaliter. vt tex. ibi innuit in princ.vnde illud eſt conſiderandum, & non odium hæreticorum, quod venit in conſequentiam iux. glo. in c. ſciant cuncti. de elect. li. 6. & l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. Nec eſt ſimile de accuſatione facta in crimine hæreſis, nam & ſi in aliis criminibus accuſatio dicatur genus illaudabilis intentionis iuxta moderationem prædictam, non tamen ſic eſt in crimine hæreſis. Poſſet etiam dici ꝙ ille tex.non ſe ſtringit ad proceſſum inquiſitionis, ſed dicit in fidei fauorem concedimus, vt &c. Et loquitur Papa Inquiſitoribus,vt patet in ſupraſcriptione.de quibus certum eſt,ꝙ licet per viam accuſationis poſſint procedere,appellantur tamen inquiſitores,& eodem modo ex eorum

nomine

nomine appellatur inquiſitionis officium,licet per viam accuſationis, vel exceptionis cognoſcant, & per hoc fundata manet ſatis iſta pars,& reſpõſum reſtat ad motiua contraria. Et quia in tanto crimine cum multa cautela oportet procedi in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto cõtingerit,debent adhiberi duæ perſonæ religioſæ, & diſcretæ, in quarum præſentia per publicam (ſi haberi poteſt) perſonã aut per duos viros idoneos fideliter eorumdem teſtium depoſitiones conſcribantur. per tex. in c. vt officium. de hære. li. 6. & pondera illum textum, qui requirit interuentum prædictarum ꝑſonarum, ne dum in examinatione teſtium, ſed etiã in deſcribendo eorum depoſitiones, & prædicta practica poteſt, & iuſte debet obſeruari in omnibus arduis cauſis, vt ſine omni ſuſpitione procedatur. Ita tenet Panor. in c. quia propter. de electio. & in c. cum cauſam. de teſti. ex quo liberior ſit facultas in his procedendi, datur facultas a iure religioſis, qui anteꝗ eſſent religioſi erant notarii, & etiam clericis, qui ante clericatum notariatus officiũ exercebant, vt in hac cauſa officium prædictum notariatus exerceant, vt in di. c. vt officium. de hære. li. 6. Et quia de accuſatione loqui ſupra diſpoſuimus, & ſi non ad neceſſariam, ad pinguiorem tamen officii noſtri doctrinam quæ ſequuntur ſubiungere voluimus.

In arduis cauſis notarii ꝙ eſſe poſſunt.

Quia enim in c. ſi legitimus. de accuſa. dicitur,ſi legitimus non fuerit accuſator,non fatigetur accuſatus, ante omnia de legitimatione perſonarum contendere volentium in iudiciis dicere curabimus.

Et primo nota ꝙ ſecundum glo. in c. in primis. 2.q. 1. tres ſunt, vel eſſe debent illegitimi accuſatoris conditiones. Quarum prima erit, ꝙ non debet eſſe criminoſus,ſecunda,ꝙ non debet eſſe malę vitę, & famę, tertia,ꝙ nõ debet eſſe inimicus.

12 Et circa primam qualitatem nota, ꝙ de iure ciuili non repellitur criminoſus,niſi ſit de tali crimine condemnatus ꝙ merito appellatur criminoſus,vel ꝙ effectus ſit infamis ipſo iure; Hoc videtur velle tex. in l. qui accuſare. ff. de accuſa. vbi patet ꝙ condemnatus de crimine admittitur ad accuſandum, ſi

non

non perdidit ciuitatem, vel libertatem, & in l. is qui reue. c. de publ. iudi. Adde Spec. de accuſa.& in tit. de criminibus in .§. 3. & Anch. conſ. 416. An autem criminoſus admittatur

Criminoſus. ad accuſandum criminoſum, vide glo. in c. ſi hæreticus. 2.q. 7. Nam de iure ciuili non repellitur niſi ſit cōdemnatus, & effectus infamis. l. 3. ff. de teſti. & not. in c. ſuper eo. & in c. teſtimonium de teſti. de iure autem canonico non proceditur ita ſtricte, vnde ſatis eſt ꝙ tunc poſſit cōueniri de crimine graui. vt c. cum dilectus de accuſa. & c. ſi qui ſunt. 2.q.7. Non enim videtur velle accuſare bono zelo, ſed pro vindicta publica, ex quo ipſæ perſeuerat in crimine. Idem puto (ait Abb.) de quolibet crimine, & peccato mortali, ex quo perſeuerat in eo, licet alias fuerit condemnatus, vt in iuribus præallegatis. Et hæc ſunt, vt prętextu criminis repellatur quis quando proſequitur vindictam publicam, ſecus ſi propriam, tunc enim quilibet criminoſus admittitur. 2. q. 5. c. omnibus. Adde ꝙ illi dicuntur ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequi, qui proſequuntur iniuriam illorum, qui per ſe teſtimonium ferre non poſſunt, Spec. in .§. 3. de accuſa.

Infamis. Circa autem ſecundā qualitatē, ſcilicet infamiæ, nota ꝙ lo- 13
quendo de infamia iuris, nō eſt dubium, tam de iure canonico q̃ ciuili ꝙ infamis quilibet repellitur ab accuſatione. vt 6. q. 1. c. infames. & c. quærendum. 2. q. 7. & l. qui accuſare. ff. eo.

De infamia autem facti eſt dubium. Vide Ro. conſ. 297. gloſ. in c. 1. de accuſ. ſentit ꝙ repellat. & idem Goffr. in c. omnipotens. de accuſ. & Spec. eo. .§. 1. Sed Bar. tenet oppoſitum in di. l. qui accuſare, dicens ꝙ infamia facti non eſt iure cautum, & idem Spec. in ver. Item quid de his eo. Abb. autē dicit, Ego puto ꝙ de iure ciuili non repellitur, cum non repeiatur cautum a iure, & omnes admittuntur ad accuſandum qui non prohibentur. vt in l. qui accuſare, & adducit l. is qui reus, vbi condemnatus de crimine admittitur ad accuſandū & ex condemnatione criminali oritur infamia facti. l. Honori. ff. de obſc. facit c. teſtimonium. de teſtibus. Sed de iure canonico aliam oppinionem (ait Abb.) puto procedere per c.

ſi qui

ſi qui ſunt, & per c. cum tua. de ſponſ. non enim videtur integra perſona.

14 Circa tertiã qualitatẽ, ſcilicet inimicitiarum, dicitur ſic ꝙ de iure ciuili inimicus nõ repellitur. Ita sẽtit glo. in l. qui accuſare, & pro illa inducitur, quia hoc nõ reperitur iure cautum. *Inimicus*

Item ex accuſatione oriuntur graues inimicitiæ. facit c. Meminimus. de accuſ. & Bar. in. l. 1. ad turpil. & tamen de iure ciuili accuſatus recuſat accuſatorem ſuum. vt di. l. is qui reus. Sed de iure canonico ſecus. vt in iuribus ṗalleg. in glo. ſed debent eſſe inimicitiæ graues, & non leues. facit. l. ſi inimicitiæ. ff de his quibus vt indig. & in c. cum oporteat. de accuſ. facit l. 3. in ti. ff. de addi. leg. adde Ro. conſ. 323. ꝙ in notorijs inimicus ex cauſa etiam repellitur. Item colligi poteſt ſingulariter ex textu iſto, ꝙ de iure canonico adeo inimici repelluntur ab accuſatione, vt etiam contra infamatos non admittantur etiam in criminibus exceptis, & facit c. Per tuas. de ſymo. Abb. in c. cum P. manconella. de accuſ. vide ibi textũ.

15 Sunt & aliæ qualitates illegitimi accuſatoris, vt mulier, pupillus, & pauper, ij regulariter non admittuntur ad accuſandum. vide. 2. q. 1. c. Prohibentur, & ff. ad l. iul. mai. l. in quæſti. Mulier. Adde Alex. conſ. 14. in Oldr. conſ. 145.

16 Pupillus regulariter non accuſat niſi proſequendo iniuriã ſuam, vel parentum ſuorum. vt ff. de accuſ. l. 2. §. Pupillus. & tunc ſi eſt infans accuſat tutor nomine ſuo, & inſcribit ſe ad pœnam talionis, vt not. Bar. in præalleg. l. 2. ſi vero eſt maior infante, impubes tamen, tunc poteſt accuſare cum auctoritate tutoris; ſi vero pubes, tunc ſunt opiniones, ſed communiter videntur Doctores concludere in locis præallegatis ꝙ requiritur ꝙ ſit in vigeſimo anno. Nam non admittitur in rei veritate ad denunciandum, vel ad teſtificãdum in criminali, niſi in ætate. 4. q. 3. c. in teſtimonium, ſed puto ꝙ ſi exceſſerit quartumdecimum annum, poſſit cum auctoritate curatoris. licet Bar. velit contrarium in præalleg. l. 2. Moueor (ait Abb.) per l. clarum, de auct. pręſtan. vbi permittitur minori accuſare cum auctoritate curatoris. *Pupilus.*

C Item

Item quiſq; admittitur ad accuſandũ,qui non prohibetur, & de pubere non inuenitur prohibitum,imo conceſſum a cõtrario ſenſu, quia cum interdicitur pupillo,tacite conceditur puberi. Item arguitur per locum a ſpeciali. Minor vigintiquinq; annorum prohibetur accuſare de adulterio l. ſi maritus .§. lex. ff. de adult. ergo in aliis criminibus non reperitur ętas. Nec obſtat motiuum Doctorum iuris ciuilis in quãtum ſe fundãt in ſimili textu, quia maior idoneitas requiritur in teſte, q̃ in accuſatore,quia crimina ꝓbantur teſtibus, non accuſatoribus. ſic notat glo. in c. cum R. de off. dele. & no. Inno. in c. cum venerabilis de except.

Pauper. Circa qualitatem paupertatis nota ꝙ pauper repellitur ab 17
accuſando vtroq; iure. 2. q. 1. c. Prohibentur, & in præalleg. l. qui accuſare cum l. ſequenti. ſed aduerte quia glo. in vtroq; loco dicit, ꝙ ſi pauper eſt honeſta perſona, & non ſuſpecta non repellitur prætextu paupertatis. *Quis pauper.* Et dicitur pauper qui nõ habet in bonis quinquaginta aureos. 2. q. 1. c. Prohibentur, & in præalleg. l. ſed dic illud procedere vbi eſt expreſſum, & conclude tria membra, ꝙ vbi exprimitur in iure,ſtandum eſt expreſſioni iuris,vt in iuribus præallegatis,niſi ceſſat cauſa ſtatuti. vbi autem non eſt expreſſum, ſed ſit de paupertate mentio, & tunc ſtatur vulgari opinioni in his quæ ſunt leuis præiudicij an ſit pauper. in his autem quæ ſunt magni præiudicij, hoc relinquitur arbitrio boni Iudicis ſecundum qualitatem perſonarum, & cauſæ, facit glo. in c. ſi. de re. iudi. li. 6. Quæ dicit ꝙ cauſa eſt magna, vel parua ſecundum qualitatem perſonarum. Nam magnus dominus iudicaretur pauper ſi tria millia floreñ. in bonis, & plebeus iudicaretur diues. ar. in c. de cauſis. de off. deleg. Adde Ro. conſ. 372. petrus Anchar. conſ. 407.

Hodie quaſi vbiq; ceſſauit modus procedendi per viam ac- 18
cuſationis, Nec mirum (ait Boſſius in pract.) quia defecit ex conſuetudine id, vnde eueniebat, vt ſine accuſatore nemo cõdemnaretur, pœna ſcilicet talionis ſecundum Bar. in l. Athleta .§. calumniator. ff. de calumnia; Proceditur autẽ maxime

in cauſa

in cauſa fidei per viam denunciationis, cum ſit modus ordina rius vt in c.licet Heli. de ſymo. & in l. ea quidem C. de accuſa. & in l. Diuus ff. de custo. & exhib. reo.

19 Et primo ſciẽdum, ꝙ interdum proceditur ſuper denunciatione, vt etiam fit ſuper accuſatione, vel inquiſitione; aliquando propter denunciationem via inquiſitionis, vel ex indicio ſolum, quod oritur ex dicto denunciantis, vel ex alio. Primo caſu loquitur hæc materia, quia ſic intelligitur, dum dicitur ꝙ etiã proceditur via denunciationis ſicut per alios modos. Secundo caſu, non tamẽ etiam largo modo, dicitur procedi via denunciationis, & iſte ſecundus modus eſt ille, qui quottidie eſt in vſu, quia ad denunciam conſulum villarum, vel custodum proceditur via inquiſitionis. Primo caſu quando proceditur ſuper denunciatione, denunciator habetur loco accuſatoris, & ideo ordinarie non poteſt eſſe teſtis. Ordinarie dixi propter dictum Abb. in c. in omni. de teſt. qui dicit ſic. Creditur denuncianti etiam ſuꝑ crimine denunciato, vt habeatur in numero teſtium, dummodo non ſit tale crimen in quo per denunciationem ſequatur depoſitio. Pone exemplum in c. Inquiſitionis. de accuſ. Hanc lectionem ſentit Vinc. hic, quaſi velit ꝙ ſi agatur ad correctionem, ſeu ad pœnitentiam ad peccatum impediẽdum, computetur in numero teſtium, ſecus ſi ad naturalem pœnam delicti directe, vel indirecte infligendam. Hanc lectionem videtur ſequi Ant. de Butr. qui dicit, idem eſſe quod agitur ad illuminationem fidei. & infra ibidem ſubiungit; Et per hoc concludo, ꝙ litera non ſit reſtringenda quãdo agitur de ſtricta denuncitione; in qua opportet monitionẽ præcedere, ſicut cõmuniter videntur Doctores intelligere, licet diuerſificent in modo, ſeu ſubiecto probandi. ſed intelligo generaliter ꝙ ſatis probat vltima auctoritas in fine c. poſita. & c. præcipue 11. q. 3. Et not. Io. And. Hic enim poterit Iudex facere iſtas denũciationes, & computari in numero teſtiũ ſi erit neceſſe, & finaliter ꝓcedere, vt Iudex, vt di. c. Præcipue. Cum enim non agatur ad pœnam, ſed ad pœnitentiam, ſufficiunt probationes minus ſufficientes, vt notat glo. 2. q. 1. c.

Denũciator, & teſtis.

Multi. Hęc Abb. qui, & in c. In omni. de teſti. ꝑaddit dicens, Probationibus alijs deficientibus, cum iuramento admittitur pro teſte denũcians, niſi aliud ſuadeat qualitas negociorum, ſeu perſonarum, vt in c. fi. de iureiur.

Secundo caſu habetur loco teſtis vt di. c. licet Heli. & ita Bar. in di. l. Diuus, & in l. 1. §. cura ff. de off. præfe. vrb. Alex. conſ. 1. vol. 3. Cæpol. conſ. 40. Bal. in c. in omni. de teſta. vbi dicit, ꝙ eſt iſte denunciator bonus teſtis, ſi vidit ſicut alius, & vti teſtis deponit, cæterum ſi tantum refert exercens officium ſuum, propter officium ſuſceptum, ſufficit ad inquirendum. Et hæc eſt opinio communis Doctorum.

ADORATIO.

ADoratio hæreticis facta, ideſt reuerentia, quæ ſanctis viris exhibi ſolet, eis exhibita maximam ſuſpicionem de hæreſi inducit, vt in c. accuſatus. de hære. li. 6. 1

ADMINICVLA.

ADminicula ad crimen committendum ſunt præuię diſpoſitiones, vt in crimine fornicationis, tactus, riſus, iocus, oſcula, & ſimilia. hæc cum fama, & teſte de auditu faciunt ꝑfectam probationem, Abb. in c. ex parte, de tempo. ord. 1

ADVOCATVS.

ADduocatus non datur facinoroſis. l. per omnes. c. de defend. ciui. Bal. in c. ex parte. de temp. ord. & maxime hæreticis. vt in c. ſi aduerſus. de hære. maxime cum conſtat illum eſſe hæreticum, quando tamen reis conceduntur defenſiones, aduocatus etiam eis eſt concedendus, vir vtiq; iuris peritus, & fidei zelator, & pari forma procurator, ac proceſſus totius copia, ſuppreſſis tamẽ nominibus teſtium, ac deponentium. Vbi inquiſitor in cõſcientia ſua videat eiſdem grauem iacturã, ſeu periculum inminere, ſi ipſorum nomina proderẽtur, propter potentiam delatorum. Vbi autem tale periculum non videatur imminere, ſunt huiuſmodi nomina delato exprimenda, iux. c. ſtatuta. de hęre. li. 6. Verum hic intelligas non tantum potentiam generis, ſed etiam potẽtiam pecuniæ, vel maliciæ. grauius enim periculum inmineret teſtibus, ſi eorum 1

Nõ prodãtur nominum, teſt.

nomina

nomina proderentur homini delato minus generoſo, ſed ma liciofo, ac ſtipato ſatellitibus, q̃ diuiti generoſo, ſed Deum ti menti, qui non vult nec ſe, nec ſua perdere, & hæc experien tia ſolertes quottidie reddit Inquiſitores. Quare quando cõceduntur teſtium publicationes, multũ eſt delati conditio cõſideranda, an ſcilicet ſit malicioſus, vel ſimplex, pauper, vel diues, habens ſocietatem hominum peruerſorum, & ſimilia. Nec putet delatus in cauſa fidei teſtes a Iudice faciliter eſſe re pellendos, cum ſoli inimici capitales repellantur, vt infra in verbo, Inimici, & in verbo, Teſtis, dicetur. *Potentia maliciæ.*

2 Aduocatus, vel cauſidicus ſalua conſcientia ad veritatem tacendam in iudicio reum inſtruere non poteſt, Doct. in c. 1. de teſt. cogen.

ALIENATIONES.

1 ALienationes bonorum in fraudem fiſci, & maxime officij ſanctę Inquiſitionis, quia multoties fiunt ab hęreticis, no ta ꝙ tales alienationes, ſeu obligationes poſſunt, ac debent reſcindere tam Epiſcopi, q̃ Inquiſitores hæreticæ prauitatis, ac res alienatas a poſſeſſoribus reuocare, quia a die commiſſi criminis bona ipſorum hæreticorum ipſo iure fuerunt cõfiſca ta, & delata in fiſcum, & ex tunc fuit ſibi a iure omnis admini ſtratio interdicta, & ſic alienatio, & obligatio. Hoc enim di citur in crimine læſæ maieſtatis, vt C. ad. l. iul. maie. l. Quis quis. §. emancipatio, & §. damnationes, &. l. fin. Multo ergo fortius in hoc immaniſſimo crimine, vt c. vergentis. de hære. & eo. in c. cum ſecundum leges. li. 6. & ibi vide Petrum de Anchar. Quamuis incorporatio in fiſcum demũ fiat poſt ſen tentiam Inquiſitoris, per quam damnat illum de hæreſi, & de clarat bona illa confiſcata fuiſſe, vt ff. de iure fiſci. l. imperator noſter. Et iſta incorporatio, ſeu exequutio confiſcationis fit ꝑ Iudicem Eccleſiaſticum, ideſt per Epiſcopum, vel Inquiſitorẽ, vel etiam per Iudicem ſecularem, ſi de hoc per Epiſcopum, vel Inquiſitorem fuerit requiſitus, & non aliter. Et cum igitur a die commiſſi criminis bona fuerint confiſcata, & ei fuerit ad miniſtratio a iure interdicta, non eſt mirum ſi facta per eum

ſuper

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſuper diſpoſitione bonorum ſuorum poſt cõmiſſum crimen, & interdictam adminiſtrationem non teneant,ſed veniant re tractanda, ita ꝙ etiam emptores talium bonorum precio priuãtur,ſecundũ Arch.vbi ſupra.licet benignius ſecundũ Dynũ poſſit dici & ſic. Quia aut extat precium dictorum bonorum alienatorum, vel aliud loco precij, aut nõ, ſed eſt conſumptũ, ſi eſt conſumptum,non reſtituitur,& hoc caſu poteſt intelligi Anchar. ſi autem adhuc exiſtat, tunc bonæ fidei emptori reſtituitur, & non alij.vt ff. de his quæ infra.l. ſi debitor, & l. ſi quando. Quando autem hæreticorum bona ſunt confiſcata, & ſunt ſub diuerſis Dominijs,vide Anchar. in c.cum ſecundũ leges. de hære. li. *6*.

Poſt mortem hære tici. Adde ſuper præſcriptionibus bonorum hæretici poſt mortem inuenti ſic diſtinguendo. Ille de cuius bonis quæritur,vel reputabatur catholicus tẽpore mortis ſuæ,vel non ſi reputabatur catholicus,eius ſucceſſores vniuerſales,& ſingulares iuris, & rei præſcribunt vniuerſa bona defuncti ſpacio quadraginta annorum, ſi tamen ſint catholici, & iuſtum titulum habeant ſcilicet per legitimam ſucceſſionem,vel per emptionem iuſtã. Adde & tertium,ꝙ bonam fidem habeant, & ꝙ diutinam, & non interruptam poſſeſſionem habuerint per totum tempus quadraginta annorum. In ſecundo vero caſu quando defunctus de cuius bonis agitur,modo hęreticus deceſſiſſet,nõ reputabatur catholicus tempore mortis ſuæ,dicitur ꝙ ſi cętera prę miſſa concurrant, quadragenalis tamen præſcriptio non habebit locum, quia illa præſcriptio demum permittitur vbi de functus reputabatur catholicus tempore mortis, ergo,vbi nõ reputabatur catholicus,inhibetur, iuxta illud. Quod de vno ꝑmittitur,de cæteris prohibetur. ff. de iudi.l. cum Prætor,& c. Nonne de præſump. vnde ſi quadragenalis non vindicat ſibi locum, neq; centenaria locum habebit,quia a tempore cõmiſſi criminis bona fuerunt delata in fiſcum, vt iam ſupradictum eſt. Melius tamen,ac verius videtur dicere,ꝙ licet bona talis hęretici fuerint delata in fiſcum a die commiſſi criminis, quia tamen publicata non fuit ſententia ſuper huiuſmodi cõfiſcatione

fiſcatione centenaria non habebit locum. vt C. de ſacroſan. Eccl. l. Autem quas actiones. Et c. 2. de præſcrip. li. 6.

ALIMENTA.

1 Alimenta, & litis expenſæ dandæ ſunt filijs contradicentibus ratione legitimæ, & vxori ratione dotis, donec fuerit iudicatum l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. ibi etiam vide Bal. & Alex. in l. Alimenta, in vlt. q. c. de nego. geſtis. Et Bal. in l. qui ſint. col. 2. C. de bon. quæ. li. 6. facit l. ſi inſtituta. §. de officioſo. ff. de offi. teſta. vbi textus dicit, ꝙ filius pupillus litigans ſuꝑ hæreditate patris, interim debet habere alimenta. Facit etiam textus qui quotidie allegatur in l. fin. c. de ord. cogn. vbi etiam aduerſario dantur vltra alimenta expenſæ litis, ex quo glo. ibi dicit, ꝙ ſi ſubditus agat contra prælatum, interim debet ali, & allegat multa iura ſimilia. Vide Boſſium in pract. tit. de alimentis præſtañ. vxori. Quæ autem alimenta ſint petenda, & danda, vide textum in l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. ff. de libe. agno. qui dicit iudices pro modo facultatũ iubebunt illũ ali, ita tñ vt non habeat aliud vnde ſe alat. Bar. in l. ſi libertis, ſcilicet manumiſſis. ff. de ali. & cib. leg. Alex. conſ. 72. col. 4. vol. 5. vide Boſſium in pract. vbi ſupra nu. 14.

AMATORIVM POCVLVM.

1 Amatorium Poculum dans ſine dolo, ad metallum damnatur. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Salic. in l. 1. col. 2. C. de ſicariis, & ſi ſequitur mors, imponit pœnam vltimi ſupplicii, ſi autem continet aliquid ſapiens hæreſim, ſecundum qualitatem ſuſpicionis debet abiurare, & puniri, vt infra in verbo, Suſpicio. vide infra. in ver. Pocula.

AMICVS.

1 Amicus inimici capitalis ſuſpectus habetur. Bart. in l. ſciendum. §. ſi accuſatio. C. de legationibus; Bal. in. l. ſi quis nu. 8. c. de teſti. & Bart. in l. qui iuriſdictioni. nu. 7. de iuriſd. omni. iud.

APPELLARE, ET APPELLATIO.

1 Appellare hæretico quandoq; licet, ante ſcilicet diffinitiuã ſententiam, videlicet quando grauamen eſt in proceſſu

cauſæ

cauſæ,quia nulli neganda eſt legitima defenſio. 2. q. 6. c. 2. &
3. Sed pro clariori huius materiæ dilucidatione, nota ꝙ & ſi
quilibet ſe grauatum ſentiens regulariter poſſit appellare. vt
C. de appell. l. 2. & 2. q. 6. c. 2. & c. placuit, & c. dubius. de
appell. & c. cordi. eodem li. 6. in cauſa tamen fidei ſecus eſt,
ſcilicet poſt latam ſententiam diffinitiuam, & condemnatio-
nem, quia iam conſtat ipſum eſſe hæreticum, & hæreticis adē
ptum eſt beneficium appellandi, & hoc caſu intelligenda eſt
conſtitutio Frederici Imperatoris, quæ incipit, Commiſſi, &
extrauagans Innocẽtij quę incipit, Nouerit vniuerſitas. §. Itē
proclamationes, & patet in c. vt Inquiſitionis. de hære. li. 6.
Sed ſi pẽdẽte iudicio quis indebite opprimatur, vel grauetur,
bene poterit a grauamine appellare, quia ante ſententiam nũ
dum conſtat ipſum eſſe hæreticum, & ſic cõmuni iure, vt qui-
libet, appellabit de grauamine per iura prææallegata. Sed eo ca
ſu ad Papam tantum appellabit, non obſtante ꝙ Inquiſitor vi
Exẽptus, et nõ exẽ ptus appellans. deatur datus, vel delegatus a ſuo prouinciali, vel generali, &
per hoc videatur ad ipſum Prouincialem, ſeu Generalem tãq̃
ad ſuperiorem in hac cauſa appellare, quia iſte non dat, nec de
legat Inquiſitori iuriſdictionem, cum ipſe illam non habeat,
ſed ſolum habeat a Papa, & non habeat ab eo, vt ff. quod cui
cunq; vnum. l. Item eorum. §. ſi Decicreanis, & c. per hoc. de
hære. li. 6. ſi vero appellatur a proceſſu Epiſcopi, dic ꝙ aut ille
contra quem proceditur, erat exemptus, & ſic cognoſcebat cõ
tra eum ex iuriſdictione extraordinaria, & ſic appellandum
eſt ad Papam. Aut inquiſitus non erat exemptus, & ſic ordi-
naria iuriſdictione cognoſcebat, & tunc poteſt appellari ad ꝓ
ximum ſuperiorem, puta ad Metropolitanum, vel etiã ommiſ-
ſis medijs ad ipſum Papam. vt c. ſi duobus, & c. Dilecti de ap-
pell. & 2. q. 6. c. Quotiens, & c. Adramati.

Appellatione igitur ſibi præſentata Inquiſitor ſine turbatio 2
ne, ac animi motu debet copiam appellationis petere, prote-
ſtans verbo ꝙ non currat ſibi tempus, & cum tradita ſibi fue-
rit copia ipſius appellatiõis, Inquiſitor adhuc habet duos dies
ad reſpõdendũ, & poſt hos adhuc triginta ad apoſtolos exhi-

bendos,

bendos, & licet ſtatim poſſit reſpondere, & apoſtolos dare, tamen vt cautius procedatur, melius eſt aliquem terminum, vel decem, vel viginti, vel vigintiquinq; dierum ad dandum eidē pariter, & recipiendum apoſtolos quales dare decreuerit aſſignare, cum poteſtate prorogandi infra tempus iuris, & infra tempus aſſignatum diligenter attendere, & diſcutere cauſas appellationis, ſeu grauamina allegata. & ſi videt, habito bono conſilio peritorum, ꝙ iniuſte & indebite delatum aggrauauit, ad ſe defendendum illum non admittendo, vel ſine Epiſcopo, vel eius vicario eundē delatum quęſtionandum pronūciando vel ſimilia faciendo, adueniente termino aſſignato corrigat errorem ſuum, & reducat proceſſum ad pūctum, & ſtatum in quo erat quando defenſiones ille petiit, vel terminum ad interloquendum aſſignauit, & ſimilia, vt tollat grauamen, quo ablato procedat prout ante, quia per amotionem grauaminis appellatio, quæ erat aliqua, fit nulla, iuxta c. cum ceſſante. de appell. Attendat autem circumſpectus, & peritus Inquiſitor ꝙ quædam ſunt grauamina reparabilia, vt ſunt illa de quibus dictum eſt ſupra, & tunc habet locum modus prædictus. quædam autē ſunt irreparabilia, vtpote ſi delatus fuit iam quęſtionatus realiter, & de facto, & hæc nequeunt reparari, nec reuocari, & tunc non habet locum modus prædictus, ſcilicet reducere proceſſum ad ſtatum in quo fuit quando grauamen tale fuit irrogatum. Attendat etiam Inquiſitor ꝙ licet a die reſpōſionis habeat triginta dies ad exhibendum apoſtolos iux. c. reprehenſibilis. de appell. & poſſit petenti apoſtolos, aſſignare vltimum diē iuris, ſcilicet trigeſimum ad apoſtolos recipiēdos, tamen ne videatur, ꝙ velit vexare delatum, & de vexatione indebita reddat ſe ſuſpectum, & ne videatur confirmare grauamen ſibi impoſitum, propter quod appellatum fuit, melius eſt ꝙ aſſignet infra tempus iuris terminum competentem, vtpote decem, vel viginti dierum, & poteſt poſtmodum (ſi expediens iudicauerit) adueniente termino prorogare, dicendo ſe fuiſſe alijs negotijs fidei implicitum, vel huiuſmodi.

Terminus, ad dandos, vel recipiendos apoſtolos

Grauamina reparabilia.

3 Attendat etiam inquiſitor, ꝙ quando præfigit terminum

appellanti, & apoſtolos petenti, ꝙ non aſſignet ſolum ad apoſtolos dandos, ſed dandos pariter, & recipiendos, ꝙ ſi aſſignaret ad dandum, tunc inquiſitor a quo appellatur haberet eis mittere. Aſſignabit ergo appellanti terminum, ideſt talem diẽ talis menſis, & talis anni, ad dandum, & recipiendum ab Inquiſitore apoſtolos tales quales decreuerit ſe daturum.

Ad dandos, & recipiẽdos, apoſtolos

4 Attendat etiam Inquiſitor, ꝙ in aſſignatione termini non dicat reſpondendo, ꝙ dabit apoſtolos negatiuos, vel affirmatiuos, ſed vt poſſit plenius interim deliberare, dicet, ꝙ exhibebit tales quales decreuerit exhibendos.

5 Attendat etiam Inquiſitor, ꝙ in aſſignatione huiuſmodi termini appellanti, vt tollatur omnis cautela, & prouideatur aſtutiæ, & maliciæ appellantis, aſſignet locum in ſpecie, diem & horam, vtpote, ꝙ aſſignet diem vigeſimum menſis talis, anni præſentis, hora veſperarum, vel tertiarum, in camera ipſius domini Inquiſitoris, in couentu fratrum prædicatorum, talis ciuitatis, tali appellanti ad dandum, & recipiendum apoſtolos tales quales tunc decreuerit exhibendos.

6 Attendat etiam circunſpectus Inquiſitor, ꝙ ſi ipſe decreuerit in animo ſuo detinere delatum crimine requirente, & iuſtitia exigente, in termini aſſignatione ponat, ꝙ aſſignat talem terminum ad dandum, & recipiendum ab eodem apoſtolos, de quo ſit in poteſtate Inquiſitoris appellãtem libere retinere, datis prius tunc ſtatim apoſtolis negatiuis, alias non.

7 Attendatq; Inquiſitor, ne aliquid innouet circa appellantẽ ipſum capiendo, vel quęſtionando, ſeu a carcere liberando, vel ab hora qua fuit eidẽ appellatio pręſentata, vſq; ad horã qua tradidit apoſtolos negatiuos. Quando vero delatus dubitat, ꝙ contra eum feratur ſententia, quia conſtat ſibi de culpa ſua, frequenter recurrit ad appellationis remedium, vt ſic ſubterfugiat Inquiſitoris iudicium.

8 Exhibitis igitur apoſtolis negatiuis inquiſitor continuando ipſum ſuum officium exequatur, mandando eundem capi, ſeu detineri, vel ipſum arreſtando, vel terminum ad comparendũ coram ſe eidem aſſignando, vel aliquid ſimile, propter quod

appareat,

appareat, ꝙ non deſinit eſſe iudex, continuabitq; proceſſum ſuũ contra appellãtem, quouſq; per iudicem, ad quẽ fuit appellatum, ſit prohibitus ꝙ non procedat. Caueat tamen Inquiſitor, ꝙ nullam nouitatem faciat erga appellantem, ſcilicet ipſius perſonam, nec ipſum capiendo, nec ſi captus erat a carcere liberãdo, nec alias ab hora qua fuit ſibi præſentata appellatio, quouſq; eidem appellanti apoſtolos tradiderit negatiuos, ſed ex tunc (vt iam dictum eſt) poterit, ſi iuſtitia hoc requirat, quouſq; ſit prohibitus a iudice ad quem fuerat appellatum, & tũc cum proceſſibus clauſis, & ſigillatis, & cum fida, & tuta cuſtodia, prius (ſi opus fuerit) habita idonea cautione, remittet eum ad iudicem antedictum.

9 Si autem exhibere decreuerit apoſtolos affirmatiuos, & reuerẽtiales appellãti, aduertat Inquiſitor, ꝙ ſtatim traditis apoſtolis reuerentialibus appellanti, in cauſa illa pro qua ille appellauit, ipſe Inquiſitor deſinit eſſe Iudex, nec poteſt amplius de illa cognoſcere, niſi cum ſibi remiſſa per Summum Pontificem fuiſſet. Quare de cauſa illa ſe amplius non intromittet, ſed mittet dictum appellantem per modum prędictum ad Dominum Papam, aſſignãdo eidem terminum competentem, vt pote vnius menſis, duorum, vel trium, quatenus interim poſſit ad illum ſe præparare, recipiatq; ab eo de comparendo, & ſe præſentãdo in Romana Curia infra dictum terminum idoneã cautionem, vel ſi appellans non poteſt illam præſtare, mittatur cum fida, & tuta cuſtodia, vel obliget ſe melius quo poterit, quatenus infra terminum ſibi aſſignatum in Romana curia pręſentialiter Sũmo Põtifici, vel ꝑ ſe nõ ſtabit, pręſentabitur.

10 Si autem Inquiſitor habet aliam cauſam, ac procedit contra illũ in alia cauſa in qua delatus non appellauit, in ipſa cauſa Inquiſitor iudex remanet prout ante, etiã ſi poſt admiſſam appellationem, & datis apoſtolis reuerentialibus ipſe appellãs accuſatur, vel denunciatur Inquiſitori de aliis hæreſibus, vel criminalibus, de quibus nõ agitur in cauſa pro qua appellauit, non deſinit eſſe Iudex. Imo poteſt procedere ad ſe informandum, & teſtes examinandum libere, prout prius, & finita pri- *Nota de appellante.*

ma cauſa in Romana Curia, vel ad inquiſitorem remiſſa, poteſt procedere libere in ſecunda. Vide Abb. in c. cum nobis olim. de elect.

APOSTATA, ET APOSTASIA.

Apoſtata ſiue apoſtaſia triplex inuenitur, ſcilicet ab ordine a ſtatu regulari, & a veritate fidei chriſtianæ. Qui primo modo apoſtatant, non deuiant a fide credendorum, quia nec hæretici ſunt, vt ſic, nec ſubſunt iudicio inquiſitoris. Qui vero ſecundo modo apoſtatant, ex eo ꝙ ſic apoſtatant, etiam a fide non deuiant, quia nec hæretici ſunt, nec per conſequens ſubſunt iudicio Inquiſitoris. Quia vero tales apoſtatæ a regulari tramite deuiant, ſunt excommunicati. C. vt periculoſo. Ne. cler. vel mo. li. 6. Si enim in excommunicatione illa, vel apoſtaſia per annum animo indurato perſiſtant ad Religionem redire negligentes, euidenter de hæreſi ſunt ſuſpecti, vt in c. grauem. de pœnis, & de fide reſponſuri citari poſſunt, & per Epiſcopum, vel Inquiſitorem contra eos poteſt procedi coniunctim, vel diuiſim, prout dicetur infra in verbo, Inquiſitor, & in verbo, Hæreticus. 1

Apoſtatæ de hæreſi ſuſpecti.

Qui vero tertio modo apoſtatæ ſunt, eo ꝙ a fide catholica deuiauerunt, hæretici, imo infideles habendi ſunt, & ſi haberi poſſunt, fiat de eis ſicut de cæteris hæreticis, quia ſi nolunt reſilire, tamq̃ hæretici impœnitentes traduntur brachio ſeculari. Si autem redire velint, recipiātur tamq̃ hęretici pœnitentes, iuxta c. ad abolendam. de hære. concordat Rai. de apoſtatis. c. reuertentes. vbi dicit, ꝙ reuertentes ab apoſtaſia, cum fuerint hæretici, tamq̃ reuertentes ab hæreſi ſunt recipiendi. Illi vero qui metu mortis fidem negant, & erroribus non credũt, licet veri hæretici non ſint, cum non habeant, nec habuerint errorem in mente, iudicio tamẽ Eccleſiæ, quæ debet per exteriora de interioribus iudicare, hęretici ſunt habẽdi. Non enim metus mortis cadens in conſtantem virum ad fidẽ Chriſti abnegandam eſt ſufficiens cauſa, quia ſanctius eſt mori q̃ Chriſtũ abnegare, vel veſci de idolotitis, dicit Auguſtinus, & recitantur 3. q. 4. Rai. de apoſt. §. circa. Diuus Tho. 2. 2. q. 12. 2

Metu mortis fidem negantes.

3 De

3 De tranſeuntibus autem,ſeu redeuntibus ad externos ritus duo ſunt notanda. Primum erit de tranſeuntibus, ſeu redeuntibus ad ritum Iudæorum, ſecundum erit de tranſeuntibus ad ritum Saracenorum.

Circa primum nota,quod chriſtiani,vel conuerſi ex Iudæis & effecti Chriſtiani,ſi poſtmodũ Chriſti fide abnegata redeũt ad Iudæorum ritum, & vere hæretici ſunt dicendi, & vt tales ſunt iudicandi,& puniendi,ita ꝙ ſi volunt redire ad eccleſiam, & ſectam abiurare, ſunt ad miſericordiam admittendi. ſi autẽ nõ, tamq̃ impœnitentes hęretici per prælatos,& Inquiſitores ſunt curiæ ſeculari relinquẽdi animaduerſione debita puniendi. vt in c. contra chriſtianos. de hære. li. 6. Et per conſequẽs ſupradictis præſtantes auxilium, vel fauorem, hæreticorum fautores ſunt iudicandi, vt in di. c. contra Chriſtianos. imo etiã Iudæi qui talibus ad hoc conſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ p̃ſtant ꝙ tales tranſirent, vel redirent ad dictum ritum, tales (inq̃) Iudæi fautores hæreticorum ſunt iudicandi, & vt tales ſunt per ordinarium, & Inquiſitorem puniendi, vt in Extrauaganti Nicolai Quarti patet,quæ incipit, turbato corde audiuimus. *Iudæi fautores Hæreticorũ.*

4 Quo vero ad tranſeuntes,vel redeũtes ad ritum Saracenorum tria ſunt notanda. Primum quorum eſt,ꝙ tales tranſeuntes, vel redeuntes ad dictum ritum hæretici ſunt habendi, vt in c. cõtra Chriſtianos de hære. li. 6. Secundum eſt, ꝙ Chriſtiani eis præſtantes ad hoc conſilium, auxilium, vel fauorem,fautores hæreticorum ſunt, & vt tales per Epiſcopum, & Inquiſitorem puniendi, vt in prælleg. c. contra chriſtianos. Tertiũ eſt, ꝙ Saracenis prædictis præſtantes ad hoc vt trãſirent ad huiuſmodi ritum, cõſilium, auxilium, vel fauorem, ſunt fautores hæreticorum, & vt tales puniendi ſunt per Prælatos, & Inquiſitores, vt in extrauag. Greg. 11. quæ incipit. Ad modũ dolẽtis.

5 Apoſtaſia etiam incurritur per adorationem dęmoniorum ſiue explicitam ſiue implicitam. vt 26. q. 7. c. Non obſeruatis Pro quo nota ex Diuo Tho. ſecundo. ſent. di. 7. ar. vlt. in corp. q. 5. ꝙ ea quæ ſunt ſuper facultatem humanã, & naturæ a ſolo Deo ſunt requirenda, & ideo ſicut grauiter peccant, qui illud

quod

quod eſt Dei creaturæ impendunt per idololatriæ cultum, ita etiam grauiter peccant qui ea quæ a Deo expetenda ſunt, auxilio dęmonis imploranda quærunt, & huiuſmodi eſt vaticinatio de futuris, vt dicitur Eſai.8. Nunquid nō populus a Deo ſuo requiret viſionem pro viuis, & mortuis? Et ſimiliter etiā in alijs operibus magicis, in quibus complementum operis ex virtute dęmonum expectatur. In omnibus enim eſt apoſtaſia a fide propter pactum initum cum dęmone, vel verbotenus ſi inuocatio ei fit, vel facto aliquo etiam ſi ſacrificia deſint. Non enim poteſt duobus dominis ſeruire, vt dicitur Matthæi. 6. Hæc Diuus Tho. vbi ſupra. Ex his clare patet, ꝙ inuocare dęmones etiam ſine ſacrificatione eſt apoſtaſia a fide, & per conſequens hæreſis, longe ergo plus cum ſacrificio.

Albertus & ipſe 2. ſent. di. 7. ar. vlt. ait dicendum, ꝙ in talibus ſemper eſt apoſtaſia verbi, vel operis. ſi enim inuocationes, coniurationes, ſacrificia, fumigationes, & adorationes fiant, tunc aperte pactum initur cum dæmone, & tunc aperte eſt apoſtaſia ibi oris, ſi autem non fit niſi opere ſimplici, tunc eſt apoſtaſia operis, quia illud opus expectatur a dæmone, cum expectatur aliquid ab ipſo, vel aliquid percipere per illum, ſemper eſt fidei contumelia, & ideo apoſtaſia. Hęc Albertus.

Petrus de Tarantaſio ſuper quarto ſent. & ipſe dicit. Quāuis liber perditus ab homine requiri poſſit, non tamen a dæmone, quia dæmon interrogatus non reſpondet ſemper talibus niſi per quædam pacta, & venerationes, & adiurationes, ac inuocationes illicitas. Hęc ille. Idem in eodem loco aſſerūt ſanctus Bonauentura, & Alexander de hales.

Et Canoniſtæ idem confirmant. Nam Io. And. ſuper c. accuſatus. §. ſane. de hære. li. 6. ſic dicit. Sicut eſt circa aras idolorum nepharias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorumq; reſponſa &c. 26. q. 2. c. Hi qui. & q. 4. c. Igitur, vel aſſociant ſibi per ſortes exercendas hæreticos, vel faciunt prædicta cum ſanguine Chriſti, vel in ſortibus, vt poſſint habere reſponſa puerorum rebaptizatorū, vel his ſimilia.

Archid, etiam ſuper eodem. c. & . §. dicit ita, ſaperent, vt 6

26. q. 4. c. 1. vbi Arioli, vt quando aliqui faciunt aliqua, vt habeant reſponſa à dæmonibus, vt eodem. q. 2. c. Hi qui, Nãtales multo magis peccant, q̃ in caſu poſito ſupra. eo. c. §. illc. Et magis hoc videtur hæreticum, q̃ illud.

Vlricus etiã in quęſtione quã facit an Io. de Polliaco qui dedit pocula amatoria mulieri ſit ſuſpectus vehementer in conſ. 206. ſic dicit. Nunc ergo videndũ eſt, an dare pocula amatoria mulieri hęreſim ſapiat manifeſte. Et videtur ꝙ ſortilegia ſimplicia, vel etiã pocula amatoria, vel propter conſcientiã hoſtiã nõ conſecratã, vt conſecratam ſumere, ſapiãt hęreſim manifeſte, vt apparet ex criminum diſtinctione, & pœnarum impoſitione. Et de primo apparet in Rubrica, & in nigro. de ſortileg. & c. accuſatus. de hære. li. 6. De ſecundo habetur in c. de homine. de celebr. miſs. De tertio habetur. ff. de pœnis. l. ſi quis. §. Qui abortionis. Imagines vero facere ad amorem mulierum, licet hoc indubitanter ſecundum Auguſt. 10. de ciui. Dei ad dæmones pertineat ludificatores animarum ſibi ſubditarum, ſicut etiam habetur ex Diuo Tho. ſec. ſec. q. 89. de ſuperſtitionibus obſeruationum, dæmonia tamen inuocare, eis nepharias preces emittere, & funeſta ſacrificia afferre, hiſq; celebritatibus eorum reſponſa expectare, videtur hæreſim manifeſte ſapere, vt 26. q. 7. c. Quod genus.

Pocula amatoria miniſtrare.

Imagines facere ad amorem.

Inuocare vero dæmonia, & eorum reſponſa expectare ad ſciendum futura, & hoc hæreſim ſapit manifeſtam, quia creaturæ attribuitur quod eſt creatori proprium, iuxta illud Eſaiæ 41. anunciate nobis quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quod Dii eſtis.

7 Si vero dæmones inuocantur ad tentandum pudicitiam mulieris, quia vocantur ad id quod eſt proprium eis ſcilicet tẽtare, vnde in Euangelio tentator dicitur, licet hoc facere ſit turpe fœdus, & mortale peccatum, tamen non cenſetur hæreſim manifeſte ſapere, & maxime cum inuocatio procedit ꝑ modum imperii, & non adorationis. Si enim adorare dæmonem eſt hæreticum, vel ſapit hæreſim manifeſte, hoc non eſt propter perſonam, ſed propter vitium. Vbi ergo maius uitiũ

Ad tentandam pudicitiã

ſicut

ſicut eſt in adoratione diaboli, maius eſt peccatum, vt habetur in c. accuſatus, de hære. li. 6. Hæc Vlricus.

Gulielmus de montelugduno ſuper prædicto verbo, ſaperent, ſic dicit, ſaperent ſicut ſacrificia offerre dæmonibus, vel prædicta committant cum corpore Chriſti, vel eius ſanguine. 26. q. 2. c. hi qui.

Tertio eadem cõcluſio probatur ex determinatione Eccleſiæ. Nam 26. q. 5. c. Epiſcopi. ſic dicitur, Epiſcopi, eorumq; miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, vt pernicioſum, & a zabulon inuentum ſortilegium, & magicam artem, ex Parochiis ſuis penitus eradicent. Et ſi aliquem virum, aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorem inuenerint turpiter dehoneſtatum, de parochiis ſuis eiiciãt. Ait enim apoſtolus. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt. quia huiuſmodi ſubuerſi ſunt & a diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli veſtigia quærunt, & ideo a tali peſte debet mundari eccleſia. Ex his apparet, ꝙ magicam artem ſectantes, vt hæretici ſunt habendi. Sed dæmones inuocantes, & eiſdẽ ſacrificantes ſunt in hoc magicam artem ſectantes, ergo vt hæretici ſunt ab eccleſia habendi, & vitandi. Et ſequitur illud etiam non omittẽdum, ꝙ quædam ſceleratæ mulieres retro poſt ſathanam conuerſæ dæmonum illuſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ credunt, & profitentur cum Diana Paganorum Dea nocturnis horis, & innumera multitudine mulierũ equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpacia intempeſtæ noctis ſilẽtio tranſire, eius iuſſionibus obedire velut dominæ, & cæteris noctibus ad eius ſeruitium euocatis. Sed vtinam hæ ſolæ in ſua perfidia perirent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitum traherent. Nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta talia vera eſſe credentes, a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cũ aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Qua propter ſacerdotes per Eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent hæc omnia eſſe falſa, & non a diuino, ſed a

Dæmones vocãtes.

maligno

maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus fidelium irrogari. Hęc ibi.

Si ergo iſtæ mulieres de quibus non conſtat, ꝙ ſacrificia offerant dæmonibus inuocatis, perfidę, & infideles, ac a recta via declinantes in præfato decreto dictæ, & habitæ ſunt, quia chriſtianum a recta fide deuiare, & infidelitatem recipere eſt proprie hæreſi inſiſtere, quanto magis chriſtiani dæmonibus honorem exhibentes dicendi, & habendi ſunt perfidi, & infideles infidelitate chriſtiana quę eſt hæreſis, & per conſequens hæretiçi ſunt habendi? Hunc articulum determinauit Io. 22. in quadam extrauaganti quæ ſic incipit. Super ſpecula. *Sacrificia dæmonibus offerentes.*

Hic conſiderandum eſt, ꝙ quæ ſupradiximus poni a Io. An. & Io. mo. & ab Archi. ſuper c. accuſatus. de hære. li. 6. non ſunt ſumenda, nec intelligenda copulatiue, vt omnia ſimul iuncta ſapiant hæreſim manifeſte, ſi ergo aliquis illorum actuum fiat in honorẽ diaboli, vel machometi, ſapit hære. manifeſte.

8 Secundus caſus ſiue ſecunda concluſio eſt, ꝙ ſi inuocans dæmonem non exhibeat eis honorem latriæ, ſed tãtum exhibeat honorem duliæ modo ſuperius explicato, & de hoc clare ſunt confeſſi iudicialiter, vel conuicti, tales non vt ſortilegi, ſed vt hæretici iudicio Eccleſiæ ſunt habendi, & per conſequens ſi reſipiſcant ab errore, & hæreſi prius abiurata, ſunt perpetuo immurandi, tamq̃ hęretici pœnitentes. Si autem non reſipiſcãt ſunt vt impenitentes hęretici feriendi, vel ſi relabantur, ſunt plectendi per omnia ſicut cęteri hęretici relapſi. *Honor latriæ.*

Hęc concluſio quamuis ex prima parte ſatis pateat ex antedictis, poteſt tamen breuius ſic deduci. Honor duliæ alicui exhibetur dupliciter, vel duplici de cauſa, Prima eſt in ſignum ſanctitatis, & hac de cauſa Habraam, Loth, & Manne Angelos adorauerunt. Hac etiam cauſa Aſſuerus Mardochęum, & Salmanaſſar Thobiam ſuper alios honorauerunt. vt Heſter. 3. & Thob. 1. Hac etiã cauſa Angeli beati, & ſancti qui ſunt in patria, a nobis adorãtur, & honorãtur honore ſcilicet dulię. *Honor, duliæ.*

9 Secunda cauſa eſt in ſignum regiminis ſiue iuriſdictionis, vel poteſtatis, & hac de cauſa Nathan Propheta, & Berſabee

mater Salomonis adorauerunt Dauid Regem. Reg. 3. c. 1. & hac cauſa etiam venerantur Pontifices, Reges, Duces, & alij Præſidentes, tamq̃ vices Dei gerentes, a ſuis ſubditis, vt facto & opere oſtendant ſe credere illum, cui talem honorem exhibent, vel ſanctum, vel Dei amicum, vel Rectorem, vel Gubernatorem per Deum conſtitutum eſſe, vt ſic Deum tamq̃ in ſibi caro, & amico, vel in vicario ſuo principaliter honorarint. Nota tamē, ꝙ cum ſancto alicui honor duliç exhibetur, Deus in ſancto honore latriæ adoratur, & cum Pontifex, Rex, vel Princeps honore duliæ reueretur, Deus in ſuo vicario honorē latriæ veneratur. Et ideo in cuiuſuis honoribus, qui ſanctis, & Eccleſiæ Rectoribus, ac mundi Principibus exhibetur, non ipſi ſed Deus in ipſis principaliter honoratur. Exhibens igitur honorem duliæ dæmoni inuocato, facto & opere exterius, conuincitur ſe corde, & mente reputare, & credere interius dæmonem fore ſanctum, & Dei amicum, & ideo ſanctitate venerandum, vel fore mundi Rectorem, & Gubernatorem a Deo conſtitutum, & ideo iuriſdictione, & poteſtate venerandum, quorum duorum vtrumq; plane eſt hæreticum, & peruerſum, quia eſt textibus ſacræ ſcripturæ contrarium, & determinationibus Eccleſiæ abſonum. Dęmon enim neq; ſanctus, neq; Dei amicus eſt, imo in culpa, & malicia obſtinatus remanet. Neq; ſimiliter in mundo a Deo Gubernator, nec Rector cōſtitutus, imo ſeruus captiuus, falſator, & deceptor eſt, vt in ſacris canonibus, & etiam præcedentibus rationibus conſtat. quare conuincitur, ꝙ dæmonibus honorem duliæ exhibentes, non vt ſortilegi, ſed vt hæretici ſunt habendi, & puniendi.

Qualiter Deus in creatura reueretur

Tertius caſus, ſeu tertia concluſio eſt, ꝙ ſi in eorum inuocationibus, & conſultationibus dæmoniorum conſultores, ſeu inuocatores talia peragant, ꝙ non appareat manifeſte, ꝙ aliquis honor latriæ, vel duliæ exhibeatur ipſis dæmonibus inuocatis modis in ſuperioribus explicatis, vel alijs ſimilibus quibuſcūq; tales nihilominus non vt ſortilegi, ſed vt hæretici iudicio Eccleſiæ ſunt puniēdi. quod ſic patet. Inuocare in ſacris literis ſumitur pro actu latriæ, vnde glo. ſuper illud Gen. 4 Iſte cępit in

uocare

uocare nomē domini,ſic dicit.Inuocare idē eſt quod colere,& deprecari.Item glo. ſuper illud Ro. 10. omnis quicunq; inuocauerit nomen domini ſaluus erit,ſic dicit Inuocauerit ſe ſubijciendo, & colendo .Et Papias exponens quid ſit inuocare dicit. Inuocat, adorat, ſupplicat, prece poſcit. Inuocare etiam, vt actus latriæ a Deo præcipitur, pſal. 49.Immola Deo ſacrificium laudis,& redde altiſſimo vota tua. Et alibi pluries.

Quia ergo inuocare pro actu latriæ ſumitur, & inter actus latriæ numeratur, & actus latriæ exhiberi p̄cipitur, & vt actus latriæ dæmoni fieri interdicitur, ſi dæmon a chriſtiano inuocetur,vbi aliud non apparet,actus latriæ dæmoni ſi offertur, hæreſim ſapit manifeſte, & taſes vt hæretici ſunt habendi iuxta primam concluſionem , nonne inuocantes dæmonem ſunt hæretici habendi? vtiq;. Ergo vt optime concluditur a Diuo Tho. ſec. ſec. q 89. in omnibus his eſt apoſtaſia a fide propter pactum initum cum dæmone, vel verbotenus, ſi interſit inuocatio, vel facto, etiam ſi deſint ſacrificia . Non enim poterit homo duobus dominis ſeruire . Math. 8. hæc S. Tho . vbi ſupra.

Inuocantes Dæmones.

10 Ad euidentiam etiam tertiæ concluſionis eſt attentius conſiderandū, ꝙ in inuocationibus dæmonum eſt diligentius conſiderandum . Nam ſi petitur id quod excedit dæmonis facultatem, vt ſunt futura a Dei libera voluntate dependentia , vt reſurrectio mortui,quod Saul petiuit a Phitoniſſa,vel certificatio vitę,vel mortis;quod a beelzebub petiit Ochozias.4.reg.1. vel hominem cogere ad peccatum , vel ſimilia , & tunc ex huius petitione hęretici iudicantur, quia proteſtantur ſe credere dęmonem fore Deum . Vide infra in verb. Diuinatio .

ARBITER, ET ARBITRATOR.

1 Arbiter,& arbitrator quis poſſit eſſe,quid poſſit vterq;,an ex arbitramento naſcatur actio,& an arbitramentū emologizetur, & multa alia vide in c.quintauallis.de iureiurando.

Arbiter non poteſt eſſe monachus,ſed arbitrator.vbi ſupra.

Arbitri recuſatorij qui,quales,& quam habeant auctoritatem,vide practicam Papieñ. in for. decli. iuriſd.& in c.cū ſpeciali, de appell. & ibi Doctores. Sed pro nunc notare debes,ꝙ

quando delatus prǽſumit de Iudicis vero iudicio,& iuſtitia, ta men requirit coloratas cauſas recuſandi ipſum, vt ſuſpectum, vt ſic ſubterfugiat eius iudicium,tunc ipſe inquiſitor iux. c. ſuſpitionis. de offi. deleg.& c. Requiris. de apell.& c. cum ſpeciali eligat vnum probum virum in arbitrum, & mandet recuſanti, vt eligat alium, & ſic electis arbitris mandet Inquiſitor, & cogat per ſuas literas per ſentẽtiam excommunicationis latę ſententię quatenus citent recuſatorem, mandando ei ꝙ pręſentet eis recuſationem, & teſtes producat, & ipſi arbitri eos examinent diligenter, ſic ꝙ alter eorum cum tertio ꝑ vtroſq; electo ſi non conueniant ſuper recuſatione pronũciant, aliter ipſe vtatur ſuo iudicio,& officio,ſicut prius in cauſa recuſantis principali, recuſatione huiuſmodi non obſtante. Si autem infra tempus arbitris aſſignatum percipiat Inquiſitor, ꝙ recuſatio licet forte falſa, & per falſos teſtes probata, pronunciabitur contra eum, tunc cum aſſenſu tamen recuſantis,alias non, poteſt alicui committere plenarie vices ſuas, vt in c. Iudex.de offi. deleg. li. 6.

Si autem adueniente termino arbitris aſſignato, ipſi arbitri non pronunciauerint, vel pronunciauerunt recuſationem eſſe nullam,remanet Iudex ſicut prius. Si autem pronunciauerint recuſationem eſſe legitimam, Inquiſitionis officium conquieſcet, & quo ad illam recuſationis cauſam Inquiſitor deſinit eſſe Iudex,nec poteſt alicui committere vices ſuas. vt patet in pręditto c. Iudex. Et cum Epiſcopus ſine Inquiſitore non poſſit procedere ad ſententiam, Epiſcopus, & Inquiſitor, vel alter ipſorum denunciet Romano Pontifici,ſupplicando ꝙ nõ obſtãte huiuſmodi recuſatione poſſit Inquiſitor procedere cũ Epiſcopo in cauſa illa, vel ſubroget aliũ quo ad cauſam illam qui cum Epiſcopo, & Inquiſitore poſſit procedere. Sed ante omnia debes aduertere, ꝙ prius, & ante omnia obſeruentur quę continentur in c. cum ſpeciali. dę apell. ſcilicet, ꝙ recuſans coram iudice recuſato alleget cauſas recuſationis, deinde eas per teſtes probet coram dictis arbitris. vide ibi.

Recuſatus iudex

AVXILIVM.

AVXILIVM.

1 AVxilium prȩſtantes ad delinquendũ pari delicto ſe aſtringunt. Abb. in c. Ita quorumdam'. de iudi. & in c. 1. de offi. deleg. maxime ſi ſit de actu propinquo, & non de actu remoto, Marſ. in pract. fol. 15. nu'. 50. & conſtet de principali delinquente, & principali delicto, Marſil. in pract. fol. 14. nu. 40. Carer. nu. 67. .§. homicidiũ. Et ſcias ꝙ quando tractamus de Inquiſitione fienda contra aliquem de auxilio cooperatiuo præſtito delinquenti ad committendum delictum, ꝙ tali caſu non valet nec procedit talis inquiſitio de auxilio, niſi primo cõſtet ipſi Iudici de principali delicto, & de principali delinquente, ſecundum Anchar. in conſ. 217. quod incipit. Nos Barthol. vbi dicit, ꝙ ſi non conſtat de principali delicto, non poteſt ꝓcedi contra alios tamq̃ contra auxiliãtes. ad quod allegat Bar. in. l. is qui .§. ſi initium. ff. de tur. Bal. in conſ. 119. ſecundi vol. quod incipit. viſo proceſſu. Requiritur etiam, ꝙ ſcienter auxilium prȩſtet, alias non eſt in culpa. Bar. in. l. omnes. de agris, & cenſi. li. 11. Alex. in. l. is qui opem. de fur.

B.

BENEFICIVM.

1 BEneficium Eccleſiaſticum, ſeu officium publicũ hȩretici, credentes, fautores, & horum filij vſq; ad ſecundam generationem obtinere non poſſunt: in c. Quicunq;. de hære. li. 6.

2 Beneficiis Eccleſiaſticis priuati ſunt, qui ad preces hæreticorum ea obtinuerunt, & fiunt ad alia obtinenda inhabiles, ſi talia ſcienter receperunt. c. Quicunq;. de hære. li. 6. .§. Ad hȩc Quid ſi iſti dimittunt talia beneficia quæ poſtea alijs conferũtur, & deinde vacant? an iſti poterunt iterato illa obtinere? Dic ꝙ non, quia in di. c. dicitur perpetuo. An autem in hoc includantur dignitates pontificales, glo. quȩrit ſuper di. cap. & nõ ſoluit tu dic. ꝙ nõ nã cum hȩc materia ſit pœnalis, debet reſtringi. vt de reg. iur. In pœnis, Io. An. & Gemin. An autẽ ſi

neſciat

neſciat eos qui preces offerebant eſſe tales, teneat hæc pœna? Dic ꝙ non, quia in di. c dicitur, ſcienter. 2

Beneficia plura poſſidẽs, infamia canonica qualiter laboret vide Abb. in c. Dudum. de elect. quomodo autem diſpenſatio interueniat, vide Io. de tur. cre. in c. Domui. diſt. 89. 3

Beneficiũ Veleiana. Beneficium Veleianæ mulieri hæreticę denegatur. in c. ſi ad uerſus. de hære. Nec beneficium ſenatus conſulti ei prodeſt. 4

BLASPHEMI.

BLaſphemi ſunt in duplici differentia. Quidam ſunt qui articulis fidei nõ obuiant quoquomodo, vtpote malũ Deo, nec ſanctis non imputantes, ſed eiſdem maledicentes, vel gratias Deo non exhibentes, ſed ingratitudine agitati oppoſitum gratiarum euomũt, & iſti dicuntur mere blaſphemi, & de his loquitur canon extra de blaſphemis, vel maledicis, qui quidẽ titulus diſtinguitur contra titulum de hęreticis. Nec de ſimilibus Inquiſitor habet ſe intromittere, ſed debet eos relinquere ſuis Iudicibus puniendos. 1

Alij ſunt qui contra fidei articulos verba proferunt, vtpote qui Dei omnipotentiam infringunt dicẽtes, Deum non poſſe factibilia facere, quod eſt contra primum fidei articulum, qui eſt credere in Deum omnipotentem, vel qui a beata Virgine pudicitiam tollere nituntur, dicentes illam meretricem, vel ſimilia, quod eſt contra articulum fidei, qui eſt credere filiũ Dei conceptum de ſpiritu ſancto, natum ex maria virgine, & tales ſic directe articulos fidei agitantes dicuntur blaſphemi hæreticales, reducunturq; ad titulum de hæreticis, & hæreticorum, vel ſuſpectorum de hæreſi legibus iudicantur, ſuntq; ſubiecti Inquiſitorum iudiciis. 2

Blaſphemi obſtinati. Vtrum autem tales ſint hæretici, aut ſuſpecti de hæreſi, conſiderandum eſt, ꝙ hi blaſphemi hæreticalia verba euomentes, poſtq̃ fuerint in huiuſmodi per iudices fidei deprehenſi, ſi in talibus verbis hęreticalibus volunt ſtare ꝑtinaciter, & illa defendere, hæretici ſunt iudicandi, & vt tales ſunt tradendi curiæ ſeculari, iux. c. Ad abolendam. de hære. ſi autem non, ſed ad arbitrium iudicis fidei volunt cum effectu illas hæreſes re- 3

uocare

uocare,& ſatisfactionem condignam exhibere, non ſunt hærẽtici iudicandi. iuxta c. Ad abolendam, de hære.ſed ad miſericordiam admittendi.

4 Si autem tales debent arctari ad abiurandum hæreſes antedictas, an tamq̃ pœnitentes hæretici, vel tamq̃ ſuſpecti de hæreſi, & ſi tamq̃ ſuſpecti, an tamq̃ vehementer, vel tamq̃ leuiter ſuſpecti, conſiderandum eſt, ꝙ ſi meritis proceſſus diligenter actitatis inueniuntur habuiſſe in eorum mẽte circa ea quę ſunt fidei,errorẽ, ita vt aliqua crediderint fidei contraria eorũ quæ ore protulerunt,tenentur, vt deprehenſi in hæreſi,abiurare hæreſes iux.c. Ad abolendam,ꝙ ſi relabantur,pœna relapſis debita puniantur. iux. c. accuſatus. de hære. li. 6.

5 Si autem nõ inueniantur in hęreſim taliter deprehenſi, ſed inueniantur pluries, & frequenter, & in ludo, & extra ludum & ad leuem turbationem in tales hæreſes prorupiſſe, & non conſtat clare de mala ſua credentia,debent arctari ad abiurandum, vt vehementer ſuſpecti propter frequentiam habituatã, quæ ſuſpectos vehementer illos reddit iuxta. c. Accuſatus. de hære. lib. 6. *Frequentia habituata.*

6 Si autem non frequenter,ſed raro, nec longo tempore, & nõ extra ludum, ſed in ludo tantum,vel in ira tantum,tunc eo caſu videntur debere abiurare tamq̃ leuiter ſuſpecti. iuxta. c. Accuſatus,ſupra. Nec prodeſt, ꝙ ad excuſandas excuſationes in peccatis ponitur a nonnullis, ꝙ verba huiuſmodi hæreticalia euomentes,moueantur ad proferendum ſola turbatione & furia, & non firma aſſertione & credentia, & ideo quod dicũt non credunt, &c. Sed furia ſiue ira hos taliter nõ excuſat,quia maior mentis commotio, & turbatio ſequitur ex motu & afflictione proprii corporis,q̃ ex perditione vnius oboli, ſeu denarii argentei ſiue aurei, ſed adorantes idola metu mortis,vel amiſſionis membri, non excuſantur in foro interiori a peccato. Vnde Auguſtinus de bono coniugali,& regeſtratur.33.q.4.c. ſicut. dicit,Sanctius eſt mori fame, q̃ veſci idolotitis. Nec ex-
1 cuſantur in foro exteriori ab idololatria, & apoſtaſia a fide,& per conſequens ab hæreſi,ſecundum Rai.tit. de apoſtatis q.7. *In ludo hæreticalia dicẽs.*

Circa

Circa motus enim iſtos mentis pro fidei defenſione, & confeſſione quantum ad verum catholicum non eſt metus cadens in conſtantem virum, quinimmo, nec metu mortis pro peccato mortali, & minimo perpetrando ſecundum Theologos, & maxime Sanctum Thomam non ſolum de peccato mortali, ſed etiā de veniali in principio quolibeto vbi de hoc facit quæſtionem ſpecialem, & etiam Diuus Aug. & recitatur. 22. q. 2. c. Ne quis. Si ergo turbatio, & commotio ex metu mortis non excuſat adorantem idola, vel dæmonium, quomodo excuſabitur contra articulum fidei hæreſes euomentem? Nunquid eſt maior commotio ex aduerſa ſorte perditio pecuniæ, q̃ ex vicina morte corporalis vitæ amiſſio? Si ergo nō excuſatur ab hæreſi in caſu illo, nec in iſto excuſabitur. Rurſus ſecundū Diuū Auguſtinum ſuper Gene. ad literam. Noe poſt diluuiū inebriatus excuſatur a peccato, & a tanto, & a toto, quia vini virtutē non nouerat, & ideo cauere non tenebatur, ſed Loth inebriatus a prima filia, & cum ea fornicatus excuſatur a tanto, ſed non a toto, quia vinum nouerat, & eius fortitudinem, ideoq; cauere debebat, propter hoc ab ebrietate non fuit excuſatus. Sed quia conſequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus fuerat, & non fugit, non excuſatur a ſecunda ebrietate. Sic qui ludit, turbationem ex ludo expertus, non excuſabitur a turbatione iterum ludens, & ex turbatione tali verba hæreticalia euomens, ſicut qui frequenter, & ſcienter ſe inebriat, & inebriatus perſonam Regis inuadit, & hæreſes ſeminat, non excuſatur de crimine læſæ maieſtatis, & hæreticæ prauitatis. Ergo ſi hic non euadit iudicis ſecularis, & Inquiſitoris iudicium, nec ille. Et ſic patet, ꝙ licet blaſphemi mere cadant ſub titulo de blaſphemis, & non de hæreticis, & tales Inquiſitoris iudicio non ſubdantur, tñ blaſphemi hæreticales articulos agitātes cadunt ſub titulo de hęreticis, & per conſequens eorū inquiſitio, iudiciciū, & punitio ad Inquiſitoris officiū noſcitur pertinere.

Iteratio delicti quid importet.

Blaſphemi hæreticales.

BONA FIDES.

Bona fides prȩſumitur in illo qui nō habet notitiam rei alienæ, & præſumitur niſi in quattuor caſibus, & ignorantia 1

præſumitur

præſumitur niſi probetur contrarium. Et maxime prꝗſumitur poſt triginta annos retro ſemper fuiſſe penes illum, qui non fuit moleſtatus per dictum tempus. Abb. in c. ſi diligenti. de præſump. in quo loco diffuſe vide pertinentia tam ad bonam, q̃ ad malam fidem.

BONA OPERA.

1 Bona opera, nec etiam martyrium ipſum hꝗretico, nec ſchiſmatico proſunt. c. firmiſſime. de hære.

BONA HAERETICORVM.

1 Bona hæreticorum confiſcari debent, vt in c. vergentis. de hære. Circa tamen cōfiſcationem eſt ſciendum, ꝙ licet bona hæreticorum ipſo facto, ſeu ipſo iure confiſcata intelligantur a die commiſſi criminis, tamen neceſſaria eſt iudicis ſentētia declaratoria ſuper ipſa confiſcatione, vel bonorum ademptione, quæ quidem ſententia olim fiebat in terris Eccleſiæ ꝑ iudicem Eccleſiaſticum, videlicet per Epiſcopum, vel Inquiſitorem, in alijs autem terris Imperii fiebat per iudicem, & Principes ſeculares, vt in di. c. vergentis. de hære. Sed hodie indiſtincte iudex eccleſiaſticus facit vbiq; hanc declarationem ſuper confiſcatione bonorum. Nec niſi requiſitus intromittit ſe iudex ſecularis, quia hoc eſt ſibi interdictum in c. vt Inquiſitionis. de hære. .§. prohibemus. li. 6. diffuſius vide ſum. tabie. in ver. Inquiſitio. Et aduerte, ꝙ pœna confiſcationis vindicat ſibi locum ſolummodo in illis, quos conſtat fuiſſe hæreticos, vel qui de hæreſi ſunt damnati. vt in c. Ad abolendam. de hære. & c. ſuper quibuſdam. de ver. ſig.

Declaratoria ſententia neceſſaria.

Iudex ſecularis, non ſe intromittat

2 Bona vero clericorum hæreticorum non confiſcantur fiſco Eccleſiæ, vel Iudicis ſecularis, ſed applicantur Eccleſiis, in quibus habuerunt ſtipendia. Et bona clericorum Eccleſias non habentiū debent applicari Epiſcopo loci, qui ea in pios vſus diſtribuat. Inno. in c. fi. Qui cler. vel mona. Et Frede. de ſenis cōſ. 20. & quod notatur in c. Quia diuerſimode. de conceſ. breb.

3 Bona hæreticorum participare non debent dioœceſani, vt patet per Bullam Benedicti vndecimi quæ incipit, Ex eo quod quædam.

Epūs nil habeat, de bonis, hæreticorum.

Bonorum appellatione includuntur etiam actiones, ſeu nomina debitorũ vt.l.1.C.de vſufr.Bal.in cõſ.234. ſecũdę partis. 4

BONORVM CONFISCATIO.

NOta ex Vldarico Zaſio in ſuo feudali parte decima nu.74. 1
ſic dicente. De fructibus autẽ hoc iure vtimur, quod poſt ſententiam priuationis ſecutam, vaſſallus omnes fructus a die commiſſi criminis, videlicet a die commiſſæ offenſæ, quo tem pore in mala fide eſſe cepit, & fortius poſt ſententiam declaratoriam perceptos, ei ad quem feudum fuerit reuerſum, ſiue do minus ſit, ſiue agnati, reſtituere tenebitur. Et eſt ratio viua, 2
quia his caſibus dominus, vel agnati recipiunt quod ſuum eſt, & merito cum fructibus recipient. arg. l. videamus.2.§. ſi. de uſur. a ſimili de bonis hæreticorum dicitur, cum longe grauius crimen ſit hæreſis, q̃ felonia qua feudatarius feudum amittit, c. vergentis. de hære. li. 6.

C.

CADAVERA.

CAdauera hęreticorum per errorem in cimiterio ſepul 1
ta debent exhumari. Et nota ꝙ non ſolum contra vi uos, verum etiam contra defunctos hæreticos habet Inquiſitor quid faciat, non obſtante ꝙ crimina morte extinguantur quo ad temporales pœnas. vt 23.q.6.c. Quorũ dã, & 26.q.7.c.1.& c.ſi reus, vel accuſator. l.1.& 2. quia ta men eſt ſpeciale in crimine hęreſis, mortuus poteſt accuſari, & contra eum inquiri. vt 24.q.2.c.ſane. & C. de hære. l. Manichęos, extra eo. c. ſi quis Epiſcopus, & eo. c. filij. li. 6. quod in tellige de defuncto vere hæretico, ita ꝙ bona eius veniant con fiſcanda, ſecus autem de ſuſpecto, vel pœnitente.

Volens autem Epiſcopus, vel Inquiſitor procedere contra 2
hęreticum defunctum, faciat eius hęredes citari ad defenſionẽ, cum ipſorum hæredum interſit pro conſeruanda fama, & memoria defuncti, & pro bonis quę illis veniunt auferenda. Item ex alia cauſa intereſt hæredis, vbi ipſe hæres eſſet filius defuncti, quia

cti, quia ipſe filius ad quaſdam pœnas pro patre tenetur. vt c. ad.l.iul.maie.l.quod quis.& 24.q.c.ſane.& c.vergẽtis.de hęre.

3 Nota quod licet mortui accuſari non poſſint, quia mortuo reo omnis criminatio extinguitur, fallit tamen in crimine lęſę maieſtatis, repetundarum, peculatus,& hæreſeos, quibus caſibus propter enormitatem delicti accuſatio de iam mortuo recipitur. l. ex indiciorum.ff. de accuſatio. Item fallit ſi quis mortem ſibi conſciuit. Vide Frãciſcum Caſonum, qui accuſare poſſunt c. 2. & c. de his qui ſibi ante ſent. mor. conſci. quia metu criminis de quo inquirebatur, videtur ſibi mortem conſciuiſſe vt per Doctor. etiam in. l. 2. c. qui teſta. fa. poſs. vbi eſt etiam de hoc textus, & quando conſtat de crimine, tunc poſtq̃ mortem ſibi conſciuit, bona ſunt publicata, & hæredes non ſunt vocandi, vt eſt textus clarus in. l. fin. .§. fin. ff. de his qui ſibi ante ſent. mort. conſci. Et ratio eſt, quia licet regulariter de vnoquoq; actu quis, ſeu eius hæredes ſint citandi, fallit quando, ſi citarentur, nulla eis competeret defenſio. vt per Doctor. in. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. Si iſti citarentur nullam haberent rationem ad probandum. *Mortui quãdo accuſari poſſunt.* *Hæredes quãdo citari debeant.*

4 Item filiis quandoq; ſic, quandoq; non auferuntur bona defuncti patris, vt infra in ver. Filii, dicetur. vnde non eſt mirum ſi diximus hæredem citari debere, cum ſententia illum tangat per. l. propter. ff. de re. iudi. & .l. de vnoquoq;. in fi. & c. per tuas. de apoſta. proceditur namq; contra hæreticum defunctũ vt deleatur eius memoria C. de hære. l. Manichæos, & c. de Epiſ. & cler. l. Quoniam. Poteſt etiam defunctus excommunicari. vt 23. q. 2. c. ſane. & excommunicatus poſt mortem poteſt abſolui, vt c. A nobis, de ſent. excom. el 2. Vt eius bona adimantur. c. ſi pend. appell. l. quamuis, niſi filii fideles, & catholici per annos quadraginta iam ea bona poſſediſſent, & ille defunctus, de cuius crimine quęritur, catholicus tunc reputabatur quando videlicet deceſſit. Tertio vt eius cadauer in cimiterio exiſtens exhumetur. c. 2. de hære. li. 6. & c. ſacris. de ſepult. quando ſcilicet oſſa illius poſſunt diſcerni ab oſſibus fidelium. *Excõmunicari & abſolui, poteſt mortuus.*

F 2 Tempus

Tempus poſt mortem infra quod inquiri poteſt ſuper crimine hæreſis, aliqui dicunt quinquennium. c. de apoſt. l. ſi quis defunctum. Alii ad viginti annos protrahunt terminum. vt c. de fal. l. quærela. Alii ꝙ in fauorem fidei, & in deteſtationem maximi criminis dicunt, ꝙ inquiri poteſt ſine temporis præſcriptione, cum nulla iura inueniantur quæ in hoc crimine præfiniant tẽpus, prima tamen opinio videtur tutior. vide Gemin. in c. filii. de hære. li. 6. ꝙ licet alias requiratur accuſatio, & inſcriptio, in hoc tamẽ particulari negotio propter enormitatẽ delicti, tantũ libri ſuſpectæ lectionis, ſi inueniantur, faciunt, & ſufficit indicium, ſcilicet ad procedendum. 5

Libri ſuſpecti qd faciant.

CALVMNIATOR.

CAlumniatorum diuerſas pœnas vide in c. cum dilectus. de calumnia. & ibi Feli. & Abb. in c. 1. de calumnia. 1

CAPTVS.

CApi non debet quis ante ſummariam fidem, vel probabilẽ ſuſpitionem de receſſu Bal. in. l. quod euitandi. in fin. C. de cond. ob turp. cauſ. & allegat Archi. Io. Andr. in c. ſi clericis de ſent. excom. li. 6. quod idem tenet Petr. de Anchar. in d. c. ſi clericos, qui dicit non eſſe capiendos qui nec conuicti, nec condemnati ſint, nec eſſe vim inferendã his, qui parati ſunt obedire. allegat c. vt famæ. c. cũ nõ ab homine. de ſent. excom. quæ quidem in ciuilibus ſunt veriſſima Bal. conſ. 49. ad fin. 1. parte. Et idem conſ. 208. 3. parte. 1

In criminalibus tamen relinquitur arbitrio iudicis, an a captura perſonæ incipere velit. Bar. Bald. in di. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando, & ibi Alex. in addit. Bart. in l. ſacrilegi. §. labeo. ff. ad. l. iul. pecul. Si tamen is qui capi iubetur, offerat idoneos fideiuſſores, audiendus eſt, nec debet iudex recuſare fideiuſſores, niſi fortaſſe eſſent crimina grauia, in quibus cautioni fideiuſſoriæ tuto credi nõ poſſet. tex. eſt in. l. Diuus 1. ff. de cuſto. reo. Dicuntur autem grauia crimina, ex quibus imminet ſupplicium mortis, ſecundum Spec. in tit. de accuſa. §. 1. d. verſ. ſed pone. qui eleganter ibidem diſtinguit fideiuſſores non admitti in grauibus, at in non grauibus eſſe recipiendos, 2

Grauia crimina, quæ dicũtur.

dos, vt dicit Bar. in.l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſd.cag. vide de hoc Zaſium in conſ. 19. 1. parte.

3 Captus pro crimine hæreſis nō eſt fideiuſſoribus relaxãdus, quia in cauſis criminalibus inquibus venit imponenda aliqua pœna corporalis, vel corporis afflictiua, reus fideiuſſoribus nō eſt relaxandus, vt per Bar. & alios in.l. 1.ff. de cuſto. reo.& in l. 2.ff. de pub. iud. & late per Ang. de Are. in tract. malef. in ver. fama publica. in ver. 10, quęro. Nam quo ad tales, etiam ſi reus daret mille fideiuſſores, non debet relaxari ſecundum Bal. in l. eos.§. ſuperius c. de appell. imo ſi interueniret fideiuſſor, nō valeret tali fideiuſſio, ſecundum glo. ſing. in c. cum homo 23.q.5. quam refert, & ſequitur Angel. de Are. in di. ver. pro quibus. Si tamen conſuetudo ſit in oppoſitum, veluti in nonnullis partibus eſt circa hæreticos pœnitentes non relapſos, tunc valet talis fideiuſſio. Et ita dixit glo. ſing. in di. c. cū homo. quam refert, & ſequitur Lud. Rom. in ſing. ſuo 120. incipiente. Tu ſcis ꝙ in cauſa criminali, & Ang. de Are. in tract. malef. ver. pro quibus, vbi addit. Et ſi Inquiſitor relaxet reum fideiuſſoribus, & inuenerit ꝙ fideiuſſores non ſint idonei, poterit iterum reum ipſum incarcerare, & facere ꝙ alios præſtet fideiuſſores, quibus præſtitis etiam primi erunt obligati. ita dixit Bal. in l. 1.ff. ſi quis in ius voca. non ierit, Aug. de Arim. in pract. crim..§. Attingam nu. 9. & 10. *Fideiuſſio quando admittenda.*

4 Captum, etiam iniuſte, eximens e manibus familiæ Inquiſitoris, vel e carceribus, eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, quia fautor hæreticorum, & impediens officium, & quomodo extra ordinarie puniri debeat, vide Nellum in tract. Bannit. in 2. parte 2. temporis. q. 31. incipien. Quæritur viſum. Petrus de Anchar. conſ. 34. incipien. viſo, Alex. in conſ. 35. incipien. viſo Them. in 2. cōl. 2. vol. *Captum eximens de manu curiæ.*

CARCER.

1 Carcer eſt locus ſecurus, & horribilis, repertus non ad pœnam, ſed ad debitorum, vel delinquentium cuſtodiā. Bal. in tract. ſuo de carcere, & propter hoc carcer cum ſit terminus pœnæ, nullam infamiam affert incarcerato, quia ad hoc vt

arguamus

arguamus aliquem criminoſum, recurrimus ad pęnam qua eſt puuitus, vt eſt caſus in l. teſtem centurio ff. de manu teſta. Barba. in conſ. 29. 1. partis.

Carceris inuētor. Carcerem primus Ancus Martius Romanorum Rex ędificari iuſſit, vt Liuius ab vrbe cond. li. pri. dec. primę, licet Eutropius inuentionem carceris ad terrorem, & cuſtodiam Tarquino ſuperbo Regi aſcribat. Vtcumq; ſit, inuentum Regium fuit, & hinc eſt ꝙ ius carceris ſibi occupans, in crimen læſæ maieſtatis incidit, vt in l. 1. c. de priuat. carce. Et dicitur quis ius carceris *Carcer priuatus.* ſibi occupare, vel priuatum carcerem exercere, qui vltra viginti quinq; horas aliquem detinet, l. capite quinto ff. ad l. iul. maie. de adult. & ratio eſt quia ſibi vſurpat merum imperium, vt per Bal. in di. l. loco præalleg. in ver. ibi in tex. cuſtodiam. carcer enim eſt meri imperii, vt per Doct. in l. imperium ff. de iuriſdict. omnium iudi. vbi Iaſon. in verſ. 3. mouetur. Fallit tamen concluſio in multis, vt in patre detinente filium in carcere priuato ad correctionem, & aliis ſimilibus, vide Hier. Gigan. in tract. de cri. lę. maie. in tit. qualiter, & quando, & a quibus q. 35. per totum. 2

Incarcerare alium quis non poteſt ſimpliciter, niſi ſit miniſter iuſtitiæ, & ſecundum ordinem iuſtitiæ. Et ſi enim cuilibet liceat alium ad horam detinere, ne malum aliquod faciat, ſimpliciter tamen detinere, & ligare non licet, ſed tantum hoc poteſt qui vniuerſaliter habet diſponere de actibus, & vita alterius. Diuus Tho. 2. ſec. q. 65. ar. 3. Sylueſt. in ver. carcer. q. 1. Tabie. In verbo carcer. §. 1. Et quicunq; priuatus aliquem incarcerauerit, etiam pro manifeſto crimine, capite punitur, de iure ciuili c. de coarct. l. omnes. li. 12. imo committit crimen læſæ maieſtatis, vt dictum eſt ſupra, ſed glo. dicit hoc non habere locum in detinente proprios ſeruos ne fugiant, vel vxorē vel filios ad correctionem. Syluest. in ver. cacer. q. 2. Tabie. in ver. carcer. §. 1. 3

Carcer regulariter eſt ad cuſtodiam, non autem ad pœnam c. Quamuis de pœnis. ſed hoc intellige de iure ciuili, non de iure canonico. Permittitur enim prælatis, imo cuilibet iuriſdictionem 4

ctionem habenti, & habet delicta punire, vt poſſit ad tempus, vel etiam in perpetuum reos ad carceres adiudicare, vt per Abb. in c. cum a nobis de Apoſta. in fi. & habetur in c. Nouimus. de ver. ſig. Syllueſt. in ver. hæreſis 2. q. 7.

5 Carcer ſiue ſit ad cuſtodiam, ſiue ſit ad pœnā, nō ita ſit aſper vel durus, ꝙ homines in eo perimantur. Nam ſecundum Lau. vt allegatur a Zabar. in clem. vnica de homicidio, qui homines tradunt in carcerem ita durum, & aſperum, ꝙ incarcerati quaſi in ſex menſes vitam perdant, ſunt homicidæ, & irregulares, quia talis pœna eſt magis afflictiua, ꝙ̃ ſi ponerentur in patibulo. Et hoc notabis contra prælatos clericos, detrudentes in gabiam, vel eos ad triremes cōdemnantes. Syllueſt. in uer. hæreſis. 2. q. 7. & uide Abb. in c. a nobis. de apoſta. & in c. qualiter, & quando de accuſa. Et nota, ꝙ ſiue carcer ſit ad cuſtodiā ſiue ſit ad pœnam, non debet in eo eſſe commixtio maris, & fœminæ ſecundum glo. in c. Quamuis de pœnis li. 6.

Carcer nō debet eſſe aſper

6 Ad carcerem dum quis condemnatur, ſi quid exprimitur in ſententia, ſcilicet ad tempus certum, uel in perpetuum, ſtabitur expreſſis in ſententia, ſi uero quis ſimpliciter ad carceres damnetur, intelligitur perpetuo damnatus, C. de pœnis. l. ſeruus. & per glo. in c. grauis de pœnis li. 6. Et nota ꝙ carcer perpetuus æquiparatur morti. Innoc. in c. qualiter, & quando. de accuſa. quem allegat, & ſequitur Auguſt. de Arimi. in Addi. ad Angel. de malef. in uer. fama publica. nu. 14. Et nota ꝙ in carcere priuato detentus iniuſte, ſiue in carcere iniurioſo, ut a latronibus, uel tyranno, ſi quid agat cum detentore, poſtmodum poteſt allegare metum, & facere actum reſcindi. ut in. l. qui in carcere ff. Quod metus cauſa, Cum alio uero ab ipſo detētore contrahere poteſt, niſi ad hoc detineatur, ut in c. Dominus. de ſecundis nuptiis, per Panor. Poteſt etiam in carcere facere teſtamentum, ut in. l. Metum. §. ſed licet. ff. quod met. cau. Detentus autem in publico carcere iuſte, ſi eſt damnatus pœna capitali, non poteſt aliquid agere tamē liber, quia eſt effectus ſeruus pœnæ, & bona ſua ueniunt ad ſuccedentes ab inteſtato, ut in auten. Bona damnatorum. C. de bon. damn. unde etiam ad-

Carcer ꝑpetuus morti æquiperatur.

Iniuſte detentus quid poſſit facere

pias

pias cauſas non poteſt diſponere, vt ait Io. And. in c. 2. de vſu. li. 6. ſi autem non eſt damnatus pœna capitis, ſed tãtum in carcere detentus, poteſt contrahere, & omnes alios actus agere, vt in di. l. Qui in car. Sylueſt. in ver. carcer. q 4. Tabien. in ver. carcer. §. 5. & nota ꝙ carceratus omni die dicitur grauari, & ideo tamq̃ a nouo grauamine poteſt omni die appellari ſecundum Spec. in titulo de appell. §. reſtat. verſi. & nota, & verſi. & quid dices. Philippus de peruſio in c. ſuper eo. de appell. Feli. in c. exceptionem, & in c. accedens 2. vt litis nõ conteſt. vbi latiſſime loquitur in materia iſta, & dicit idem dicendum eſſe in exceptione loci ſuſpecti, quia habet grauamen ſucceſſiuum, & ideo talis exceptio poteſt quãdocunq; fieri, & ita tenet Spec. in titulo de citatione §. 1. & 3. verſ. Quid ſi reus, & D. Ant. & Io. de Imo. in c. exceptionem. de except. Et vide Marſil. in pract. §. attingam nu. 29.

Carceratus quotidie grauatur.

Carceratos Iudex viſitare debet, & curare, ꝙ habeant neceſſaria, vt in l. 3. C. de Epiſc. aud. & ſiquis ſine cauſa eſt incarceratus, poteſt Iudex ex mero ſuo officio eum liberare, Angel. in tract. malef. in ver. feria publica in 14. in ver. & aduertas. 7

Carceratorum cauſæ ſunt ſummariæ, ſicut cauſæ miſerabilũ perſonarum, expediendæ. Cyn. in l. fin. c. ſi quis alteri, vel ſibi. quem refert, & ſequitur Bar. in tract. ſuo, carceratus, in fi. & de hoc videtur eſſe textus in l. fin. C. de cuſto. reo. Marſil. in pract. crimi. §. attingam. nu. 76. 8

Miſerabilium cauſæ sũt expediẽdæ.

Carceres proprios habere poteſt Inquiſitor, ac proprios miniſtros, iurabunt tamen miniſtri, & cuſtodes, ꝙ officium fideliter exequentur. ut in Clem. Multorum de hære. Et licet pendente iudicio criminali quis in carcere non detineatur, tamen fallit hoc in crimine hæreſis propter enormitatem criminis, ut ponit Gemin. in c. ut Inquiſitionis. de hære. li. 6. 9

Carcerum hæreticorum erunt duę claues, & duo cuſtodes, ut in c. Multorum de hęre. in Clem. Carcer uidelicet communis Epiſcopo, & Inquiſitori duas habebit claues, quarum alteram Epus, alteram Inquiſitor habebit, ſed ſecus de particularibus tã Epi q̃ Inquiſitoris, ut longa conſuetudine ꝓbatur, uide infra. 10

Duæ claues, & duo cuſtodes.

11 Carcerum

11 Carcerum cuſtodes cuſtodiam negligentes, vel capite puniuntur, vel in eam qua rei tenentur, pœnam incidunt, vt l. Milites. ff. de cuſto. reo. l. ad commenterieñ. c. eodem, Zaſius in ſing. c. 2. *Negligens cuſtodia.*

12 Carceris ſi plures ſunt cuſtodes, & vnus cuſtodum fugiat cum carcerato, alii non tenentur, textus eſt in l. fi. §. 1. ff. de cuſto. reo. Iud. Ro. in ſing. ſuo. 31. incipien. Si dictat ſtatutum. Marſil. in pract. crim. §. attingam. nu. 73.

13 Et nota, ꝙ quilibet Epiſcopus videlicet, & Inquiſitor poteſt habere carcerem proprium, vt patet in alleg. c. Multorũ, & quilibet ſuum carcerem poteſt facere communem ambobus, & tunc eius carceris erunt duæ claues, quarum vnã Epiſcopus, alteram Inquiſitor ſeruabit, & ſimiliter duo cuſtodes vnus nomine Epiſcopi, alter nomine Inquiſitoris. Nam in aliquibus partibus, vt in Tholoſa, & Carcaſſona Inquiſitores habent in ſuis domibus carceres, quos vocant muros, qa domumculæ illæ adhærent muro loci, qui eſt Epiſcopo, & Inquiſitori communis, & de his fit mentio in di. c. Multorum. de hære. in clem. vide Directorium noſtrum parte 4. c. 9. *Murus, quid ſit.*

14 Carcerum effractores qui in carcere conſpirauerunt, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant capite puniuntur l. in eos. ff. de cuſto. reo. Sed atrociores ſunt nocturni effractores, & ideo fuſtibus cęſi in metallum damnari ſolent. Diurni vero poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuum, vel temporarium dandi ſunt, vt l. 1. & 2. ff. de effracto. & puniuntur etiam alia pœna, in qua punirentur ſi vere maleficium propter quod incarcerati fuerũt, vere perpetraſſent, vt bart. in di. l. in eos ff. cuſto. reo. Nam aufugiens de carcere, habetur pro cõfeſſo, ſi ꝓ ſpeciali Inquiſitione erat in carcere, ſecus ſi pro generali. imo ſi ſpeciali eſt, requiritur ad hoc quod habeatur pro confeſſo, ꝙ aufugerit cum conſpiratione, vt di. l. in eos, ſi vero ſine conſpiratione, tunc non habetur pro cõfeſſo, ſed punitur pro motu iudicis, vt not. Guil. de Cu. in l. ſucurritur. ff. ex quibus cauſ. maio. & ibi Bald. & in l. Amonendi in 9. col. ff. de iureiur. *Effractores carcerum.*

Fugiens ex carceribus.

Ex carceribus fugiens in quibus propter ſuſpicionem de hæreſi poſitus fuerat, & ſi carceres non fregerit, ſed tantum oſtio aperto fugerit, non habetur pro conuicto, ſed excõmunicatur, ſi in termino ſibi aſſignato ad ipſos carceres non ſe præſentat, & ſi per annum excommunicationem ſuſtinuerit, tamq̃ hæreticus punietur C. cum contumacia. de hęre. li. 6. Marſil. in pract. crim. .§. Attingam nu. 39. vſq; 42. ſi autem erat cõuictus, dato ꝙ fugerit oſtio aperto citari debet ad ſententiam audiendam. Et ſi non comparuerit, condemnabitur vt pertinax, & impænitens, & hęc tamq̃ ſingularia notabis. 15

Carceres frangens

Carceres autem frangens, ſeu tentans frangere in quibus poſitus fuerat propter ſuſpicionẽ hęreſis, ſiue fugiat, ſiue nõ, dummodo fugere tentet, habetur pro conuicto, & vt hæreticus damnari poteſt, facit. ff. de effract. le. 1. & ff. de cuſto. reo. l. eum. Et in auct. de col. .§. prohibemus, & per Io. Calder. in ſuo Direct. Inquiſitionis. c. 10. & per Marſil. in pract. vbi ſupra. Vide Zanchinum c. 10. 16

Adde. l. milites agrum .§. eius fugam. ff. de re milit. & l. ſi quis aliquid .§. miles .ff. de pœnis, & per Doct. ibi, & per Angel. de maleſi. in glo. quod fama publi. præc. in verſ. tertio quid ſi quis poſitus fuit nu. 82. etiam ſi crimen non commiſerit per di. l. in eos. de cuſto. reo. & per glo. & Bart. eo in loco Boſſ. in tit. de effracto. carce. per tot. & in tit. de captura num. 20.

Et ratio eſt, quia hac effractione maius, & intenſius delictum redditur arg. l. 3. in fin. c. de Epiſc. audien. & l. ſeruos circa medium c. ad leg. iul. de vi. Rupli. l. capitalium .§. ſolent ff. de pœnis, & l. omnes. Nam clauſura publica violatur, publica iuſtitia læditur, & miniſtris periculum paratur, qui enim poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit. Rom. 13. Quę vero ad conſcientiam attinent, an fuga, & carcerum ſeu vinculorum effractio damnato ad mortem ſit licita, a D. Thō. & Caiet. abunde perpenduntur. ſec. 2. q. 69. ar. 4. & præcipue ad ſecundum.

Carceres autem frangens, aut frangere tentans in quibus

bus poſitus fuerat ad pænitentiam agendam pro hæreſi, ſiue fugiat, ſiue non, habetur pro impęnitente, quia propter hoc præſumitur ficte conuerſus, & ꝙ perſeueret in veteri errore. de pœni. di. 2. c. ſi quis & 22. q. 2. c. Qui ait, & 21. q. 1. c. Cum per bellicam.

Adde, ꝙ Eccleſia carcere ad pœnā vtitur, vt notat Felin. in c. excommunicamus 2. de hęre. ꝙ autem ille qui a loco ſibi pro pęnitētia aſſignato fugit pro hęretico damnari poſſit, confirmat idem Felin. in d. c. excommunicamus, & allegat Io. And. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. dicitq; talem fugiētem ex hoc ſolo haberi pro conuicto, ac ſi in hæreſim relapſus eſſet, & ꝙ abſq; vlla audiētia ſeculari brachio tradendus eſt iuxta. c. Ad abolendam eo tit. Quibus omnibus ſubſcribit Nicol. Arelat. in tract. de hæret. notab. 6. Idem dic de eo qui aliā pœnam ſibi ab Inquiſitore impoſitam poſt abiurationem non impleuit. Zenzel. Macheſi. & Io. de Imol. in Clem. 3. in glo. ſuper ver. propagine. de hæret. Io. Cald. in c. literas. de præſump. & Feder. de ſen. in conſ. 156. incipien. Alexan. Epiſcopus. quos refert Arelat. in di. tract. not. 30.

17 Et quia de carcere, & incarceratis eſt ſermo, nota (prout etiā diximus in Directorio noſtro) ꝙ ſi incarceratus pro delicto fugiat, habetur pro confeſſo, etiam ſi maleficium non commiſit. l. in eos. ff. de cuſto. reo. Et ibi glo. in ver. Puniendi Bar. in l. fi. cod. Addo textum not. in l. militis agrum. §. pe. ff. de re. mili. & Specul. de pręſumpt. §. 2. ver. violenta. & ibidem per Io. And. in additione magna, vbi pulchre diſputat ad hoc dubia duo. quod verum eſt niſi ianuam carceris apertam inuenerit Bal. in l. ſucurritur. ff. exqui. ca. ma. pe. In l. in bonæ fidei. de re. credi. Addo Iaſon. in aurea repetitione. l. Admonendi in materia fugæ. ff. de iureiur. cū aliis concor. & confirmationibus ad hoc per eum ſignatis. Angel. in l. verum 2. de fur. & in l. 1. de off. Carce. & Alex. in l. pe. de cuſto. reo. ꝙ non tenetur ad pœnam fracti carceris.

18 Item verum eſt, ꝙ habetur pro confeſſo ſi erat carceratus pro ſpeciali inquiſitione, & fugit cum conſpiratione. Nam

ſine,vel ſi erat carceratus pro generali Inquiſitione, Alex. in di. l. pe. Bal. in conſ. In Chriſti nomine Punctus, & art. q. talis eſt an fugiens: Et bal. in di. l. ſucurritur, & in. l. Admonendi. vide Abb. in c. A nobis. de Apoſta. maxime ſi fregit, vel conſpirauit frangere carcerem, habetur pro conuicto de eo crimine pro quo eſt captus, vt ſupradictum eſt.

De illo vero qui erat intruſus in monaſterium, vel in carcerem ad pœnitentiã agendam, & fugit, vel fugam tentauit, quaſi pro hæretico impænitente habetur, quia propter hoc præſumitur ficte cõuerſus, & in ueteri errore, vt iã dictũ eſt.

Nota tamen ex Io. Baptiſta a villadoboſ. de communibus 19
opinionibus Doctorum, q fugiens, ſi ſpõte reuertitur, omnẽ ſuſpicionem criminis purgat. l. 1. C. de rece. reo. Non enim dicitur receſſiſſe habẽs animũ redeundi. l. quid ſi fugitiuus. §. 1. ff. de edicto. Edicto. Sicut nec auis quę ex nido euolat breui reuerſura, receſſiſſe dicitur. Bar. in l. 1. de ſer. fugi. Et habuiſſe animum reuertẽdi præſumitur, qui infra annum venit per di. l. 1. & c. cum contumacia. de hære. li. 6. Et ob hanc cauſam, licet inducat ſe in plenam probationem fuga contra fugientem, tamen ſi ſponte reuertitur, in totum diluitur, vt tenet Coraſi. in l. Admonendi nu. 75. ff. de iureiur. poſt Bar. in l. Raptores c. de Epiſc. & Cle. q fugiens de carcere, ſi denuo eſſet incarceratus etiam inuictus quis, per illam fugã nõ eſt condemnandus. quæ faciunt pro limitatione. l. 34. l. 8. tit. 18. in ordine. vbi diſponitur, q carceratus fugiens de carcere habetur pro fractore, & circa di. l. 6. alias 8. limita. per Epiſcopum Cola. in ſuis regulis in ver. fuga. Nota obſeruationem, quæ conſiderari debet circa crimina, inter ſcilicet excepta, & non excepta.

Fugiens animo reuertendi.

CITATIO, ET CITATVS.

1 Citatio eſt vocatio iuridica ante Iudicis conſpectum, quę quatrupliciter poteſt fieri, primo per nuncium. 2. per præconem 3. per edictum. Clem. 1. de iudi. 4. ex iuris diſpoſitione. vide Tabie. in ver. citatio. §. pri.

Citatio eſt diuini, naturalis, canonici, & ciuilis iuris. 2

Nam

Nam legimus Gen. 2. Deum priusq̃ de peccato inobedientiæ puniret ipſum, ad ſe vocaſſe Adam dicẽs, Vbi es? atq; ipſius audiuiſſe admiſſi criminis expurgationem, & huic ſeruit c. Deus omnipotens 2. q. 1. vbi dicitur Deum voluiſſe, priusq̃ puniret Sodomorum enormia mala, ipſe cũ fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans quæ audiret opere comprobaret; Clem. Paſtoralis, cum ibidem notatis de ſent. & re iudi. & c. cum olim de teſti. in extrauegan. communibus. l. de vno quoq; ff. de re iudi. l. Nam ita Diuus. ff. de adoptio. *Adam citatus.*

3 Citatio ſemper debet præcedere condemnationem. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex.

4 Citatio per delegatum principis poteſt fieri per quẽcunq; ſibi placuerit. Abb. in c. paſtoralis. de off. deleg. ſed nota etiã ꝙ quando citatio fit per nuncium non iuratum, eius relatio debet recipi a notario cum iuramento ipſius nuntij. Et nota ꝙ relationes regulariter fieri debent per nuncios publicos, videlicet per currerios officij, vel curiæ Epiſcopalis, ſeu etiam communis ciuitatis, quia tales nuncij ſunt iurati, & eis creditur, & debent fieri tales relationes ante tempus, vel in tempore comparitionis fiendæ per ipſum citandum, aliter forte citatio non teneret, præcipue ſi ex aduerſo opponeretur. Sed quia quandoq; Iudex, pro eo ꝙ forte non eſt tutus acceſſus nuncijs iuratis, vel etiam pro minori expenſa ſolet comittere aliis perſonis non iuratis, tunc debet in ipſa citatione inſeri, ꝙ ipſi nuncio dabitur plena fides cum eius iuramento, de dimiſſione, & relatione ipſius citationis. *Nuncius iuratus eſſe debet.*

Et nota, ꝙ niſi in citatione non eſſet inſertum, ꝙ daretur fides cuiq; delatori, citatio non teneret, niſi daretur per nuncium iuratum ciuitatis, vel loci in quo habitaret reus. Et in hoc caute eſt aduertẽdum qualiter formãdæ ſint citationes, & exinde relationes. Solet quoq, quandoq; addi, ꝙ non tantum ipſis talibus nuncijs dabitur fides cum iuramento, ſed etiam dabitur fides literis cuiuſcũq; notarij, qui ſcriberet notario actorum, vel Iudici eidem factam fuiſſe relationem per nuncium cum eius iuramẽto, vel per currerium loci, in quo habitaret *Cautela ĩ citãdo ſeruanda.*

habitaret ipſe notarius, vel inſtrumento rogato per notarium de præſentatione, & dimiſſione ipſius citationis. Hæc ex pract. Placeñ.

Nuncio citationis creditur. Et nota ꝙ nuncio citationis Iudicis pręſtatur fides non de iure ciuili, ſed ex conſuetudine, ſi tamẽ Socrates neget ſe ab eo citatum eſſe, remittitur Iudici credere cui voluerit, conſiderata qualitate perſonarum, ſcilicet citantis, & citati. Tutiſſimum igitur erit ſecundum Doct. vt nuncius præſentibus teſtibus ſuam commiſſionem peragat, quos ſuę relationi inſeret. Sunt tamen qui volunt ſoli nũcio habendam fidem in re criminaria, q̃a in his difficile eſt teſtes inuenire. Tu dic ꝙ creditur nuncio quantum ad ea quæ pertinent ad officium ſuũ, vide ad hoc glo. in ver. in iudicio. c. venerabilibus. de ſent. excom. .§. ſecus autem li.6. Gemi. ſuper di. glo. & Panor. in c. conſuluit. de off. deleg. ſi tamen Iudex ſcit citationem non perueniſſe ad notitiam citati, vel ꝙ fuerit legitime impeditus, non poteſt Iudex procedere, & ſi procedit, proceſſus nullus eſt ipſo iure. Bar. in extrauag. ad reprimen. & allegat not. per glo. in l. Quęſitum .ff. de re. iudi. 5

Tres termini in citatiõe requirũtur. In citatione ſub pœna excommunicationis de neceſſitate requiruntur, ꝙ ſtatuantur tres dilationes, ſiue tres termini, vtputa tres dies, pro primo vnum, ſecundum pro ſecundo, & tertium pro tertio, & peremptorio termino. Doct. poſt Inno. in c. Ad petitionem. de accuſa. & hæc clauſula, videlicet ac canonica monitione præmiſſa, in omni caſu debet addi poſt verbum, tertio, & peremptorio termino, quia de iure nõ poteſt deueniri ad ſententiam excommunicationis, niſi præmiſſa trina, & canonica monitione, aliter ipſa ſententia excommunicationis nulla redderetur. 6

Solet etiam quandoq; fieri ipſa citatio, ſeu præceptum, ꝙ reus tale quid faciat, vel ꝙ tale quid non pręſumat facere ſub pœna excommunicationis, & tunc debet addi hæc clauſula, videlicet vnica pro trina, & canonica monitione præmiſſa.

Debet quoq; & ſecundum addi in ipſa prima citatione fienda ſub pœna excommunicationis contra aliquem reum

clauſula

clauſula iuſtificatiua, videlicet ſi ſenſerit ſe grauatum, ꝙ cõpareat vltima die termini ad allegandum cauſam grauaminis, & hoc maxime vbi requiritur aliqua cauſæ cognitio de, & ſuper re pro qua agitur, & ꝙ forte ipſi reo competerent de grauamine exceptiones, ex quibus poſſet ſe tueri. *Clauſula iuſtificatiua quando inſeritur.*

Vbi vero ageretur executiue pro aliquo negotio iam declarato, vel vbi immineret aliquod periculum, vel ſcandalũ, & præcipue, vbi ageretur ex officio Iudicis, tunc non ſolet inſeri clauſula iuſtificatiua, ne forte impediretur intentio ipſius Iudicis procedentis, vel executio rei iudicatæ. Sed aduerte, ꝙ vbi in prima citatione inſeritur clauſula iuſtificatiua, ꝙ compareat ipſe citatus, non debet citari ad comparendum, niſi vltima die dicti termini ſtatuti, & ita ex ſtilo fori obſeruatur. Dilatione enim ſtatuta non debet grauari ad comparendum, quia dato ꝙ prima facie ſentiret ſe grauatum, poſſet tamen durante termino mutare propoſitum, & facere ſatis requiſitis, vel poſſet interim prouidere ſibi circa defenſiones faciendas. Et quia regulariter iuridica ſolent exerceri per Iudices in duabus horis diei, videlicet in tertiis, & in veſperis, debet in ipſa citatione addi qua hora comparere debeat ipſe citatus. Saluo ꝙ ſi Iudex procederet ex officio, & citaret partem ad comparẽdum in camera, poſſet ipſum citare qua hora ſibi expedire iudicauerit. Sed aduertendum eſt, ꝙ vbi ageretur aliquo caſu in quo immineret periculum, vel damnum ſequeretur, poſſet in ipſa clauſula iuſtificatiua addi, ꝙ ipſe citatus compareat ad allegandum cauſam ſui grauaminis, firmis tamen manentibus contentis in citatione, donec per ipſum Iudicẽ aliter fuerit ordinatum. Formas autem citationũ vide in Directorio noſtro. *In tertijs & veſperis.*

7 Citatus perſonaliter, ſi perſonaliter non comparuerit, ſed mittat procuratorem, cõtumax reputabitur etiam ſi excuſationes friuolas alleget. Abb. in c. veniens. de accuſa. num. 7. Et nota ꝙ citatio debet habere cauſam propter quam quis citatur, vt notat Gemi. in c. cum contumacia. de hære. lib. 6. ſufficit tamen exprimere in genere delictum, vel cauſam, nec *Perſonaliter citatus, perſonaliter compareat.*

requiritur

requiritur ſpecificatio loci, vel temporis, vel ſpeciei delicti, vide glo. in c. 2. de dila. & glo. in c. iudicas 3. q. 9. Archi. 5. q. 2. c. ſi primates Abb. in c. licet. de accuſa. nu. 3. Bar. in c. 2. de dila. Nota etiam ꝙ citatio a Iudice habet vim peremptorij ſecundum Feli. in c. conſuluit. de off. deleg. Tabie. in ver. citatio. §. 1. in cauſis tamen ſummariis, vt eſt cauſa fidei, non requiritur citatio peremptoria, vt notandum dixit Panor. in c. conſuluit. de off. deleg.

In cauſis fidei citatio perẽptoria non requiritur.

8 Citatio rei criminariæ fieri debet in perſonam diffamati modo inueniri poſſit. l. 1. ff. de lib. agnoſcen. & l. 4. ff. de domi. infect. vel certe pronunciabitur citatio domui ſuæ, quam ſcilicet inhabitat citationis tempore, non in alijs domibus ſuis, di. l. 1. & di. l. 4. & ibi Bar. Domum autem hic accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio quis receptus ſit. §. domum inſti. de iniur. & l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiece. vel effude. ꝙ ſi domo penitus careat, atq; loco ſuo fugam dederit, pagetur citatio edicto publico, voce præconia, tubę ſonitu, vel alia ſolemnitate, quarum meminit Guliel. durandus in multis locis ſui Speculi.

Domus cuiuſque quæ ſit.

9 Citatio realis abſq; licentia, auctoritate, vel commiſſione Iudicis fieri nequit. tex. eſt clarus in l. neminem. C. de exhibit. reis. Fallit hoc in multis caſibus, vt patet per pract. criminalem, & quo ad Inquiſitionis officium, fallit in publico, & notorio hęretico, ideſt in eo qui inuenitur publice cõtra ſanctam fidem aliquid dicere, aut facere ſine vlla erubeſcentia. Argumentum. l. Raptores. C. de Epiſc. & Cler. & l. vnica. C. de Rapto. virg. & l. capite quinto. ff. ad l. iul. maie. tales enim poſſunt capi, & citari ab omnibus, ſed capiens tenetur intra viginti horas carceri iuſtitiali conſignare. Bar. in l. capite quinto. Alij tenent ꝙ infra ſex horas conſignare tenentur, ſed Bart. opinio eſt verior, & melioribus innititur fundamentis.

Capiens, ſine auctoritate, vel commiſſione.

10 Citatus legitime impeditus quominus comparere poſſit, contumax dici nõ poteſt, vt quia infirmus, vel alibi incarcere

detentus

detentus eſt l. contumacia .§. contumaciæ. ff. de re iudi. l. de vnoquoq; .§. 1. exequen . Bar. in conſ. 228. incip. Catherina accuſ. in ver. quinto ꝙ ipſa publicatio . Facit tex. in extrauag. ad reprimendã ibi, citatus neglexerit. Nam ad hoc quod quis neglexiſſet comparere, requiritur ſcientia citationis, & ꝙ non fuerit legitime impeditus, Bart. in extrauagantibus, Ad reprimendam. *Negligẽtia requirit ſcientiam.*

11 Citatus, inquiſitus, vel denunciatus, vel accuſatus ꝙ veniat ad reſpondendum de fide coram Inquiſitore, ſi non comparuerit in termino ei in citatiõe aſſignato, damnari poteſt, iux. tex. in extrauag. Ad reprimendam. Dominus tamen Io. Igneus in copioſa ſua diſputatione, an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem nu. 124. dicit hoc eſſe terribile, cum ex ſola contumacia de iure communi quis non habeatur pro confeſſo, vt per Bar. in l. lex cornelia .§. fin. ff. ad Syllacen. Et idẽ Bar. in extrauag. in ver. receptionem, & tamen reus per legitimas probationes cõuinci debet. l. fin. C. de proba. & c. Nos inquam 2. q. 1. ſeu per confeſſionem. di. l. lex cornelia. .ff. ad Syllacen. Tu dic, ꝙ ſi quis eſt tãtummodo de hæreſi ſuſpectus, & citetur, ſi non comparet in termino, poteſt excõmunicari. vt in c. cum contumacia. de hære. li. 6. quam excõmunicationem ſi per annum ſuſtinet, tunc vt hæreticus poterit puniri, quia vehemens ſuſpicio in quam incurrit ſtatim non comparendo, tranſit in violentam, contra quam non admittitur probatio. di. c. cum contumacia. Nam contumacia dicitur ficta probatio, & non vera ſecundum Nellum in tract. bannit. in pri. parte primi temporis. in pri. q. Si autem vltra contumaciã, eſt cõuictus de delicto ideſt de hæreſi, vel facti euidentia, vel propria confeſſione, vel per teſtes legitimos, tunc contra citatum peremptorie, vna pro trina monitione canonica, non comparentẽ in termino, poteſt procedi ad condẽnationem. Et pro hoc facit textus in extrauag. Ad reprimendã, & ita probat textus in l. Raptores. C. de Epiſ. & Cler. poſt prin. in ver. conuicti, & ibi etiã circa medium. di. l. in ver. poſt legitimas probationes iuri cognitas. Idem Old. *Cõtumax tantũ nõ habetur pro confeſſo.*

in conſ. 75. incipiente. Hic agitur. in ver. & Doctores iuris Canonici. Marſil. in pract. crimi. §. Poſtq̃ nu. 48. Arch. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. in glo. qualiter procedi. Et di. 86. c. tanta. vide Calder, in ſuo Directorio Inquiſitionis c. 9.

Nō propter quālibet ſuſpicionē, quis debet citari

Citari nō debet quis propter quamlibet ſuſpicionem, etiā in crimine hæreſis, ſed debet eſſe probabilis, & cōmunis eſt repellēda ſuſpicio, potiusq̃ recipiēda 2. q. 1. c. Primo ſemper, vbi de hoc Io. And. vide Gem. in c. cū cōtumacia. de hęre. li. 6. 12

Citatus ab Epiſcopo, & Inquiſitore debet obedire Inquiſitori, quia Inquiſitor in ſuo officio eſt maior Epiſcopo. Nam Epiſcopus eſt ordinarius, Inquiſitor autem delegatus. c. Per hoc. de hære. li. 6. Inquiſitor autem cum ſit delegatus Papæ, cenſetur eſſe ille, cuius locū tenet. 2. q. 6. c. ſi Epiſcopus diſt. 10. c. fin. & c. ſane. de off. delegat. Hæc Gemin. in di. c. Per hoc confirmat Feli. in c. excommunicamus. de hære. ibi, nota Epiſcopum eſſe ordinarium in crimine hæreſis. Imo putat Archid. ꝙ ſi prius quis citetur ab ordinario, & poſtea ab Inquiſitore, ꝙ tenetur deſerto iudicio ordinarij comparere coram Inquiſitore. ff. de re. iudi. l. cum pupillum, & per capitula prædicta, & ſic per eum non eſſet curandum, ſi ordinarius præueniret in conueniendo. Et hoc dicit verum Io. And. Lappus autem dicit, ꝙ quando diœceſanus procedit auctoritate delegati, vt contra exemptos, tunc eſt in optione citati corā quo primo compareat. Hæc Gemin. in di. c. Per hoc. 13

Epiſcopi & Inquiſitoris tribunal. quomodo differrāt.

Citatus punitur, vt contumax, ſi non compareat, licet poſtea appareat, ꝙ non fuit legitime citatus, Abb. in c. veniēs. de accuſa. nu. 9. & 26. Et nota ꝙ vbi quis citatur, vt compareat certa die, nec determinatur hora, debet citatus comparere tali hora, ꝙ poſſit Iudex eum recipere, & finire actum incumbentem. Hęc Abb. in c. conſuluit. de off. deleg. Et intelligitur de hora conſueta quādo de ea poteſt apparere, & quādo hora eſt de conſuetudine, tunc enim expreſſio diei pro expręſſione horæ habetur, vt dicit Feli. in c. Ad petitionem. de accuſa. in fi. imo citatus ſine termino debet comparere quā citius poterit Abb. in c. cum Parati, de appell. 14

Hora cōparitionis quæ.

CIVITAS.

CIVITAS.

1 Ciuitas in qua omnes ſunt hæretici, comburi nõ poteſt, niſi precedat declaratio a Iudice, ꝙ ſint tales. Nam multi poſſent fingere aliquos eſſe hæreticos, q. in veritate nõ eſſent tales tantum, vt ab eis bona auferrent. Gemin. in c. Præſidẽtes. de hære. lib. 6.

2 Ciuitas, ſeu vniuerſitas non poteſt ſubijci aratro ob rebellionem, niſi præcedente declaratiõne Principis. Bar. in ver. rebellionis. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dc. & ſequitur afflictus.

CLERICVS.

1 Clericus qualiter ſit puniendus, vide Abb. in c. cum non ab homine. de iudi. Nota tamen pro nunc, ꝙ clericus cõmittens attrociſſimum delictum poteſt etiam ſine degradatione puniri. Io. And. in c. cum non ab homine. de iudi. Et Gemin. in c. fin. de homici. li. 6. Anchar. conſ. 154. Marſil. in pract. crim. §. diligenter. num. 160. Quinimo clericus aſſaſſinus poteſt puniri etiam per Iudicem laicum, ſecũdum Lappum in c. 1. de homicidio. li. 6. quam opinionem refert, & ſequitur Paris de Puteo in ſuo tract. ſindicatus, Marſilius in pract. vbi ſupra. *Sine degradatiõne puniri clericus poteſt et per iudicem ſecularẽ.*

2 Clericus an in cauſa ciuili habente delictum annexum poſſit carcerari, & torturæ ſubijci, niſi ſit infamis, vide Abb. in c. 1. de depoſ. & quod not. in c. cum in contemplatione. de re iudi. li. 6. Et in c. vt famæ. de ſent. excommunicationis, & in c. vniuerſitatis, & communis Doctorum concluſio, & glo. ꝙ clerici, etiã presbyteri, ſi ſunt ſuſpecti poſſunt torqueri. Abb. tamen antiquior dixit clericos non eſſe torquendos niſi ſint infames vt di. c. 1. Communiter tamen tenetur, ꝙ tortura non debet ita ſeuera eſſe in clericis, ſicut in laicis, vnde non debẽt ſupponi, aculeis, vel funibus, ſed virgis, ſeu corrigijs, pro hoc bonus tex. 23. q. 5. c. 1. in fi. Ita concludit Abb. in di. Regula, & c. cum contemplatione, ꝙ clericus non poteſt torqueri per laicum etiam de mandato ſui prælati, ſicut nec verberari. Ita refert Ant. in c. vt famæ. de ſent. Excom. ſe cõ *Clericus qualiter torquendus.*

ſuluiſſe, licet contrarium ſeruetur, & male ſecundum eundẽ.

Clericus, vel religioſus minus venit puniendus ſi delique- 3
rit, q̃ laicus, quia alleuiatur eius pœna propter præcedentia merita. de quo latius habetur per Io. And. in c. accuſatus. de hære. li. 6. Abb. in c. Niſi ſpecialis, de off. lega. niſi in crimine hæreſis inuenti fuerint incidiſſe, quia tunc grauius puniẽtur, q̃ laici, vt in di. c. accuſatus. §. fi. & poſſunt & incarcerari, & torqueri ſecundum Gemin. abſq; eo ꝙ conſtet de delicto. in c. ſi clericus. de ſent. excom. li. 6. confirmat Paris de Puteo. in tract. de ſindicatu, incipiente, Mandauit Rex.

Verbalis degradatio. Clericus immurandus debet degradari verbaliter, ſed nõ 4
formaliter, ſeu actualiter, vt in extrauag. Vrbani quę incipit. Conſultus fel. recor. Alexander.

Clericus verbaliter depoſitus poteſt per ſolum Epiſcopũ 5
reſtitui, ſecus autem ſi actualiter degradatus. iuxta c. degradatio. de pœnis. li. 6. quia tunc ſolus Papa poteſt talem reſtituere, per id quod habetur in c. ex tuæ. & 2. q. 6. c. ideo huic.

Clericus tantum bona Eccleſiaſtica habens, ſi in expenſis 6
vel alias condemnetur, executio ſententiæ fiat in bonis, quæ in ſuos vſus conuertenda ſunt. Abb. & Barba. in c. olim. de reſti. ſpol. vide etiam not. per Abb. in c. Reprehenſibilis. de præſump. Hoc dubium cum pendeat ex alia quæſtione, nunquid, videlicet, clericus faciat fructus beneficij ſuos, poteris videre. Abb. in c. cum eſſes, de teſti. & Barba. in c. fi. de pecul. cleri. qui talem quæſtionem diffuſe diſputant.

Clerici priuantur beneficijs Eccleſiaſticis, quę ſunt adepta 7
ad preces hæreticorum. Vide ſupra in ver. beneficia.

Clerici non exhibeant hæreticis, & eorum fautoribus ec- 8
cleſiaſtica ſacramenta, nec eos præſumant tradere eccleſiaſticæ ſepulturę. vt in c. excommunicamus. el pri. de hære. §. ſane imo ſunt excommunicati ipſo facto, qui ſcienter hæreticos, & eorum fautores ſepeliunt, nec poſſunt abſolui niſi manibus proprijs eos extumulent publice, & proijciant corpora eorũ extra cimiteriũ, & locus ille perpetuo careat ſepultura. vt in c. quicunq;. de hære. ſed ſi plures ſepeliunt, & vnus

extumulet,

extumulet,alii poterũt abſolui,vt dicit Gem.in di.c. q̃cunq;.

9 Clerici qui inuenti fuerint impedire officiũ Inquiſitionis, citatos inſtruẽdo de celãda veritate,vel alio modo in debito liberãdo,poſſunt debita pęna caſtigari ꝓut culpa exigerit. c. accuſa.de hęre.li.6..§.ſacerdotes.Vbi dicit Gem.ꝙ qui impe dit'ne veritas inueniatur in cauſa fidei,dicitur fautor hæreti.

10 Clerici hæretici, & relapſi, prius degradati relinquendi ſunt curiæ ſeculari,laici vero non relinquuntur,quia ſunt de foro ſeculari, vt per glo. in c.ad abolendã.de hære. ver.laici.

11 Clerici magis ſcire debent ea quæ ſunt fidei, quia legem perſcrutari tenẽtur. glo. in c.cum Chriſtus.de hęre.& 38.di. c. omnes pſallẽtes, & 24.di. c. quando Epiſcopus.

COLLEGIVM.

1 COllegium fit ex duobus de iure canonico, ſed ex tribus de iure ciuili, ſimiliter & congregatio. Abb. in c. Dilectus filius. de ſymo.& in c. ad abolẽdam. de hære. licet Glo. in c. Nullus in Eccleſia,de elect. dicat collegium tres; cõgre gationem autem duo tãtum requirere. Collegiũ namq; præ ſumit eſſe,vbi plures viuunt in cõmuni. Abb. in c. quoniam de vita, & honeſtate cler.

2 Collegia omnia regulariter ſunt interdicta,quia homines non debent facere iſtas conuenticulas, ſeu congregationes, cum ex eis timeatur conſpiratio contra Principem, ſeu ciuitatem, quod intellige verum niſi approbentur a iure gentiũ, vel a iure poſitiuo, & quæ ſint vide poſt Abb. Inno. in c. dilecta. de exceſ. præl. in glo. 1. in fi. & Bar. in l. fi.c.de cole. illi. *Conuenticulæ prohibitæ.*

3 Collegium poteſt puniri, vbi innocens poteſt pro crimine alterius puniri.Propter rebellionem ciuitas quandoq; ſuppo nitur aratui, & poſſunt ſinguli decapitari. c. Dilectus filius. de ſymo. ſecundo quãdo pœna a iure ſtatuta cõcernit collegium, ita ꝙ non ſingul. ſed punitur ipſum collegium. Vnde pro delicto collegii res collegii publicantur, & quãdo delictum collegii cadit in collegium vt dictum eſt. In modo autem puniendi, ſi pœna poteſt cadere in collegium, cadit in collegium, ac punitur collegium. ſi non, cõmutabitur in aliã pœnam.

Excõmunicatio q̃ requirat. pœnam. Collegium nõ excommunicatur, quia excommunicatio requirit verum corpus, animam baptizatam, & verum delictum. In prædictis in quibus collegium poteſt delinquere, punitur collegium ſimul, ſinguli autem vt incitatores in delictis quæ proprie non cadunt in collegium, ſtatutum eſt e contra, quia ſinguli puniuntur, vt facientes, & vniuerſitas, vt fieri faciens, vel mandans fieri, vel ratum habens. Abb. in di. c. Dilectus filius. de ſymo.

COMPARERE.

COmparere perſonaliter, & non per alium, tenetur quilibet criminaliter accuſatus. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. l. reos. C. de accuſa. niſi impunitas ſit notoria. Bart. l. pe. vt ſupra. 1

COMPLICES.

Complices quando admittuntur. COmplices in crimine hęreſis ſolent admitti vt in c. In fidei fauorē. de hære. li. 6. Hoc tamen poſſet procedere ad inquirendũ tantum, non autem ad quæſtionem habendam, vel condemnationem. Paris de put. conſ. 163. nu. præſertim 8. vol. 4. Et in terminis hæreſis not. Emilius ferret. in reſponſo 28. qualitas horum temporum num. 17. præcipue quando præſumitur tales teſtes non dicere verum glo. pri. in eo. c. In fidei fauorem in fin. ver. nota 2. 1

CONFESSIO.

COnfeſſio in triplici foro poteſt fieri, contẽtioſo videlicet, pænitentiali, & mixto. Si fiat in primo, præiudicat, & ſecundum delicti qualitatem poteſt puniri, ſi in ſecunda, nõ debet puniri, neq; priuari, ne peccator ex hac punitione, vel priuatione manifeſtetur, ſed bene debet eius conſcientia informari. Si autem confeſſio fiat in mixto, vt quando examinatur promouendus, ſecreto confitetur, vel audita admonitione prælati confitetur nõ tamq̃ ſacerdoti, ſed tamq̃ Epiſcopo, quia tamq̃ iudiciale repellitur, & in quantum pænitentiale non punitur, & remittit ad ſummam de ſcrutinio. §. fi. vbi dicit talem confeſſionem neceſſitatis in iudicio mixto habere effectum, & finem repellendi, non effectum, & finẽ pu- 1

niendi.

niendi. alleg. c. cum Dilectus. de ord. cog. ff. de his qui not. in fa. l. Lucius. Et de excep. c. 1. Ant. de Butrio in c. Quæris. de qual. & ęta. ord. ſed nota aliã diſtinctionẽ confeſſionis.

2 Confeſſio alia eſt iudicialis, alia extraiudicialis. Iudicialis dicitur quæ in iudicio, extraiudicialis quę non fit in iudicio, nec coram iudice competenti, & de hac nota ꝙ talis confeſſio facit indicium ad torturam ſecundum glo. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adult. Feli. in c. olim de reſcrip. multis modis hoc limitat, & idẽ in c. at ſi clerici. de iudi. cumulat multos caſus in quibus cõfeſſio extraiudicialis plene probat etiã in criminalibus, intellige, ſiue parte præſente, ſiue abſente. Super prædictis ergo firmamus has duas cõcluſiones. Prima quarum erit, ꝙ confeſſio extraiudicialis parte præſente probat, quam limita procedere, quando fit per verba diſpoſitiua, ſecus ſi per verba enunciatiua, quia tunc non probat, per textum in c. fi. de ſucceſs. ab inteſt. & ibi Abb. & Doct. ſecũdo limita, quando teſtes producuntur ad probandam confeſſionẽ contra inſtrumentũ celebratũ in ſcriptis, in c. vt ſupra.

Secunda concluſio eſt, ꝙ confeſſio facta parte abſente probat tantum ſemiplene, quod intellige etiam ſi fiat ad liberandum ſecundum Paul. de Caſtro in conſ. 79. 2. vol. limita pri. dummodo talis confeſſio probetur per duos teſtes. Cętera vide in Spec. aduoc. Ruberti Marantæ.

3 Veniamus nunc ad ſecundum principale membrum, videlicet de confeſſione iudiciali, quæ ſcilicet fit in iudicio, quæ eſt tantæ efficaciæ, ꝙ habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ in ciuilibus, adeo ꝙ non expectat aliud, niſi præceptum de ſoluendo. l. vnica C. de confeſ. Cõfeſſio namq; infringit omnes probationes factas per teſtes, vel inſtrumentum in fauorem confitentis, vt dicit Lud. Rom. in conſ. 331. Item poſt concluſum in cauſa non admittitur alia probatio per confeſſionem ſecundum Bal. in rubr. C. de prob. in ver. ego aliter ꝓbo, ſcilicet quando confeſſio ſpõte fit, vt ait Paul. de caſtro. Item eſt tantæ potentię, & virtutis confeſſio iudicialis, ꝙ etiã ſi fiat in proceſſu inualido, poteſt ex ea ferri ſentẽtia, non obſtante *Confeſſionis iudicialis vis*

ſtante ineptitudine proceſſus ſecundũ Bar. in l.ſi confeſſus.ff. de cuſto. reo. Item in ciuilibus confeſſio habetur pro condẽnato, nec alia requiritur ſententia.

4 Sed nota ꝙ confeſſio quandoq; fit ſimpliciter, & quãdoq; qualificatiue. Simpliciter fit, quando reus cõfitetur debitum vel crimen pure, ac ſine aliqua qualitate, tunc enim fundata eſt intentio actoris. Sed quando adijcitur aliqua qualitas tunc dicitur qualificata, & tunc ſtat dubium an poſſit acceptari pro parte, & pro parte repudiari. Super qua concluſione ponitur talis diſtinctio, videlicet. Aut contra qualitatem annexam confeſſioni eſt aliqua præſumptio iuris, & tunc acceptari pro parte poteſt, vt ſi reus confiteatur ſe occidiſſe aliquem, ſed ad ſui defenſionem, vel dixiſſe verba opprobrioſa non animo iniuriandi, non ſtatur ſuæ confeſſioni contra ſe, & non creditur ſibi quo ad illam qualitatem, vrget enim præſumptio iuris, quæ eſt vt quilibet occidens, vel dicens verba iniurioſa cenſetur habere animum offendendi, niſi contrarium probetur. l. 1. C. de ſicca. & l. ſi non conuitii. C. de iuiur. Et nunc non fit diſtinctio, an ſit vnum capitulum in confeſſione, vel plura. Abb. in c. cum bonæ. de confeſſis. Aut contra illam qualitatem nulla eſt præſumptio iuris, & tunc aut confeſſio qualificata continet vnum caput, & debet tota acceptari, vel tota repudiari, & non poteſt diuidi, vt ſi reus confiteatur ſe promiſiſſe ſub conditione, vel ſi dicat verum eſt, ꝙ recepi a te centum quæ mihi debebas ex cauſa mutui, illud eſt vnum capitulum, & confeſſio in iſto caſu non præiudicat confitenti, ſecundum Abb. in d. c. cum bonæ, & Bart. in l. Aurelius. §. idem. ff. de lib. lega. Aut continet plura capitula, vt ſi dicat, verum eſt ꝙ mutuaſti mihi centum, ſed feciſti mihi pactum de non petendo, & tunc poteſt acceptari pro parte, & tenetur reus probare pactum de non petendo, alias condemnabitur, ſecundum Abb. in di. c. cum bonæ. de confeſ. & bar. in di. §. vnde ſuper bonam cautelam, & eſt ꝙ reſpondeas. Nihil mihi mutuaſti, propter quod ſim tibi obligatus, & ſic non eris periurus, nec incides in laqueum. Vnũ

Confeſſio quãdo & qualiter acceptãda ſit.

tamen

tamen tene menti pro declaratione eorum quæ ſupra diximus. Nam licet is qui confitetur ſe occidiſſe aliquem ad ſui defenſionem (vt ſupra diximus) veniat condemnandus niſi probet defenſionem, tamen ex tali confeſſione nõ poterit cõdemnari vt homicida, ad pœnam mortis naturalis, ſed mitius, puta pœna relegationis, & hoc propter illam qualitatẽ & ita tenet Abb. in c. auditis. & Feli. de reſcri. & Alex. in l. non ſolum. §. ſciendum. ff. de oper. no. nun. Et nota ꝙ confeſſio iudicialis fieri debet coram iudice pro tribunali ſedente, maxime in cauſis requirentibus plenam cauſę cognitionẽ Io. And. in addi. Spec. in tit. de poſitio. §. 2. & Abb. in c. At ſi clerici. de iudi. & ibi Feli. & Bar. in. l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſ. li. 11. *Ad ſui defenſionem aliquem interficiens quomodo punitur.*

5 Et nota ꝙ tantum iudici debet conſtare de delicto, ꝙ etiã ſi quis confiteretur ſe occidiſſe hominem in nemore, non debet ſibi credi, niſi prius mittat iudex ad requirẽdum ſi homo ibi fuit occiſus, & debet etiam facere hominem exhumare ad videndum ſi fuit vulneratus. Bal. in l. ſi quis teſtibus. c. de teſti. vnde numq̃ debet iudex formare Inquiſitionem ſpecialem, niſi plene conſtet delictum fuiſſe commiſſum, alias ſi faceret inquiſitionem, & extarent indicia contra aliquem, non poſſet illum torquere, ſi delictum patratum non conſtaret, Angel. de malef. *Confeſſio pura delicti nil valet.*

6 Et nota ꝙ qualitas cum confeſſione non debet acceptari, ſed confeſſio cum ſua qualitate, & qualitas debet probari. Marſil. in ſing. 185. incipien. confeſſio inquiſiti. Et bene nota, quia facit ad ſolutionem quæſtionis, An qui cõfitetur ſe dixiſſe hæreſes non malo animo, vel gratia diſputandi, debeat puniri de hæreſi, ſi non probat qualitatem ſuæ confeſſionis, & ea alio modo non apparet, mitius tamen debet puniri. Marſil. vbi ſupra. *Confeſſio cum qualitate quomodo.*

7 Nota etiam de eo quod dictum eſt, ꝙ oportet conſtare de delicto vltra confeſſionem, ꝙ in crimine hæreſis ſola rei confeſſio ſufficit ſecundum Feli. in c. auditis. de præſcrip. Ponzinib. in tract. de lamijs. nu. 70. Debet tamẽ iudex conſiderare

an talis confeſſio ſit veriſimilis.per not.per Bal.& Angel.poſt glo. in l. 1.ff. de quæſtio. & per Bal. in l. ſi quis in hoc. C. de Epiſc.& cler. Et ſi vis ſcire quare in hoc delicto ſola confeſſio ſufficiat,ratio eſt,quia aliter de tali delicto non poteſt conſtare, q̃ per ſolam confeſſionem, cum tale crimen totum ſit in corde, cuius ſcrutator ſolus eſt Deus, Arch. in tract. de hære. not. 1. Abb. in c. olim. de reſcrip. in ver. extra glo.

Confiteri qui nõ vult, ſi legitime eſt per teſtes omni exceptione maiores conuictus, vel facti euidentia, tunc, & ſi non confiteatur,poteſt tamen condemnari. Ita probat textus in l. qui ſententiam. C. de pœnis, & ibi Doct. & Bal. in c. Ad noſtram, de prob. Marſil. in ſing. 108. incip. alias fui interrogat. & in pract. crimi. .§. Quoniam. nu. 40. & 41. & adeo hoc verum eſt, ꝙ ſtãte plena probatione delicti,non deuenitur neq; ad torturam, neq; ad confeſſionem, neq; ad ratificationem, quod nota, vt per Alber. de Roſato in l. Edictum .ff. de quæſtio. 8

Confeſſio cõfuſa nõ afficit.

Confitens ſe dixiſſe, ac tenuiſſe multa contra fidem catholicam,ex tali confeſſione damnari non poteſt, ſicut nec confitens ſe feciſſe diuerſa furta in diuerſis locis, & temporibus Bal. in auten. ſed de nouo iure. col. 3. ſed pone. C. de ſer. fugi. Et ratio eſt, quia cõfeſſio eſt generalis,& incerta,cum nõ conſtet in ſpeciali de dictis, vel creditis contra fidem, vel de rebus furto ablatis. Et habetur per Angel. in l. certum ff. de confeſſ. & per Anchar. in conſ. 22. & per Gandi. in tract. de præſump. & in di. verſ. aliud etiam not. Quare habeas pre oculis tu Inquiſitor, ꝙ de delictis debet cõſtare in ſpecie,alias non deuenitur ad condemnationem. 9

Spe veniæ.

Confeſſio facta ſub ſpe veniæ, & gratiæ a Iudice promiſſæ non valet,etiam ſi ſit perſeuerata,& pluries ratificata, vt per Io. de Imo. in conſ. 109. Marſil. in pract. crimi. .§. poſtq̃ nu. 16. Foller. in pract. crim. .§. ſi confitebitur. pri. parte num. 15. Nam confeſſio debet manare a propoſito, vnde ſi quis cõfiteretur per iracundiam,talis confeſſio nulla eſſet, ſecũdum Io. de Imo. in c. fin. de confeſſ. & glo. in c. ex literis. in ver. 10

admonitio.

admonitio. de Diuortijs. Et confeſſio facta blandis verbis, & promiſſione gratiæ extorta, non poteſt dici ex propoſito ma naſſe, & hoc procedit tam in confeſſione facta in tormentis, q̄ ſine tormentis. Io. de Imo. in di. conſ. 19. incipien. viſa In quiſitione, & per Gigan. in tract. de crimine lę. maie. titulo. Quomodo, & per quos probetur. q. 1.

11 Confeſſus crimen ſuper libello inepto, poteſt condemnari. Panor. in c. at ſi clerici. de iudi. glo. 1. imo confeſſio purgat omne vitium proceſſus. c. 1. de accuſa. li. 6. Et notatur in c. Piſanis. de reſti. ſpol. & Angel. in tract. maleſi. clau. comparuerunt dicti Inquiſiti, & negauerunt totum. Et ratio eſt quia crimen factum eſt notorium per confeſſionem. c. 1. de cohab. cler. & mul. & talis ſic confeſſus non poteſt reuocare ſuam confeſſionem prædictam, præcipue ſi deliberate eam fecit, & non ex calore iracundiæ, vt not. Inno. in c. per Inquiſitionem. de elect. cõfirmat. Gemi. in di. c. 1. de cohab. cler. ibi. quæro an iſte poſſit reuocare. Ad hoc eſt glo. 2. in. c. ex literis. de Diuor. vbi dicit Panor. ꝙ confeſſio facta calore iracundiæ non præiudicat, niſi detur perſeuerantia, alias valet confeſſio facta in criminali, nec alia exigitur perſeuerantia; vt in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & c. 2. de confeſſ. *Calore iracundiæ facta confeſſio.*

12 Confeſſio in criminalibus non poteſt reuocari vbi ſit perſeuerantia, niſi errore allegato, & probato, & eſt ſingulare verbū Spec. in tit. de cõfeſſ. §. fin. & ipſum ſequitur Io. And.

13 Confeſſio facta præcedente illo iuramento, ꝙ plenam, & meram veritatem dicet, non recipit excuſationem, ſed illa quæ fit ſub iuramento, ꝙ ad interrogata reſpondebit, recipit excuſationē, quæ tamen non perimant, ſed exponant confeſſionem. Panor. in c. cum Dilecti. de accuſa. Qui ibi immediate ſubinfert ſingulariter, ꝙ vbi confeſſio etiam iurata poteſt & in bonum, & in malum retorqueri, ex quo tamē prima fronte ſonat in malum, debet interpretatio fieri in malā partem, & contra confitentem, niſi per confeſſionem excuſans probet illas excuſationes. Facit quod dicit Abb. in c. cum veniſſent. de inſtitu. & etiam ſubdit immediate ipſe Abb. ꝙ ex *Recipiēs excuſationem.*

confeſſione alicuius capitur illud, quod eſt contra eum, non autem id quod pro eo dici poteſt. Et hoc maxime quando in ſurgit mala præſumptio contra illud quod facit pro eo. Vide not. in c. 1. de confeſſ. li. 6. per Io. And. & Abb. in c. 1. de poſtul. præla. & in c. bonæ. eo tit.

Cõfeſſus ficte. Confeſſus ficte poteſt poſt condemnationem appellare. 14
Nam licet ſit contumax in non parendo, non tamen eſt contumax non veniendo, & ideo appellat, vt in. l. creditor. §. iuſſus. ff. de appell. & glo. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iuram. calum. quod intellige verum, ſi tempore recuſationis nõ reſpondendi, vel non iurandi expreſſit aliquam cauſam licet dubiã, vt in c. vt debitus. de appel. Sed ſi nullã cauſam exp̃ſſit vel ſi exp̃ſſit notorie friuolam, non admittitur ad appellandũ propter nimium contemptum iudicis. Item ꝙ admittatur ſi cauſam expreſſit tempore appellationis, a ſententia tamẽ de clinatoria Iudicis, vt quia pronunciauit ꝙ non legitime recuſaſſet iuramentum, poteſt appellari, cum talis ſit ſentẽtia hominis declarantis, qui potuit errare, Ad hoc facit quod not. in c. cupientes. §. quod ſi per uiginti de Elect. li. 6. Abb. in c. fin. de iuram. calum.

Confeſſio rei extra iudicialis Confeſſio rei extra iudicium non poteſt probare in criminalibus, ſed tantum facit indicium ad torturam. l. capite 5. ff. de Adult. & ibi notata per glo. & Bar. Ad idẽ Angel. in tract. malefi. in ver. Comp. dicti inquiſiti, Marſil. in. l. eos. col. 3. nu. 20. in uerſi. Alio etiam caſu. ff. ad. l. corneliam. de fal. Abb. in. c. de hoc. de Simo. no. ult. Anchar. in conſ. 286. incipien. Ex prædictis. Rom. in conſ. 7. incipien. viſis neceſſariis. Marſil. in pract. crim. §. quoniam nu. 19. & §. diligenter. nu. 76. 15

Confeſſio extraiudicialis, licet non ſit ſufficiens ad condẽ nationem, talis tamẽ ſic confitẽs poteſt arbitrio iudicis extra ordinarie puniri, tamquã de delicto ſe glorians. per tex. ſing. in. c. Quam ſit graue, de exceſ. præl. Ita notan. dixit Paris de Puteo in tract. Sind. car. 69. in 3. col. uerſ. Adde unum ſingularem, Marſil. in pract. crim. §. diligenter. nu. 77. Et licet faciat indicium ad torturam, tamen ut non faciat poteſt 16

reuocari,

reuocari,ita notan.dixit Bal.in l.unica.C.de confeſſis,quem ſequitur Feli.in. c. olim de præſcrip. Abb. ibidem.

17 Confeſſio rei tantæ eſt importantiæ, ꝙ facta etiam coram iudice incompetenti tenetur reus illam cõfirmare etiam ſuo competenti iudici. ita dixit Inno. in c. arſi clerici.de iudi. Et hoc præcipue, ſi ex tali confeſſione orta ſit ſuſpicio, vel infamia. Angel. in li. maleſi. clau. comparuerunt Inquiſiti. col. 9. Ibi. & tene menti. Vide de hoc Inno. in c. per Inquiſitionem. de elect. & Ant. de Butr. in di. c. at ſi clerici.

18 Confeſſus in iure non auditur appellans,ſi tamen ita ſit cõfeſſus ꝙ ſtandum ſit confeſſioni, non tormentorum formidine territus. Ad hoc eſt glo. ſing. in c. Romanæ. de appell.in ver. de quo. Confirmat Gemin. ſuper di. glo. vbi dicit ꝙ in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando. facit ad hoc optime glo. 2. in c. 1. de accuſa. li. 6. Facit etiam c. per tuas. de proba. *Cõfeſſus ĩ iure nõ auditur appellãs.*

19 Confeſſio facta ſine tortura non neceſſario debet ratificari, quæ autem facta eſt cum tortura, vel metu tormentorum vtputa, ſi erat ligatus in tortura, vel ante torturam ductus, vel ante torturam ſpoliatus, neceſſe eſt ꝙ ad banchum ratificetur. Et debet tortus per vnum diem naturalem quieſcere poſt torturam,anteq̃ ducatur ad ratificandum, vel arbitrio boni Iudicis tũc debet ratificare, quo veriſimiliter ceſſauerit metus tormentorum. Hæc Angel. in li.malef. clauſula, fama publica. Raphael tamen Fulg.in conſ. 138. incipien. Hoc maxime propoſitum, ſingulariter dicit, ꝙ confeſſio ſponte facta ideſt ſine vllo tormento non eſt ad condemnationem ſufficiens, niſi pluries ſit ratificata a reo. quia ſponte confitens delictum propter quod vitæ ſuæ pœnam incurrit, non videtur in plenitudine,& rectitudine ſui intellectus eſſe,ſed magis delirare,& hanc opinionem ſequere tu Inquiſitor,quia verior, & ſecurior, atq; rationabilior eſt. Vide Marſil. in pract. cri. .§. poſtq̃. num. 22. *Confeſſio ſine tortura non ĩdiget ratificatione.*

02 Confeſſus in tormentis non præcedentibus indiciis,etiam ſi perſeuerauerit in ſua confeſſione,illa ſibi non præiudicat.l.

Diuus

Diuus .§. ex quibus .ff. de quæſtioni . Ita not. Bonifa. in ſuo
tract. de maleſi. in rubr. Quæ indicia debeant pręcedere tor
turam in fra. Et ratio eſt, quia iudex a tormentis incipere nõ
debet, ſed indicia legitima, & probationes debent præcede-
re torturam. l. milites .ff. de quæſtioni. l. vnius .§. in ea . Et
l. Maritus,& l. fin. C. de falſ. l. ſicut. Marſil. in l. 1 .col.5 .verſ.

Tortus ſine indiciis.

enim , num. 14. ff. de quæſtion , vbi dicit ꝙ ſi tortus ſine in-
diciis delictum confitetur , etiam ſi millies ſuam ratificet con
feſſionem ad banchum iuris, confeſſio eſt nulla.glo. not. in l.
quæſtionis, & ibi Bar. .ff. de quæſtioni . Et in conſ. 46 . inci-
pien. omnipotens ſempit. in 1. vol.

Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi poſt talẽ 21
confeſſionem per torturam habitam ſine indiciis, anteq̃ talis
confeſſus ponatur in priſtina libertate, ſuperueniant indicia,
non propterea validatur dicta confeſſio . Ita dixit Angel . in
tract. maleſi. in ver . fama publica in verſ. quinto , quæro Iu-
dex torſit, & ibi Aug. de Arimino. in addi. Bar. in l. Maritus.
col. 1. verſ. Item ſoluit. glo. .ff. de quæſtioni. Marſil. in l. quę
ſtionis habendæ. col. 2. verſ. Modo redeundo ad tex. vbi ait
ꝙ hoc fundamento duos a morte liberauit.

Amplia, vt procedat etiam ſi reus tortus ſine indiciis mil- 22
lies etiam cum iuramento illam ſuam confeſſionem ratificet
ad banchum iuris, vt per Marſil. in le. quęſtionis habendæ.
col. 4. verſ. quæro vlterius .ff. de quæſtioni. col. 11. & penul.
verſ. ex iſtis omnibus.

Amplia , ꝙ ſicut nõ valet confeſſio rei facta in tormentis ſi 23
ipſa indicia non procedunt, ita poſtea ipſo iure nihil valent,
& quicquid ex ea procedit, nihil eſt. Hic Paris de. Puteo, in
tractatu de ſindic. fol. 102. col. 3. verſ. confeſſio refertur, ſe
quitur Marſil. in l. de vnoquoq; . nu. 27. .ff. de re iudi.

Contrarium tamen tenet glo . in . l . capite quinto . ff. de 24
Adult . ſcilicet quando confeſſus in tormentis etiam ſine in-
diciis præcedentibus, ſi tamen eam confeſſionem ratificauit
ad banchum iuris, & extra iudicium etiam illam facit , tunc
illa confeſſio ſibi præiudicat . Idem voluit Io. de Imo. in c. at

Ratificata confeſſio quid faciat.

ſi clerici.

ſi clerici. de iudi. Feli. in c. Olim. col. 5. verſ. vlterius fallit, de reſcript. Marſil. in l. quæſtionis habendæ. verſ. vlterius ſemper teneas. ff. de quæſtioni. Aduerte tamen differentiã horum caſuum, & leuabis contrarietatem, videlicet ꝙ hic vltimus caſus ponit reum tortum ſine indiciis præcedentibus, non ſolum in iudicio, & ad banchum iuris ratificaſſe, ſed etiã extra iudiciũ affirmaſſe, caſus autẽ primus ponit huiuſmodi reum tortum ſolum ad banchum iuris ratificaſſe.

25 Confeſſus crimen in tormentis pręcedentibus indiciis, nõ poteſt torqueri ſuper aliis delictis, ſuꝑ quibus nulla ſunt ad uerſus eum indicia, etiam ſi ſint eiuſdem generis, vel ſpeciei, vtputa, quis eſt tortus ſuper aliquo furto, & confeſſus eſt, nõ poterit torqueri ſuper aliis furtis, de quibus non eſt indiciatus, vt in l. 1. ff. de quæſtioni. Et facit hoc, an qui deponitur negaſſe confeſſionem, poſſit interrogari de purgatorio, & aliis hæreſibus, an ſcilicet negauerit purgatorium. Et licet ſic ſit de iure, tamen oppoſitum ſeruatur de conſuetudine ſecundum Doctores. Quæ conſuetudo poteſt probari per l. Non omnes. §. A barbaris ff. de re. mil. & l. congruit. de offi. præſidis. Ita dicit Gondi. in tract. malefi. in rubr. de quæſtioni. & tormen. in verſ. ſed q̃d de quæſtione quæ quottidie occurrit de facto, & ita dicit tenere Aretinum in ſuo tract. malefi. in glo. in ver. fama publica. *Tortus ſit per præcedentibus indiciis quomodo torqueri poſſit.*

26 Confeſſio facta a carcerato non poteſt dici ſpontanea, ſed potius dicitur meticuloſa, & coacta, quoniam carcer eſt ſpecies torturæ, ſecundum Bal. in l. ſi clericus in 2. col. verſ. Primo quæritur. C. de Epiſ. audien. & ideo ad hoc ꝙ confeſſio dicatur facta metu tormentorum, ſufficit ꝙ fiat a detento in carcere, licet aliter non probetur tortura, ſecundum Barba. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. Gemin. in conſ. 15. incipien. Reuerende pater. in 4. col. ſuper. 2. dubio. Et hoc nota pro confeſſionibus reorum detentorum, quia licet non fiant realiter cum tortura, tamen non dicuntur ſpontaneæ, ſed coactæ, & etiam meticuloſæ. Nam nemo eſt ita ſimplex, vel fatuus, qui confiteatur ſponte, & ſine aliquo metu illud quod *Meticuloſa confeſſio.*

conducit

conducit illum ad mortem, vt dixit Alex. in conſ. 271. incipien. viſo themate. Et per Marſil. in pract. crim. .§. Attingam. num. 28. & 29.

Confitens libros ſuos cõbuſſiſſe. Confitens ſe ſcripturas combuſſiſſe, vel libros deſtruxiſſe, 27
vel ſuas conciones laceraſſe, niſi de hoc bonam aſſignet rationem, poteſt torqueri, vt cognoſcatur quare id fecerit. Bal. in conſ. 223. in 4. vol. & refert ac ſequitur Bernar. de Landriano in quæſtione quam tangit Angel. de Aret. in ver. de falſario dilacerante, comburente, vel celante literas alienas.

Confeſſio facta coram iudice non habente auctoritatem 28
non nocet confitenti quo ad plenam probationem. Inn. in c. Qualiter, & quando. el 2. de accuſ. & in c. Per Inquiſitionē. de elect. Et nota ꝙ confeſſio facta coram iudice incumpetenti cum ſit, & iniuſta, & nulla, Epiſcopus ea vti non poterit ad veritatem extorquendam a reo .l. maritus .ff. de quæſtioni. Bal. in conſ. 410. 2. vol. facit tamen præſumptionem, & ſufficiens indicium ad torturam, vt iam ſupradiximus, ſecundũ Abb. in c. At ſi clerici. de iudi. Bar. l. capite quinto. de Adult.

Confeſſio facta coram iudice incompetenti.

confeſſio ficta. Confeſſio ficta inducta a lege, vel a ſtatuto, idem operatur quod vera, & expreſſa oretenus facta. Bar. & Bal. in .l. Quoniam .ff. de his qui no. infam. Et probatur in .l. ſi tutor, & ibi hoc voluit Cyn. & Bal. de interdicto matrimonio, & per Marſil. in pract. crim. .§. poſtq̃. nu. 35. Et validat proceſſum nullum, ſicut & vera ſecundum Bar. in conſ. c. incipien. A Domino Cyno. de bo. Angel. tamen quo ad hanc partem oppoſitum tenuit in tract. malefi. in ver. Qui iudex videns. in verſ. quæritur an tale ſtatutum. Et Bal. idem ſenſit in addit. Spec. vide Marſil. in pract. cri. .§. poſtq̃. nu. 36. 29

Confeſſio ficta inducta a lege, vel ſtatuto propter cõtumaciam, ad hoc vt operetur vires confeſſionis, & ea condemnatio ſequi poſſit, prius oportet ꝙ per interlocutoriam Iudicis id declaretur, alias talis condemnatio non valeret. Ant. de Butrio in c. cum Dilecti. de Dolo, & contu. Et idem dixit in c. cum dilecti. de elect. Nellus tamen in tract. bannitorum in 3. pri. temporis in 10. quæſtione incipien. an poſt lapſum 30

tenet

tenet ꝙ ſufficit, ꝙ talis pronunciatio contumaciæ fiat vna cũ diffinitiua. ad quod allegat iura de quibus ibi per eum, quod eſt ſingulariter notandum cum ſæpe occurrat. Et certe quis nõ dicitur talis, quouſq; ſit pronunciatus pro tali, ſecundum Socinum in conſ. 51. incipien. Præſtantiſſime Doctor. Marſil. in pract. crim. §. Poſtq̃. nu. 37.

31 Confeſſio facta in lecto ęgritudinis multum operatur. glo. Bal. & Doctor. in l. 1. c. de falſ. vide Zaſium in conſ. pri.

32 Confeſſio facta per errorem non nocet, ſi ante finitum negotium de errore doceatur, Abb. in c. fi. de confeſſ.

33 Confeſſio impoſſibilis, vel non veriſimilis non nocet reo; textus eſt in l. Inde Neratius. §. ſi quis hominem viuum. ff. ad l. Aquiliam, & per Marſil. in pract. crim. §. poſtq̃. num. 6. & 8. & in l. 1. ff. de quæſtioni.

34 Confeſſio facta Notario ſine commiſſione Iudicis, vel corã Iudice abſq; figura iudicii, non eſt ſufficiens ad condemnatio nem, ſecundum glo. in l. Iubemus. c. de libe. cauſa. Et per Salice. in d. l. Iubemus. Et fortius dixit Bal. in tit. de pace Conſtant. in verſ. ſecundum mores, & leges illius, ꝙ tabellio nõ poteſt ſine præſentia Iudicis recipere dictum teſtis, nec iuramenta, nulla facta commiſſione per Iudicem, vt dixit Bal. in addit. ad Spec. in tit. de teſte. vlt. col. verſ. Numq̃ reperitur. ꝙ numq̃ reperitur, ꝙ Notarius poſſit recipere iuramenta teſtium ſine commiſſione Iudicis. alleg. glo. in di. l. Iubemus. Et ſubdit Bal. ꝙ ſcribere ſpectat ad tabellionem, recipere vero ad Iudicem. Quomodo autem Inquiſitor poſſit teſtiũ examinationes committere, vide infra in ver. Teſtis.

Notarius ſine iudice teſtes recipere non poteſt.

35 Confeſſio de credulitate vbi agitur de præiudicio confitẽtis, ita ei præiudicat ſicut confeſſio de veritate, vt dicit glo. in c. ex literis. de iureiur. & Cyn. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuram. Abb. in c. quotiens. de teſti. nu. 8.

36 Confitentem in iudicio incidenter poteſt Iudex ordinarius, nouum inchoando proceſſum, punire pœna ordinaria, vt in c. 2. de confeſſ. & ibi Abb.

37 Cõfeſſus in iudicio, an poſſit indiſtincte in alio iudicio in

terpretari confeſſionem ſuam, vt ſibi non noceat, diſtingue per Inno. inc. Per Inquiſitionem. de elect.

Socij criminis. Confeſſio ſocii criminis in crimine hæreſis facit indicium ad torturam etiam ex ſe ſola, ſecundum aliquos, licet in aliis criminibus infamia, & indicia præcedere debeant. ff. de quęſtioni. l. Maritus, vide Bal. in conſ. 79. tertii. vol. Ponzi. in tract. de Lamiis q. 24. & per Cyn. in l. fin. C. de accuſ. Et Angel. in l. & ſi certus. ff. ad Sill. & Paul. de Caſtr. in conſ. 117. incipien. Notandũ eſt ꝙ adulter. & in conſ. 195. incipien. Hęc eſt quędã Inquiſitio. Tu dices, ꝙ hoc erit ĩ arbitrio Iudicis cõſiderata qualitate deponẽtis, & eius cõtra quẽ deponit. Vide infra in ver. teſtis. Sed & Io. de Tur. cre. in c. ſi, q̃s el, 2. diſt. 79. 38

Confeſſio reuocata. Vide in ver. Retractans. 39

CONFISCATIO.

CONfiſcatio bonorum in omni capite criminis læſæ maieſtatis, de qua eſt tex. in l. penult. & fin. C. eo. & ſi fiat ipſo iure a die commiſſi criminis, requiritur tamen declaratio iudicis, aliter fiſcus non poteſt apponere manum. Vide Curtium. in conſ. 59. & Alex. in conſ. 6. col. 3. terti. vol. vide ſupra. Bona hæreticorum. 1

COMPARITIO.

COmparitio ſpontanea eſt optimum pœnitentiæ teſtimonium, & ideo ſic redeunti magis indulgetur C. Ad abolendam. de hære. & ibi Docto. c. vt commiſſi, & ibi Archid. eo. li. 6. ſicut dicimus ſpontaneam carcerationem eſſe teſtimonium innocentiæ. Veron. conſ. 31. Hippol. conſ. 207 nu. 49. niſi imperfecte confiteatur, nec complices nominare velit. omittens tamen aliquid dicere, vel aliquos nominare ex rationabili obliuione, excuſatur. glo. in c. cum cauſam. de teſt. Bart. & Angel. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipul. ff. de damn. infe. Gramma. conſ. 23. nu. 3. & hoc præſertim dici debet de ſtante in ſpõtanea delatione. Nam ſicut errores ſuos ſpõte profeſſus eſt, vtiq; veriſimiliter alios nominaret, ac nominaſſet, ſi de illis recordatus fuiſſet, cum plus ſit de ſe fateri, q̃ de aliis. l. fin. C. de accuſatio. 1

Obliuio rationabilis.

CONSENTIENS

CONSENTIENS.

1 Conſentiens aliis criminibus directe per viam fauoris, & cooperationis, æqualiter peccare dicitur cũ faciente. l. 3. §. Item qui. ff. ad l. corn. de ſicar. Vide infra in ver. Fauẽtes.

CONSILIVM.

1 Quia ſtatutum eſt in iure, ꝙ Epiſcopus, & Inquiſitor aduocent ad ſe & in iure, & in ſacra Theologia peritos, ac profeſſores, quos etiam poſſunt cogere ad veniendum, & ſibi conſulendum. vt in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. Et ſi propter iuris diſſonantiam, vel potius ipſorum Doctorum varias opiniones res in dubium verteretur, eſſet Apoſtolica ſedes conſulenda. vt per c. Per venerabilem. Qui fi. ſint legit. Et tales ab Inquiſitore, vel Epiſcopo vocati, gratis conſilium ſuum dare tenentur. vt not. Archid. in di. c. vt commiſſi. Quærendum eſt an Epiſcopus, vel Inquiſitor teneatur præfatorum Doctorum ſequi conſilium, Et an is, cui mandatur aliquid facere cum, vel de aliquorum cõſilio, teneatur illorum ſequi conſilium. *Apoſtolica Sedes conſulenda.*

2 Pro clariori huius dubii dilucidatione notandum eſt, ſecũdum Bar. in l. ſi plures. ff. de exer. ꝙ aut conſilium impendẽdum eſt ei, qui non habet ſanum, & integrum iudicium rationis, & tunc conſilium ſapit conſenſum, vt in l. Impuberibus. ff. de ſuſp. tuto. Et hoc modo poteſt intelligi textus, ſecundum vnum intellectum c. cum venerabilis. de conſuet. Aut conſilium impendendum eſt habenti integrum iudicium rationis, & tũc is qui habet impendere conſilium, eſt particeps illius officii, & tunc conſilium ſapit conſenſum, & iſte eſt proprius caſus illius c. venerabilis, ſecundum vnum intellectum. Nã adiutor datus prelato, eſt particeps illius officii, ideo lex dicit, ꝙ debeat requiri conſilium diœceſani, & e contrario Diœceſanus conſilium Inquiſitoris, quia alter eſt particeps officii alterius in cauſa fidei. Aut non eſt particeps officii, & tunc conſilium ſtat proprie. Pono exemplum. Statuto caueatur, ne mulier poſſit teſtari ſine conſilio duorum conſanguineorum, certe hoc caſu ſatis eſt requirere conſilium, cum fa- *Officij particeps.*

cultas teſtandi ſoli mulieri competat, & hoc teneas, licet Cynus voluerit facere differẽtiam inter dictionem de, & dictionẽ, cum, dicens, ꝙ ſi quis habeat facere de conſilio, tenetur ſequi conſilium, non autem ſi habeat facere cum conſilio, vt notatur per eum in l. id quod pauperibus. C. de Epiſc. & Cler. ſed Io. And. in Regula. Nullus. in Mercur. hanc differẽtiam non approbat, nec etiam Bar. in loco præalleg. iure enim non probatur, imo potius oppoſitum, vt not. in præallegatis locis.

3 Hęc procedunt quando quęritur, an & quando conſilium ſapiat conſenſum, & e conuerſo, quando conſenſus ſapiat cõſilium. Dic pariter, aut is cuius conſenſus requiritur, non poteſt eſſe particeps illius officii, & tunc conſenſus ſapit conſilium, ut l. titius, & quod ibi notatur. ff. de adminiſ. tuto. & ob hoc Bar. dixit, ꝙ ſi teſtator diſponit, ꝙ executor teſtamẽti non poſſit aliquid facere ſine conſilio, & conſenſu Guardiani fratrum minorum, non tenetur executor habere conſenſum, ſed ſatis eſt habere conſilium, quia frater minor nõ poteſt eſſe executor teſtamentorum, vt patet in Clem. exiui. de verb. ſig. vnde non debet ſibi licere indirecte, quod ſibi directe prohibetur, vt in Regula. Cum quid vna via. de reg. iur. li. 6. Aut is cuius conſenſus requiritur, poteſt eſſe particeps officii, & tunc ſi eſt impendendus conſenſus ex diſpoſitione hominis ei, qui habet poteſtatem plenam a lege, tũc ponitur conſenſus pro conſilio, vt not. in l. titius. Si autem eſt impẽdendus conſenſus ei, qui habet poteſtatem ab homine, & nõ tenetur habere conſenſum ex diſpoſitione hominis, vel legis, & tunc tenetur conſenſus proprie. vnde niſi habeat cõſenſum, non valet actus, vt in auctẽ. hoc ius porrectum. C. Nam Epiſcopus 10. q. 2. Nam Epiſcopus in alienatione habere debet conſenſum Capituli, & ſi alienat ſine conſenſu, nõ valet alienatio, vt ibi. & 12. q. 2. c. ſine exceptione.

Cõſenſus pro conſilio.

Quid autem ſi ille, qui habet impẽdere conſiliũ, nõ vult, vel eſt abſens, ſeu mortuus? vide notata in c. ex parte. de cõſtit. Et in c. vnico. Ne Sede. vac. li. 6. per Bar. in. §. Plures

.ff. de exer.

.ff. de exer. & in l. Dote. .§. eo autem tempore .ff. lo. Ma. & in l. fi. C. de ho. qui. lib. Hęc Abb. in c. cum olim. de arbi.

4 Nota etiam ꝙ quando ſtatuta arctant Iudicem ad ſequendum conſilium ſapientis, imponendo ſibi pœnam ſi aliter fecerit, quia ſi Iudex ſequeretur cõſilium Doctorum, qui illam quæſtionem terminaſſent antiquitus, nõ incideret in pœnã, quia (vt dicit Hugo) ille dicitur conſilium habere ab aliquo, qui habet ab eius ſcriptura, etiam ſi multo ante tempore fuerit mortuus. Hæc Præpoſ. in c. omnibus 2. q. 5. *Conſiliũ mortui, Doctoris.*

5 Nota etiam ex Ancharano ſuper c. ſi ad Epiſcopum .§. 8. Ne Sede vac. li. 6. Vbi dicit, Cũ conſiliũ alicuius requiritur ex conſuetudine, vel ſtatuto, vt poſſit ex tali ſtatuto abſq; tali conſilio actus geri, &c. Vbi longam poſt digreſſionem facit diſtinctionem dicens. Aut ille qui additur, vt conſultor, eſt particeps officii illius, & debet eius ſequi conſilium, Aut non eſt particeps officii illius, & tunc ſufficit, ꝙ requiratur, nec eſt neceſſe ſequi. c. cum olim. de arbi. & .ff. manda. l. 1. in fin. Vide Io. And. in mercuri.

CONSTITVTIONES.

1 Conſtitutiones tam Imperiales, q̃ Ro. Pont. Extrauagantes, licet non habeantur in libris, ſeu in compilationibus librorum, ſunt effectualiter obſeruandæ, vt c. vt Inquiſitionis in prin. & c. ſi. de hære. li. 6. Et in compilatione Clemen. c. 1. eo. tit.

2 Nota tamen, ꝙ Imperatorum legibus in Eccleſiaſticis controuerſijs vtendum non eſt, vbi ſacris canonibus obuiare videntur, vt per tex. in c. lege Imperat. di. 10. glo. in prin. & in ver. Eccleſiaſtica, cum ſuis concordantijs. Lege enim Federici confirmatæ, & approbatæ ſunt, quatenus Dei & Eccleſię honorem promouent, & hæreticorum exterminium proſequuntur, ac ſtatutis canonicis non obſiſtunt di. c. vt Inquiſitionis. lib. 6.

CONSVETVDO.

1 Conſuetudo generalis poteſt ad deciſionem cauſæ allegari, quando ius commune expreſſe non diſponit in illo caſu, vt c.

ſu. vt c. in Geneſi. de elect. & in c. ſuper eo. de Cenſi. imo conſuetudo ipſa tribuit intellectum legi, & lege exiſtente du bia, recurritur ad conſuetudinem, Abb. in c. cum Dilectus. de conſuetud.

Conſuetudo examinandi reos in loco tormentorum quã- 2
do non ſunt in caſu torturæ. Vide Cępol. in conſ. 40. col. 1. verſ. circa ſeptimum, tenentem valere. Vide etiam Boſſium in pract. tit. de tortura. nu. 9.

Conſuetudo, vel ſtatutum, vt in examine teſtium non ci- 3
tetur pars, an valeat. Alex. in conſ. 65. col. penult. & fin. 1. volu. & vnum caſum in quo non requiritur ponit Alex. in conſ. 130. pri. volu. vbi eſt talis teſtis cuius dicto debet neceſſario ſtari. alium ponit Feli. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. nu. 7. & ſeq. vbi actor propter potentiam aduerſarij non auderet eum conuenire. in quo etiam vide Feli. in c. 2. lib. 6. An tamẽ tales teſtes faciant indicium, vide Feli. in di. c. 2. Et ad declarationem dicti teſtis non requiritur citatio. Ro. in conſ. 482. col. fin.

Aduerſarij potentia quid faciat.

Quod ſi mandatur Iudici, vt ſe inſtruat, an requiratur in 4
aſſumenda informatione, vide Marian. in tract. de priuileg. rubr. de officiali dominorum condem. 3. & adde ꝙ non ſolum debet citari pars ad uidendum iurare teſtes, ſed etiam debet eſſe præſens producens. Signo. in conſ. 249. Et de cita tione ad quoſcunq; actus ſingulis diebus, & horis, quæ fit per Iudices maleficiorum reis facto examine, vide Feli. in c. licet cauſam. col. 5. infra. de proba. & Boſſium in pract. de oppoſitio. contra teſt. nu. 35. 36. & 37.

CONTVMAX.

Contumax dicitur ille, qui tribus edictis ꝓpoſitis, vel vno 1
pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, pręſen tiam ſui facere negat. l. non poteſt. de reg. iur. l. ex conſenſu de appell. Bar. in l. Minor. ff. de minore, vbi dicit. Cõtumax tripliciter quis eſſe poteſt, ſcilicet non comparendo, ſine licẽtia recedendo ante ſolutionem iudicij, vel non parendo ſententiæ, Idem Sanctus Tho. in 4. ſent. di. 18. q. 1. ar. 3. q. 1. ad 3.

ad 3. Hic ſi perdurat in contumacia per annum, habetur pro confeſſo. Gemin. in c. cum contumacia. de hære. li. 6. Et Bar. in l. penult. ff. de quæſtioni. & Angel. in li. maleſi. clauſula. Qui iudex videns, ꝙ inquiſiti. col. 7. Facit ad hoc c. 2. de cō feſſ. li. 6. Facit tamen fuga ſuſpicionem, quia apparet de ſua iuſtitia diffidere, 2. q. 1. c. Chriſtianorum. in fin. 3. q. 9. c. Decernimus. de præſumptio. c. Nullus, ſecundum Gemin. Arch. Io. And. & alios in di. c. cum contumacia. *Fuga facit ſuſpicionem.*

2 Contumaciter abſens habetur pro præſente in præiudiciū ſuum c. 2. de arbi. li. 6. Et glo. ibidem. in ver. præſente. con fir. Abb. in c. veritatis. de dolo. & contu. col. 2. ibi nota. ibi præ ſētes. Facit ad hoc c. abſens 3. q. 9. & c. in nomine dñi. de teſti.

3 Cōtumax in cauſa fidei ſi propter hoc excommunicetur, & in excommunicatione perſeueret per annum continuum, habetur pro cōuictō, & contra eum ferri poteſt ſententia dif finitiua. Abb. in c. veritatis. de dolo, & contum. Et bene no ta, ꝙ niſi excommunicetur, & duret per annum in excommu nicatione, dato ꝙ eſſet contumax, non cenſetur conuictus, nec punitur vt hæreticus. glo. in c. cum contumacia. de hæ re. li. 6. In contumacia enim præſumitur pertinacia ipſius cō tumacis ſine dubio, ſi per annum perſeueret, niſi forte aliud appareat, vtputa, ſi de Iudice inquiſiuit, vel inſtetit pro abſo lutione, vel offerebat ſatisfactionem, & his ſimilia. alias nō præſumitur pertinacia, niſi de illa conſtet, vt in Clem. 1. §. porro. de ſum. tri. & fi. ca. & Clem. ex graui. §. ſane. de vſu ris. Io. And. & Gemin. in c. cum contumacia. de hære. li. 6. *Per annū in cōtumacia perſeuerans.*

4 Cum proceditur contra aliquem abſentem, datur ſingula ris modus conuincendi eum de crimine, vt ſi eſt infamatus, vel ſuſpectus de illo crimine, citetur præfixo tempore perem ptorio ad comparendum, & ſe purgandum infra illum termi num, non autem ad comparendum tantum, & tunc ſi non præſtiterit purgationem infra illum terminum, pro conuicto habebitur. in c. veritatis. de dolo. & contu.

Datur etiam alius modus conuincendi abſentem de cri mine, vt contumax ſuper crimine excommunicetur, & ſi ſte

terit

cerit per annum in excommunicatione, tunc habebitur pro conuicto in illo crimine, & poterit puniri, ac ſi vere eſſet cõuictus, vel confeſſus. vt in c. Rurſus. & c. Quicunq; 11. q. 3. Hæc ex Abb. in c cũ P. de purga. cano. Facit optime Feli. in c. excõmunicamus. el pri. de hære. in pri. col. ibi not. in .§. Qui autẽ. & ibi datur modus ferendi ſententiã cõtra cõtumacẽ.

Si abſens dederit fideiuſſorem, & ipſe abſens ſit puniendus pœna pecuniaria, puniri poterit fideiuſſor quando principalis ſit abſens. ff. de cuſto. reo. l. ſi quis. de quo remittit Arch. 23. q. 5. c. cum homo, Gemin. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. .§. E contra illos. 5

Et nota, ꝙ Iudex debet eſſe cautus quando procedit contra aliquem, tamq̃ contra contumacem, qui ex forma legis, vel ſtatuti haberi debet pro confeſſo, vt ante omnia aliquid interloquatur, per quod oſtendat illum eſſe contumacem, & ſic oſtendat ſibi liquere de contumacia. Nam non ſufficit eũ eſſe contumacem, niſi etiam ſibi liqueat. l. nec autem. ff. Quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. Bar. l. 3. .§. Prętor. de damn. in fe. & in l. 2. .§. ꝙ ſi actor. c. de iur. calum. & dicit ꝙ neceſſe eſt, ꝙ pronuncietur per interlocutoriam Iudicis eum haberi pro confeſſo. Et idem tenuit Angel. de Aret. in tract. de malefi. in ver. qui Iudex. Bal. in l. tranſigere. in fin. C. de tranſact. & in l. iubemus .§. Iconomus. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. Petrus Anchar. in conſ. 190. incipien. Plura contra proceſſum. vbi dicit ꝙ ſententia canonis, vel legis non habet Iudicis officium executionem, niſi ſequatur ſententia hominis cum cauſæ cognitione. Allegat c. cum ſecundum. de hære. li. 6. Clem. Præſenti. de cenſi. Et facit, Quod notarius committens falſum, propter quod ex forma ſtatuti ſit priuatus officio tabellionatus, tamen poteſt cõficere inſtrumenta, & valẽt anteq̃ ſit priuatus officio tabellionatus per ſententiã Iudicis, ſecundũ Spec. in tit. de inſtr. eden. .§. reſtat. verſ. Quid ſit tabellio. Bar. in conſ. 174. incipien. Ser Io. de Caſtro durando, & Abb. poſt. Inno. in c. fraternitatis. de hære. Vide Marſil. in pract. .§. aggredior. nu. 106. 107. c. 8. & ibi diffuſe.

Contumaciã oportet cõſtare.

Iudicis ſententia requiritur.

CONVERSATIO

CONVERSATIO.

1 Conuerſatio licet argumētum ſit contra aliquem de ſocietate, per ea quæ habentur in l. Donec. ff. de teſtibus, & in l. etiam. C. eo. & glo. colligitur in c. Inter. de purg. cano. iſta tamen in iure appellatur ſuſpicio, quæ ex modico, & leui argumento ſurgit, quę mouet aliqualiter animum iudicis, non tamen in totum tollit dubitationem, niſi eſſet aſſidua, & talis conuerſatio quæ infamiam generaret, talem dico infamiam quæ purgationem canonicam requireret, vtputa vulgata, & graue ſcandalū generans. Vide infra in ver. Infamia.

CONVICTVS.

1 Conuictus per teſtes, ſeu per inſtrumentum, dato ꝙ neget, & perſeueret in negatione, tamen ſine alia tortura, & cōfeſſione damnari poteſt per l. Qui ſententiam C. de pœnis, & c. Ad noſtram. de proba. & ibi Feli. & ita praticarur. Quod nota contra opinionem vulgi, & dic, quod conuictio eſt illa quæ fit teſtibus, vel inſtrumentis, adeo ꝙ etiam contra ſummum Pontificem probatur crimen per duos teſtes. Ita concludit Decius in c. At ſi clerici. de iudi. in pri. not. Adde ꝙ etiam per indicia indubitata fit conuictio. vt in l. ſciant cuncti. C. de proba. & per argumenta, vt ibi not. Bar. in pri. not. dicens. Nota quatuor modos probandi maleficium. Per teſtes, per inſtrumentum, per indubitata indicia, & per argumenta. Adde alium modum, per viam notarii.

Papa ꝑ duos teſtes etiā conuincitur.

2 Conuictus per teſtes, ſed innocens, debet directe capitulare contrarium, & pro viribus probare intentionem ſuam, & ſtabitur poſtea teſtibus ſuis, ſi erunt digniores, & veriſimiliora deponant, ſiue etiam ſi erunt plures numero. C. cum in noſtra. de teſti. vbi etiam glo. & Doctores. Alias ſtabitur teſtibus actoris dignioribus, & veriſimiliora deponētibus, etiam contra reum. Feli. in c. cum in noſtra. de teſti. & pondera. & vbi adſit paritas, in dubio iudicandum eſt pro reo, præualentibus eius reſtibus. glo. in di. c. cum in noſtra, & Doct. Eſt tamen in facultate Iudicis etiā magis credere teſtibus actoris

Dignioribus teſtibus ſtandum.

exprimẽdo cauſam maioris credulitatis in actis, aliter poſſet moleſtari in ſindicatu. Feli. vbi ſupra,& Decius in c. ex literis. de proba.

Et nota, ꝙ vbi aliquis non confeſſus fuerit, ſed aliis probationibus conuictus, res eſt ſine difficultate, ꝙ non poteſt fieri fundamentum in alio iudicio criminali. vt Bar. in l. 2. §. hoc edicto. ver. quæro vtrum probationes. ff. vbi honor. rap. & Decius in c. An ſi clerici. de iudi. Faciunt tamen probationes illę præſumptiones, imo indicium ad torturam. cui adde, ꝙ ſi plene probant in alia inſtantia in iudicio ciuili, igitur in iudicio criminali faciunt indicium ad torturam. Boſſius in pract. tit. quomodo proced. per except. nu. 5. & 6. 3

COPIA.

Copia indiciorum ſuper generali inquiſitione aſſumptorũ non eſt danda parti. iuxta. c. qualiter. §. debet. de accuſa. & Doct. in c. cum opporteat. de accuſa. Nec reo qui negat delictum quod eſt notorium, quando eſt admodum ridiculum, ꝙ id neget. Si vero non eſt ita riduculum, puta quando res niteretur tãtum aliquibus teſtibus, non autem vniuerſo populo, vel vicinia, tunc danda eſt. Vide Boſſium in pract. tit. quomodo proced. in crim. 1

Copia indiciorum dari non debet teſti, vbi dubium ſit, an ſit varius, mendax, vel contrarius, committitur tamen Iudici abſq; aduocatis. Ita declarat Bar. in l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſtioni. vt iudicet, ſcilicet ſine aduocatis, an ſit varius, mẽdax, vel contrarius. Cætera vide infra in ver. Tortura. 2

CREDIBILIA.

Credibilia ſunt in triplici differentia. Primo namq; ſunt quædam quæ per ſe, & directe credibilia ſunt, vtpote q̃ ſunt totius noſtræ fidei principia, & fundamenta prima. & iſta ſunt articuli fidei, qui ſunt totius noſtræ credentiæ rudimenta, & hæc tenetur quilibet fidelis tenere, & credere explicite, in genere tamen, vt ſcilicet credat, ꝙ omnes articuli in generali, & quilibet in ſpeciali ſunt ueri, & nullus eorum eſt falſus, Explicite autem hunc articulum ab illo ſcire diſtin- 1

guere,

guere, & quemlibet ſigillatim, & diſtinćte credere, non tenentur omnes, ſed quilibet ſecundum maius, & minus pro ut congruit eius ſtatui, & officio cui preeſt, & in quo eſt. Nã minores, & ſimplices, vt communes laici tenentur ad credẽdũ explicite Chriſti humanitatem,& eius myſteria,quæ ſunt via pertingendi ad beatitudinem, quia, vt dicitur aćt. 4. Nõ eſt aliud nomẽ ſub cęlo niſi Chriſti datum hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. Propter quod tenẽtur explicite credere Chriſti myſteria,pręſertim illa de quibus ſolemnizat Eccleſia, vt ꝙ Dei filius fuit de Spiritu ſanćto conceptus, natus ex Maria virgine, ꝙ fuit crucifixus, mortuus, & ſepultus, ac cætera, quæ ſequuntur in articulis fidei. Et cum non poſſit credi explicite, ꝙ Dei patris filius fuerit de ſpiritu ſanćto incarnatus,niſi credatur diſtinćtio patris, & filii, & ſpiritus ſanćti, & per conſequens eſſentia trinitatis, ideo omnes ſimplices tenẽtur credere explicite miſterium trinitatis, ſcilicet ꝙ ſunt tres perſonæ diuinæ pater, filius, & ſpiritus ſanćtus. Vnde Matth. vlt. Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſanćti, & de huiuſmodi explicita credentia trinitatis examinatur quilibet in baptiſmo. Inter laicos etiam ſimplices eſt gradus aſſignare, quia ad amplius credendum tenentur explicite illi, quorum auribus Dei verbum etiam quotidie prędicatur, q̃ ruſtici qui rarius audiunt verbum Dei,ſed omnes tenẽtur ad articulos humanitatis Chriſti,& etiam trinitatis. Mediocres vero vt clerici, & curati, ac omnes religioſi, quorum verbo, & fasto de credendis, & agendis ſimplices erudiri oportet, tenentur ad explicitam credentiam cuiuslibet articuli ſigillatim, & aliqualem articulorum declarationem, & credentiam exteriorem, non ęqualiter tamen, ſed ſecundum maius,& minus, prout congruit eorum officio,vel officiis quibus præſunt. Nam ad plus tenentur clerici curati, & ad plus religioſi,quibus incumbit ex officio verbum Dei clero, & populo prædicare, & confeſſiones audire, q̃ religioſi quibus huiuſmodi non incumbit. Quare ſubtilitates, & con

Qui quæ & qualiter credere teneãtur.

Laici qd credere teneantur.

Quid clerici.

ſiderationes circa myſteria incarnationis Chriſti, vel eius paſ ſionis, & huiuſmodi tenentur mediocres magis, & minus ex plicite credere, ſecundum ꝙ conuenit ſtatui vniuſcuiuſq;.

Doctorũ credibilia. Maiores autem vtpote Prælati eccleſiæ, & Rectores, & Magiſtri in Theologia, & Doctores, quorum eſt mediocres per ſe, & eis mediantibus minores, & ſimplices erudire, ſicut Angeli primæ hierarchiæ, ſeu ſuperiores qui habent illos ſecũdæ, & eis mediantibus illos tertiæ hierarchiæ illuminare, vt Dionyſius ait in c. 7. de cœleſti hierarchia. Iſti enim ſuperiores, & maiores in Eccleſia magis expreſſam fidem, & cognitionem tenentur habere de omnibus, & ſingulis fidei articulis, & Eccleſiæ ſacramentis, & eorum declarationibus, & expoſitionibus, ac fidei ſubtilitatibus. vnde pri. Petri. c. 3. dicitur, Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcẽti rationẽ de ea quę in vobis eſt fide. Nam ad plus tenentur Pontifices, q̃ Abbates, cum ſint ſuperiores. Et ad plus hæreticæ prauitatis Inquiſitores, q̃ Magiſtri, & Doctores, cum ſint fidei iudices. *Sũmi põt. credibilia.* Et plusq̃ omnes ſummus Pontifex, ad quem ſpectat ea quæ ſunt fidei ſententialiter terminare inconcuſſa fide, & ad quem ſunt maiores difficultates fidei, & Eccleſiæ difficiliores quæſtiones deducendæ. vt di. 43. c. vnde Dominus, Luc. 22. quem ſummum Pontificem conſtituit, Petro dixit. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Secundo, ſunt quædam credibilia, quæ directe per ſe non ſunt credibilia, ſed potius credibilia indirecte, quia ad eorũ negationem, & corruptionem ſequitur negatio, & corruptio fidei, & articulorũ omnium, vt ſunt illa a fidei articulis alia, quæ in ſacra ſcriptura, hoc eſt in libris canonicis ſcilicet Biblia continentur, de quibus dicit Auguſti. ad Hieronymum. *Indirecte credibilia.* Solum (inquit) eis libris, qui canonici appellantur, didici hũc honorem deferre, vt nullum auctorum eorum ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſime credam. Alios autem ita lego, vt licet ſanctitate polleant, nõ ideo verum putem, quia ipſi ita ſcripſerunt, Et iſta credibilia, quę continentur in ſacra ſcriptura 2

a fidei

a fidei articulis alia, vtpote, ꝙ Abraham duos filios habuit, vel ꝙ Ioſeph ſponſus Mariæ fuerit, & ſimilia, non tenetur quilibet credere ſigillatim, ſed ſolum tenetur credere implicite, vel præparatione animi, vt ſit paratus credere quidquid in diuina ſcriptura continetur, tamen tunc tenetur quilibet explicite credere, quãdo ei conſtiterit, ꝙ in diuina ſcriptura contineantur talia vt per illum vel illos, ad quem vel ad quos pertinet deductum fuerit coram eo. Vnde fidelis quilibet explicite tenetur credere, ꝙ omnia quę ſunt in ſacra ſcriptura ſunt vera, quia diuinitus reuelata. An autem iſta vel illa in ſacra ſcriptura contineantur (loquendo de alijs a fidei articulis) teneantur iſti, vel illi magis, vel minus ſcire, & per cõſequens illa credere, prout eorum ſtatui, & officio congruit, vt de primis credibilibus fuit dictũ reſpondendũ arbitramur.

3 Tertio ſunt quędam credibilia, quę non ſunt fidei rudimẽta, nec clare ponuntur in ſacra ſcriptura, ſed ſunt per Eccleſiam ex illis, vel iſtis deducta, vt fidei conſona, ac determinata tamq̃ fide credenda, vt pote ꝙ Spiritus ſanctus procedat a patre, & filio ſpiratione vnica, & non duabus, & ab eis tãq̃ ab vno principio, non duobus, vt habetur in c. firmiter. De ſum. tri. & fi. ca. Et ꝙ Dominus Ieſus habuit aliqua cum Apoſtolis in cõmuni., vt in extrauag. inter nonnullos, & ſimilia. Et huiuſmodi credibilia per ſanctam Eccleſiam determinata, & approbata vt fide tenenda, non tenentur minores explicite credere, ſed bene implicite, & animi præparatione, vt credatur id omne eſſe verum, & fide tenendum, quod, vt fide tenendum, per Eccleſiam eſt approbatum. *Credibilia extra ſcripturã ſanctam.*

4 Mediocres autem qui (vt dictum eſt) habent ſimplices erudire, tenentur aliqua de huiuſmodi credere explicite, non autem omnia talia credibilia ſingulariter, nec omnes ęqualiter, ſed ſecundũ ꝙ congruit eorum ſtatui, & eruditioni qua habent ſimplices informare, & omnes tenentur credere explicite, ꝙ animę iuſtorum decedentium quę non peccauerũt, vtpote paruulorum, vel ſi peccauerunt, hic, vel in purgatorio plene ſatisfecerunt, euolauerunt ad cœlos, extremo iudicio

dicio minime expectato, iuxta Eccleſiæ determinationem, vtpatet per extrauag. Benedicti vndecimi, quæ incipit. Benedictus,&c. Sed curati, & religioſi quibus incumbit ex officio prædicare, & confeſſiones audire, tenentur explicite credere, ꝙ vſura eſt peccatum iuxta determinationem Eccleſiæ vt extra de vſuris. c. ex graui, & ſimilia.

Quid epiſcopi credere tenētur.

5 Maiores autem, & præſertim Inquiſitores hæreticæ prauitatis,& Pontifices tenentur credere explicite credibilia omnia,quæ per Eccleſiam tamq̃ fide tenenda determinata ſunt, quia eis incumbit ex officio illos,qui huiuſmodi de fide factas per Eccleſiam determinationes non admittunt, ſeu eis non credunt, vel contradicunt,punire,& ſententialiter iudicare. Patet ergo de tribus credibilibus antedictis,& qui tenentur, vel non tenentur ad explicitam credentiam eorumdem. Nūc pro reſolutione, & concluſione horum omnium dicimus, ꝙ aſſerentes, & proteſtantes ſe credere in genere, ſed nō in ſpecie, vel negant id quod ipſi tenentur explicite credere, vel non in primo caſu, talis proteſtatio generalis non eis ſufficit ad ſalutē, nec adiuuat proteſtantem. Vnde ſi ſimplex laicus proteſtaretur (vt dictum eſt) negaret tamen expreſſe Dei filium eſſe incarnatum, vel paſſum, cum hoc teneatur expreſſe credere, talis proteſtatio illi non prodereṭ. Eodem modo ſi curatus proteſtaretur,vt prius,negaret tamen expreſſe Spiritū ſanctum procedere a Patre, & Filio vt ab vno principio, & vnica ſpiratione,talis proteſtatio ei non ſufficeret ad ſalutem, & præſertim ſi talis proteſtans, vocatus coram iudice fidei, neget, & pertinacia ſubſequatur, tunc enim plurimum aggrauatur negocium.

6 In ſecundo vero caſu, quando ſimiliter proteſtans taliter negat id quod explicite credere non tenetur,dicimus ꝙ ſi negat non coram iudice fidei,ſeu ſi coram eo,ante tamen q̃ per eum ſit informatus, in quolibet caſu talis proteſtatio ei ſufficit ad ſalutem, quia ad amplius non tenetur, vnde Auguſti. ad Hieronymum, & habetur 24.q.3.ait,Qui ſententiam ſuā quamuis falſam,& peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt

fendunt, præſertim ꝙ non audacia præſumptionis ſuæ perce perunt, ſed a ſeductis,atq; in errorem lapſis parentibus acce perunt, quærunt tamen ſolicitudine veritatem, parati corri gi cum eam inuenerint, nequaq̃ ſunt, vt hæretici reputandi.

Si autem coram Iudice fidei, poſtq̃ ſunt per eundem iudi cialiter informati, ꝙ id quod negat eſt contra fidẽ, & adhuc in tali negatione pertinaciter, & contumaciter perſeuerauerint, talis generalis proteſtatio eis non proderit, imo eoſdem reddit hæreticos pertinaces,quamdiu in tali negatione perſeuerant. C. Ad abolendam. de hære. & c. ſuper quibuſdam. de.ver. ſig. Vnde Auguſt.contra Manichæos, & habe tur 23.q.3.ait, Qui in Eccleſia Dei morbidum aliquid,¦pra uumq, aliquid ſapiunt, vt ſanum, rectumq; aliquid ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaq; peſtifera,ac mortifera documẽ ta emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt,hæretici ſunt. Tales enim hæreticorũ proteſtationes quo animo dicantur, prudenter eſt a fidei Iudicibus indagandum. Nam vt dicit Hieronymus in Epiſtola ad Pamachium, frequenter hæretici dum coguntur ſuccumbere,ne de Eccleſia expellantur,ſuũ errorem palliant fictis verbis, & temperant, ac vertunt ordi nem, ut catholicam videantur tenere veritatem, & quam ſe tenere fictis verbis ſimulant, corde negant,& quod ſermone coguntur dicere, mente damnant. Et ſi quando aperta blaſfemia publice auribus fuerit reuelata, & viderint contra audientium turbam circumfremere, tunc ſimplicitate ſimulata dicunt audiuiſſe ſe primum, & dicere neſciunt. Cumq; eorum ſcripturę tenentur,voce negant quod literis profiten tur. Et ideo cum tenentes doctrinam hæreticam proteſtantur, ꝙ non intendunt dicere contra fidem, & Eccleſiæ deter minationem, non faciliter tali proteſtationi eſt ſtandum,ſed ſubtiliter inquirendum, ne hæreticorum verſutia decipiant, & decipiantur. Quoniam frequenter repertum eſt,ꝙ aſſerũt fidem eſſe quod ipſi credunt, & ſuam ſectam dicunt Eccleſiã vt dicit Auguſt. contra Donatum. Vnde cum catholicus au dit fidem, & Eccleſiam,intelligit fidem catholicã, & Eccleſiã

Proteſtatio vana.

Romanam,

Romanam, hæreticus autem intendit fidem,ſuam hæreſim, & Eccleſiam, ſuam ſectam, cōtra quam dicere non intendit.

Infidelitas quomodo ſit peccatū. Nunc quærendum eſt, an infidelitas, ideſt nolle credere, ſit peccatum. Pro cuius reſponſione notandum eſt, ꝙ ex eo quia præcepta dantur creaturis, ſecundum naturas, ſeu gradus naturæ quos habent, & creaturę rationales ſupra gradus naturales quos habent,conſumantur in participatione naturæ diuinæ,ita ꝙ ſic inſtitutæ ſunt, conſequens eſt, vt quemadmodum iuſte ſubduntur præceptis ſpectantibus ad alios gradus, ita iuſte ſubiaceant præceptis fidei, ſpei,& charitatis ſpectantibus ad gradum quo participant diuinam naturam. Nam in homine eſt in primis natura vegetatiua,eſt ſenſitiua, eſt intellectiua, eſt demum participatio naturæ diuinæ. Et ſicut conſtitutio creaturarum in ſuis ſpeciebus ſpectat ad primam rerum diſtributionem, ſecundum diuinæ ſapientiæ rationem, ita conſtitutio creaturarum rationalium in ſuis naturalibus, & in participatione diuinæ naturæ ad primam rerum conditionem ſpectat,& tanto plus, quanto perfectio naturæ inferioris confirmatur ex participatione ſuperioris. Quia igitur in homine eſt pars vegetatiua, ad quam ſpectat conſeruare indiuiduum, & ſpeciem, oportuit hominem ſubijci præceptis ſpectantibus ad generationem, & cibum, & potum. Et ſimiliter quia in eo eſt pars ſenſitiua,ad quam pertinent paſſiones, opportet hominem ſubiici præceptis ſpectantibus ad iram, & timorē. Et ſimiliter quia in eo eſt pars rationalis,in qua eſt voluntas,opportet illum ſubiici pręceptis ſpectantibus ad iuſticiam, vel iniuſtitiam. Et eadem ratione, quia homo conſtitutus eſt vt in ipſo ſit natura diuina participatiue, ideo opportet ipſum ſubiici præceptis fidei, ſpei, & charitatis, ad huiuſmodi participationem ſpectantibus. Et ſicut non poteſt iuſte conqueri, ꝙ conſtituerit ipſum in hoc ꝙ ſit particeps diuinæ naturæ, & quemadmodum, data iam natura rationali,non poteſt homo refutare pręcepta ſpectantia ad illam, ita data iam creaturæ rationali hac participatione, non poteſt refutare præcepta ad illam ſpectantia.

Fidei ſpei & charitatis præcepto quomodo ſubijciatur homo.

Et per

Et per hæc patet clare reſponſio, & ſolutio quæſtionis.

8 Pro maiori declaratione ſupradictorum, nota ꝙ veritatum catholicarum octo ſunt genera, & ſunt vt infra.

Primum genus eſt eorum, quæ in canone ſacræ ſcripturæ tam veteris, q̃ noui teſtamenti, & in propria verborum forma continentur. Et huiuſmodi genus veritatum catholicarum poteſt diſtingui etiam ſecundum tria genera credibiliũ ſuprapoſita, inter quæ principalius annumerantur ea, quæ ante creduntur, q̃ intelligantur, cuiuſmodi ſunt articuli fidei, ex quibus principaliter ſalus noſtra pendet, & procedit. *Primum genus.*

Quod autẽ huiuſmodi veritates in ſacra ſcriptura formaliter contentæ catholicæ veniant reputandę, manifeſtum eſt, cum de veritate ſacræ ſcripturæ nullo modo ſit dubitandum Auguſtino de vnico baptiſmo dicente, & eſt in c. Quis neſciat. di. 9. Quis neſciat (inquit Auguſtinus) ſanctam ſcripturã canonicam, tam veteris, q̃ noui teſtamenti certis terminis cõtineri? eamq; Paſtoris omnium Epiſcoporum literis ita prępponi, vt de illa omnino dubitari, vel diſceptari non poſſit, vtrum verum, vel rectum ſit, quicquid in ea ſcriptũ cõſtiterit?

9 Secundum genus eſt eorum, quæ ex ſolis contentis in ſacra ſcriptura conſequentia neceſſaria, & formali poſſunt inferri, vnde cum tales veritates eandem veritatis firmitatem, & credulitatis neceſſitatem habeant, quam habent veritates ex quibus neceſſaria, & formali conſequentia inferuntur, manifeſtum eſt eas inter catholicas veritates numerari, ſicut eſt veritas hæc, Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo. Quæ licet in tota ſerie ſacræ ſcripturę ſic formaliter nõ inueniatur, tamen quia ex contentis in ſacra ſcriptura conſequentia formali, & neceſſaria infertur, catholica tenetur, & creditur neceſſaria ad ſalutem. *Secundũ genus.*

10 Tertium genus catholicarum veritatum eſt eorum, quæ circa canonem ſacræ ſcripturæ non continẽtur, quæ tamen per reuelationem, & approbationem tantum, mediantibus Apoſtolis ad fideles deuenerunt. Sane cum Chriſtus in vita mortali degens Apoſtolos multa docuerit, & fecerit, quæ in *Tertium genus.*

canone ſacræ ſcripturæ non continentur, Io. vlt. Multa alia fecit Ieſus quę non ſunt ſcripta in libro hoc &c. Multas alias catholicas veritates Chriſtus Apoſtolos docuerit, & docendas per eos, quæ in canone ſacræ ſcripturæ non habentur. primę ad cor. 11. c. Quod enim accepi a domino hoc tradidi vobis, cætera autem cum venero diſponam, ideſt ordinabo. Item di. 11. c. Eccleſiaſticorum, & ſunt verba Auguſtini, Eccleſiaſticarum conſtitutionum quaſdam ſcripturis, quaſdam vero Apoſtolica traditione ꝑ ſucceſſores in miniſterio cōfirmatas ſuſcepimus, quaſdam vero cōſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriuſq; pietatis debetur affectus. Et de cele. Miſſ. c. cum Matthæ. ſane tam de verbis, q̃ de factis Dominicis inuenimus ab Euangeliſtis omiſſa, quæ etiam Apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expoſuiſſe leguntur. Paulus in actibus Apoſtolorum ait, Meminiſſe vos opportet verbi Domini Noſtri Ieſu Chriſti qui dixit, Beatius eſt dare, q̃ accipere. Hoc tamen nullus quatuor Euāgeliſtarum deſcribit. Vnde Hieronymus ibidē ait. Hoc in Euangelio non legitur. Non enim omnia ſcripta ſunt, ſed forſan Paulus hoc ab Apoſtolis audiuit, vel a Spiritu ſancto accepit.

extra ſcriptura credenda, & ab Apoſtolis declarata.

Quartū genus.

Quartum genus eſt eorum, quæ ab Eccleſia vniuerſali in 11 Concilijs plenarijs, tamq̃ ad fidem chriſtianę religionis pertinentia ſunt diffinita, licet expreſſe in canone ſcripturæ ſacræ non inueniantur di. 15. c. ſicut. Dicit Greg. Sicut ſancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Et ratio eſt, quoniam vt idem Greg. ait, de catholica veritate, Sicut Deus veritas eſt, ita ea quæ Apoſtolica Eccleſia de Deo docuit, vera ſunt. Vnde ꝓuerb. primo dicitur. Ne dimittas legem matris tuæ. Notanter autem dictum eſt, quæ Apoſtolica Eccleſia docuit, ſcilicet diffinitiue eſſe credēda, quod dicitur propter multa quæ in Eccleſia a fidelibus tolerantur potius, q̃ concedantur.

Quintū genus.

Quintum genus credendarum veritatum eſt eorum, quæ 12 in materia fidei Apoſtolicæ Sedis iudicio diffinita ſunt, quæ licet

licet in canone ſcripturæ ſacræ non reperiantur, ſunt tamen inter catholicas veritates computanda. Quoniam (ſicut ſupradictum eſt) Apoſtolicæ Sedis iudicium, in his quæ ſunt fidei, non poteſt errare.

13 Sextum genus credēdarum veritatum eſt eorum, quę pro tenenda fide, & confutatione hæreticorum a Doctoribus ab Eccleſia vniuerſali approbatis aſſertiue tradita ſunt, licet in canone ſacræ ſcripturæ expreſſe non contineantur, quia Eccleſia vniuerſalis quæ regitur a Spiritu ſancto, Doctores aliquos cum approbauerit, eorum Doctrinam tamq̃ veram recipiens, neceſſe eſt vt talium doctrinam aſſertiue poſitam, & nuſq̃ retractatam veram putemus, & teneamus, tenendo in ea parte in qua ab vniuerſali Eccleſia eſt recepta firma credulitate eſſe veram. Alias Eccleſia vniuerſalis videretur erraſſe approbando, & acceptando eorum doctrinam tamq̃ veram, quæ tamen vera non eſſet. Qui autem ſint hi Doctores per vniuerſalem Eccleſiam in vniuerſalibus Cōcilijs approbati, colligitur ex quinto Cōcilio vniuerſali, in quo (vt recitat Sāctus Tho. in 4. contra gent.) ita habetur. Sequimini per omnia ſanctos patres, & Doctores Eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Iohannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem portium. Et, Suſcipimus omnia quę de recta fide, & cōdemnatione hęreticorum expoſuerunt. Hæc ibi. Verum circa approbationem opuſculorum pręfatorum Doctorum eſt aduertendum, ꝙ ſynodus vniuerſalis quinta nō approbauit ſimpliciter omnia contenta in opuſculis præfatorum Doctorum, ſed tantū ea, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum expoſuerunt. Per quod ſatis datur intelligi, ꝙ per hoc ꝙ opuſcula aliquorum Doctorum approbauit, vel approbat Eccleſia, non eſt neceſſe, ꝙ omnia in eis contenta intelligantur approbata, ſed tantum quoad ea quæ de recta fide, & de condemnatione hæreticorum expoſuerunt, quæ tamq̃ neceſſaria ad credendum fidelibus tradiderunt. Nec per conſequens ex

Sextum genus.

Doctores ab Eccleſia approbati.

Doctorū dicta quomodo approbata ſint.

approbatione præfata habetur, ꝙ omnes veritates in præfatorum Doctorum opuſculis contentę, ſint tamq̃ catholicę veritates habendæ. vt di. 9. c. Negare non poſſum, & c. Nulli & c. Ego ſolus. eadem diſt.

Septimũ genus.

14 Septimum genus eſt eorũ, quæ ex quarto, quinto, & ſexto genere catholicarum veritatum conſequentia neceſſaria, & formali inferri poſſunt. Neceſſaria, & formali conſequentia dicimus, quia ſi aliquid ſolum probabili conſequentia infer retur, non diceretur proprie veritas catholica, ſed tantum probabilis.

Octauum genus.

15 Octauum genus credendarum veritatum diſtingui poteſt earũ veritatũ, quæ, & ſi abſolute catholicæ nõ ſint, ſunt tamẽ catholicam veritatem ſapientes, quia ſunt catholicis veritati bus propinquæ. Vnde veritas ſapiens veritatem catholicam, ſiue fidem, ex cõſequenti eſt illa, quę adiuncta ſibi aliqua alia veritate ad fidem non pertinente, ſed tamen quæ rationabiliter negari non poteſt, fiet veritas catholica. verbi gratia. Quia nunc ſedet in Sede Apoſtolica Pius Quintus. Hæc pro poſitio, Pius Quintus eſt Papa, eſt propoſitio ſapiens verita tem catholicam, quoniam addita ſibi illa veritate quæ negari non poteſt, videlicet ꝙ fuerit rite, & canonice electus, effi citur veritas catholica, dicendo, Pius Quintus rite, & canonice electus, & in Papam ab vniuerſali Eccleſia ſuſceptus, eſt verus Papa. Iſta propoſitio eſt catholica ex determinatione vniuerſalis Eccleſiæ. vt in c. In nomine domini, & in Epiſtola Decretali Martini Papæ concilij Conſtantieñ. Ex præfatis facile eſt intelligere veritates omnes non eſſe eiuſdem gradus. Quędam enim ſunt (vt dictum eſt) catholicæ, quædam catholicam veritatem ſapientes, quędam probabiles tãtum, quædam pie credibiles, quædam impertinentes. Et ex his fa cile erit ſimiliter intelligere hæreſim, quæ catholicæ verita ti contrariatur, et quæ genera, ſiue ſpecies hæreſum illis contrariæ ſint, cum (iuxta Ariſtotelis doctrinã) quot modis dici tur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum.

CREDENTES

CREDENTES HAERETICORVM.

1 CRedentes hæreticorum ſunt in multiplici differentia. Quidam enim ſunt hæreticorum credentes, qui credũt eorum erroribus, ac hæreſibus, & iſti ſunt excommunicati. iux. c. excommunicamus. el. pri. de hære. quia ſunt hæretici, & c. excommunicamus. el. 2. eo. Iudicantur autem aliqui credere hæreticorum erroribus ex eorum verbis, vel factis. Verbis quidem, in confeſſione propria dicendo ſe credere taliũ erroribus. Vel facti euidentia, publice ſcilicet prædicando, ſeu defendendo illorum errores. Vel teſtium productione legitima, ſi conuincantur ꝑ teſtes, ꝙ errores talium diuulgauerunt, ſeu dogmatizauerunt. c. ſuper quibuſdam. de ver. ſig. Vbi hęretici declarantur qui publice prædicant, vel profitentur, ac defendunt errorem, vel qui conuicti ſunt per teſtes talia publicaſſe, & glo. in c. ad abolendã. §. præſenti. de hære. *Verbis factis.*

2 Factis autem dicuntur credentes hæreticorum, ſi hæreticos adorauerunt (eorum verbis vtendo) ſcilicet reuerentiam eis ſuo more exhibendo, conſolationem, vel communionẽ, ab eis receperunt, ſermones, & prædicationes eorum non tantum ſemel, ſed frequenter audiuerunt, & ſimilia egerunt, per quæ eorum animus, ꝙ credant illorum erroribus, apud Iudicem per exteriora coniecturaliter iudicetur. Ex factis enim præſumitur de affectu. 32. q. c. Qui viderit, & c. quẽ progenitores 20. q. 1. Negare enim, & confiteri poſſumus non ſolum verbis, ſed etiam factis. Cõuincuntur igitur alij eſſe credentes hæreticorum erroribus, verbis, alii factis, in quibus ritus hæreticorum exprimitur. Quidam alij ſunt hæreticorum credentes, de quibus non eſt clarum, ꝙ credant eorũ erroribus, ſed videntur credere hæreticorum dictis, vel factis, videlicet vadunt, & veniunt ad ſermones eorum licet raro, audiunt literas eorum, & hinc inde illos defendunt, eis ſeruiunt, eorumq; libros ſuſcipiunt, nec comburunt, alimoniam eis deferunt, ducatum præbent, eos viſitant, & alia faciunt, in quibus de ritu hæreticorum nihil oſtendunt. Tales enim non iudicantur credentes hæreticorum hæreſibus, nec *Adorare hæreticoſ quid ſit.*

hæretici

hæretici ſunt habendi, ſed non carent ſuſpicione vehementi, vel leui, ſecundum ꝙ maiora, vel minora in eis apparebũt indicia, & circa eos agendum eſt vt notatur in c. excommunicamus el. pri. de hære. & c. accuſatus & li. 6. Sunt enim tales ſuſpecti quod credant erroribus hęreticorum. His concordat Anchar. in c. Quicunq;. ſuper ver. credentes. eo. li. 6. Et Guido Falcodij in conſultationibus, ad Inquiſitores. q. 9. Arch. & Io. And. in c. 2. de hære. li. 6. Vide Zanchinum cum additionibus. c. 4.

C R I D AE.

Ridę, ſeu proclamata, & deſcriptiones bonorum damnatorum quibus præiudicent, quia longum eſſet deſcribere, & parum vtilitatis officio afferret, prætermittere voluimus. Qui id ſcire voluerit, videat Boſſium in pract. tit. de proclamate, quod ſit bon. pub. 1

C R I M I N A.

Rimina excepta dicuntur, crimen læſæ maieſtatis. ſpec. in tit. de accuſa. & 6. q. 1. c. ſi quis & c. vergentis. de hęre. Item crimen hæreſis. di. c. vergentis. de hære. & c. in fauorem. eo. li. 6. Et crimen ſimoniæ. c. tuas. de ſimo. Abb. in c. Nõ debet. de teſti. Perduellionis, fraudati cenſus, fraudatæ annonæ, & ſacrilegii. Io. de tur. cremata. in c. Quod vero. 3. q. 4. 1

Crimina quæ grauia, quæ grauiora, & quæ grauiſſima. Vide Abb. in c. tuæ. de pœnis. 2

C R I M I N O S V S.

Riminoſus quantumcumq; ſit clericus, numq̃ curiæ ſeculari eſt tradendus, dummodo ſit paratus corrigi per Eccleſiam de iure, & de facto. Abb. in c. At ſi clerici. de iudi. 1

C R V C E S I G N A T I.

Ruceſignati negantes ſubuenire Inquiſitori in negotio fidei, ſunt quodammodo fautores hæreticorum, ſecundũ Archi. in c. Quicumq;. de hære. li. 6. Vbi dicit in verbo, fautores, Priuatæ perſonæ quæ iuramento, vel voto ſe aſtrinxerunt, ex omiſſione dicuntur fautores, puta ſi nõ manifeſtant, vel non faciant id quod promiſerunt ex voto. 1

Fautores Cruceſignati.

2 Cruceſignati

2 Crucesignati habent illas gratias, & illamet priuilegia quæ habent accedentes ad Terræ sanctæ subsidium.c.excom municamus el primo. de hęre. .§. catholici vero.

3 Crucesignati habent plenariam omnium peccatorum suo rum remissionem,possuntq; absolui semel in vita, & semel in morte, & hoc habent ab Alexandro quinto in priuilegio quod incipit, prę cunctis. A Gregorio quarto in priuilegio incipien. Ille humani generis. A Clemente quarto in priuilegio incipien. licet ex omnibus. Habetur etiam (vt dictum est) in c. excommunicamus. el primo. de hęre. & Abb. ibidē & hoc dummodo emissum votum in subsidium officii sanctę Inquisitionis vsq; ad mortem efficaciter prosequantur.

4 Crucesignati possunt absolui ab Inquisitore ab omni sentē tia excommunicationis, suspensionis, interdicti, canonis, & ab illis pręsertim quas pro incendiis Ecclesiarum, vel iniectio ne manuum violenta in clericum, seu in personas Ecclesiasti cas incurrissent, & ab omnibus alijs sentētijs generalibus ab Apostolica Sede promulgatis.

5 Crucesignati clerici possunt ab Inquisitore dispensari sup irregularitatibus, quas celebrādo diuina, ligati sententiis ca nonis incurrissent.

6 Crucesignatorum vota omnia commutare potest Inquisitor, pręter vota Terrę sanctę, & vota perpetua.

7 Crucesignatis potest inquisitor concedere, q tempore ge neralis interdicti valeant interesse diuinis officiis, & Ecclesiatica recipere sacramēta in locis, in quibus ex indulto apo stolico huiusmodi diuina celebrantur. Hęc omnia patent ex priuilegio Innocentii quarti, quod incipit, Malitia huius tēporis. de his vide Zanchinum cum additionibus Campegii, in cap. 37.

C V L P A.

1 CVlpa est deuiatio ab eo quod est bonum, & per hominum diligentiam pręuideri potest, & hoc vltimum additur ad differentiam casus fortuiti, qui pręuideri non potest. vt in c. Iohannes. de homi. Abb. in c. vnico. de commo.

2 Culpę

Culpæ tres ſunt ſpecies, videlicet, leuis, lata, & latiſſima 2
Bar. in l. Nerua. .ff. de po. & in l. ſi vt certo .§. nunc videndū .ff. commo. vel condi. Quandoq;, dicit ꝙ eſt culpa latiſſima, latior, lata, leuis, & leuiſſima, & culpam latiſſimam appellat dolum verum, latiorem dolum præſumptum. Vide de hoc Abb. in c. vnico. de commo.

C V R A T O R.

CVrator dari debet minori annorum vigintiquinq;, ſi con 1
tra illum ſunt indicia, aliter non poterit torqueri, etiam ſi omnia alia requiſita ſint obſeruata, imo confeſſio facta etiam ante, & extra torturā, erit nulla, niſi prius ei de curatore fuerit prouiſum. Ita notat Angel. de Aret. in tract. malefi. in ver. comparent, & allegat l. clarum. C. aut pręſtan. & quę habentur ibi. Et ſubdit idem Angel. ꝙ ſi minor ſine curatore confiteatur etiam ſponte, talis cōfeſſio ei non nocebit, etiā ſi fiat cum iuramento. Et dicit voluiſſe Bal. in l. 1. C. de cōfeſſis, Marſil. in pract. crim. .§. Nunc videndum, nu. 31.

CVSTODES CARCERVM.

CVſtodes carcerum. Vide ſupra in ver. carcerum cuſtodes. 1

D.

DAMNATVS.

Quadrimeſtre.

DAmnatus etiam pœna pecuniaria pro crimine, 1
in termino ſoluendo non habet quadrimeſtre, quod datur alijs damnatis miſerationis gratia. iuxta glo. fin. in l. ſi debitori .ff. de iudi. & eſt communis opinio ſecundum Iaſon. in l. debito ribus. col. pen. & fin. .ff. de re iudi. Sed potius tempus eſt ar bitrariorum. vt ibi per eum poſt Alexand.

Damnatus ſimiliter pœna corporali nullam moram ha- 2
bet, niſi in certis caſibus, de quibus per Iaſon, in eadem. l. col. pen. Feli. in c. Quęrenti. de off. deleg.

Damnato auctore, damnantur & eius opera, ſcripta uide 3
licet, Et nota ꝙ auctorum ab Eccleſia damnatorum ſcripta

ſunt

ſunt damnata ex eo ſolum ꝙ exierunt à malis,& damnatis au ctoribus,etiam ſi bonam contineant doctrinam. C. fraternitatis. de hære. & ibi glo. quæ adducit 3. q. 4. c. Nullus. 16. di. c. canones,& c. excommunicamus. §. credentes. de hære. & arg. ad hoc 96. di. c. Bene quidem. Si tamen ab eccleſia approbarentur,valerent,vt de nonnullis operibus Origenis factum eſt, 16. q. 7. c.& hoc diximus. Qui Origenes damnatus eſt poſt mortem, 24. q. 2. c. ſane profertur. Idem dicimus de nonnullis alijs hæreticis, quorum opera aliqua ab Eccleſia legi permittũtur,vt ſunt Porphirii ꝑdicabilia, logicalia Ochã & ſimilia,& quæ continentur in ſecunda regula indicis librorum prohibitorum poſt ſacrum Concilium Tridentinũ emanati, & per Pium Quartum confirmati.

Hæreticorum non nulla opera permiſſa.

DEFENSIONES.

1 DEfenſionum conceſſio interdum ſuperflua, interdum neceſſaria eſt. Quãdo enim delatus ſiue teſtibus cõuictus, ſiue nõ, confitetur tamen delictum de quo delatus eſt,& prout teſtes deponunt, tunc concedere ſibi defenſiones ad dicẽdum contra teſtes ſuperfluum eſt, quia magis ſtatur eius confeſſioni, q̃ teſtium depoſitionibus.

Quando vero crimen defenditur, & ſunt teſtes contra eũ & petit defenſiones ſibi concedi, ſiue præſumatur delati innocentia, ſiue de eius pertinacia,ad ſe defendendum admittendus eſt, ac defenſiones iuris ſunt ei concedendæ, & nullatenus denegandæ. Et ſic conceditur ſibi aduocatus,probus tamen,& de legalitate non ſuſpectus, vir vtiq; iuriſperitus, & fidei zelator. Et pari forma procurator, ac totius proceſſus copia,ſuppreſſis tamen teſtium nominibus,vbi Inquiſitori in conſcientia ſua videatur eiſdem graue periculum imminere ſi ipſorum nomina proderentur propter potẽtiam delatorũ. vbi autem nõ videatur tale periculum imminere,ſunt huiuſmodi nomina delato in prædicta copia exprimenda. iux. c. ſtatutũ de hære. li. 6. Intellige hic non potentiam generis, ſed potentiam pecuniæ, vel maliciæ. Grauius enim periculũ immineret teſtibus,ſi eorum nomina proderentur homini de-

Aduocati reorum qualitas.

Teſtium nomina ſuppreſſa

Maligni tate potens. lato non generoſo,ſed alias malicioſo, & factioſis ac peruerſis hominibus colligato, qui nihil haberet quod ꝑderet,q̃ homini nobili, & generoſo, ſed timorato. Et hæc experientia docet Inquiſitores quotidie euidenter. Quare quando conceduntur teſtium publicationes,multum eſt delati conditio conſideranda, an ſcilicet ſit alias malicioſus, vel ſimplex,pauper,vel diues, habens hominum peruerſorum, vel proborũ ſocietatem,& ſimilia,quæ maxima indigent conſideratione. Et nota, ꝙ defenſiones etiam in fragrãti crimine regulariter dandæ ſunt, licet aliquibus quãdoq; denegentur. Quia ſi fur eſſet,excuſari poſſet famis neceſſitatem,vel creditoris importunitatem allegando,ſi homicida,interfecti rebellionem poſſet adducere. Vide Boſſium in pract. tit. de Denunciatione.

Indiciorum copia. An autem indiciorum copia ſit danda ad ſe defendendum 2 reo ante torturam indiſtincte, ſecundum Bar. dicimus ſimpliciter debere dari,quia ſuper indiciis eſt diſputãdum, vt in l. fin. penult. quæſtione .ff. de quæſtioni. Sic Angel. in ver. fama publica. Et ſimul dandus eſt terminus ad illa purganda, vt per Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. etiam ſi periculum inmineret ſubornationis(ait Boſſius in pract.) q̃a per negationem poſſet ſequi, vt innocens occideretur, per l. abſentem .ff. de pœnis. Et ita quotidie ſeruatur, ꝙ copia indiciorum datur & magnis, & paruis, & omni generi perſonarum, nec etiam eo ꝙ ex officio procedatur, vel quis male audiat. Fatemur tamen ꝙ quando quis tam male audit, *Inſignis maleficijs quis.* ꝙ poſſet dici inſignis maleficiis, eo caſu omnia ceſſarent, ꝙ intelligimus quando adeo fama eũ inſignem fecit maleficijs, vt res redacta eſſet ad notorium, aliter non eſſet neganda copia indiciorum,vt ſe defendere poſſet dato aliquo dubio. Et idem ſi quis delatus eſſet maximi delicti, & non debent denegari defenſiones,quidquid dicat Hippol. in l. 1. .ff. de quæſtioni. quia defenſio naturalis non poteſt tolli. c. Paſtoralis. de re. iudi. in Clem. Pro qua opinione vide Doctores in l. ſi quis alicui. c. ad l. iul. maie. vbi lex loquitur de crimine læſæ maieſtatis, & glo, & Doctores ibi expendunt illud crimẽ in hac

materia

materia indiciorũ ſicut cætera. Patet etiã, quia licet in extra uaganti, ad reprimendam, detur ampla facultas procedendi in crimine læſæ maieſtatis, tamen ſemper Bar. ibi vult. vt de negetur defenſio, & ideo l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. quæ prohibet ne qui pro reis tentent interuenire in caſu dictæ legis, loquitur in iam damnato. Ita in effectu Bar. in l. furti. §. ope. C. de furtis. Et Salic. in l. vnica. de rapt. virg. & in fortioribus terminis habes deciſionem Bal. in conſ. 95. quæ loquitur in crimine hæreſis. Neſcio tamẽ (ait Boſſius in pract.) quomodo bene ſeruaretur hæc opinio, quamuis ſit iuris, imo quotidie video in atrociſſimis delictis prius deuenire ad quæſtiones, quam detur copia proceſſus, & ſuperiores hoc permittunt. *Vſus quæſtionãdi.*

3 Poſt quæſtiones, facta ratificatione extra tormenta, & legitimo modo, debet Iudex dare vnum breuem terminũ reo ad producendum omnes ſuas defenſiones aduerſus ſuam cõfeſſionem, puta duorum, vel trium dierum qui terminus eſt de communi obſeruantia, vt ex nulla parte reus remaneat in defenſus, vt not. Salic. in l. 2. C. de cuſto. reo. & habetur ꝑ l. Quarta. §. ſi ad diem. ff. de re. mil. & l. ſi non defendatur ff. de pœnis. *Terminus defẽſionis.*

4 Renunciare autem defenſionibus ſuis quandoq; poteſt reus, quandoq; non. Et nota, ꝙ licet regulariter reus criminis non poſſit renunciare ſuis defenſionibus directe, tamen committens crimẽ enorme poteſt renunciare ſuis defenſionibus. Feli. in c. cum veniſſent. de ſti. & Lud. Ro. in rubr. de arbi. & Bal. in l. pronunciare. C. de feri. Marſil. in pract. §. diligenter. num. 162. *Renunciare ſuis defenſionibus.*

5 Nota ꝙ ſponte confitens maleficium poteſt, renũciare defenſionibus ſuis. Bal. in rubr. de pact. in ver. per pactum. Vide Marſil. in pract. crim. §. examinanda. nu. 17.

6 Nota etiam ꝙ reus poteſt renunciare defenſionibus ſuis ꝑ mittendo labi tempus, quod non poſſet expreſſe. Marſil. vbi ſupra num. 18.

7 Nota etiam circa prædicta, ꝙ licet reus regulariter non

 poſſit

poſſit renunciare defenſionibus ſuis, pendente tamen dictarum defenſionum termino Iudex poteſt procedere ad executionem capitalem, quando timet ꝙ fiat tumultus. Lud. Ro. in ſing. 589. incipieñ. licet Iudex procedere Bal. in .l. cum reis. C. de pœnis.

Nota etiã ꝙ quo caſu reus habuit terminum defenſionis, 8
& renunciauit dicto termino, & defenſionibus ſuis, poteſt tamen dictam renunciationem poſt reuocare, qua reuocatione facta non poterit iudex procedere ad executionem, niſi finito termino principali dilationis datæ ad faciendas defenſiones. Angel. in l. pactum inter hæred. .ff. de pœnis.

Terminus defenſionũ dãdus.

Nota inſuper, ꝙ Iudex ſemper debet dare terminum de- 9
fenſionis reo confeſſo, vel conuicto, alias non dato ſibi termino non poterit deueniri ad aliquam condemnationem cõtra dictum reum, Angel. vbi ſupra. Marſil. in pract. crim. .§. examinanda. nu. 33.

Nota etiam, ꝙ huiuſmodi defenſiones non poſſunt tolli 10
etiam per Principem, vel ſuperiorem, cum ſint iuris naturalis, vt in .§. ſed naturalia, Inſti. de iure natu. Et ibi Docto. & habetur in Clem. Paſtoralis. de re iudi. & Bar. in tract. Qui ſint rebelles, & in .l. facultas. C. de iur. fiſci. li. 10. Oldr. in conſ. 43. incipieñ. Quoniam verum.

Ciuilis nõ naturalis defenſio tollitur.

Et nota ſecundum Bal. in c. Nobis. de except. ꝙ ſtatutum 11
tollens defenſiones intelligitur tollere ciuilem, nõ naturalẽ, de quibus vide Marſil. in Pract. crim. .§. Quoniam. nu. 76. & 77. & Bar. in tract. ſuo qui ſint rebelles dicit, ꝙ ſtatutum dans iuriſdictionem cõtra indefenſum, eſt iniuſtum. Et ideo Bal. optime dicebat in l. 3. .§. ſi is pro quo .ff. ꝙ quiſq; iuris, ꝙ Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt tollere defenſiones in cauſa ciuili, & pecuniaria, ſed ſecus in cauſa criminali. quod dictum refert Feli. in c. dilecti. de except. & c. cum olim de re iudi. Marſil. in pract. crim. .§. vltima quæſtio. nu. 23. vbi aliqua declarant ia particulam illam. c. Ad abolendam. de hære. Seculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquẽdos, inuenies circa huiuſmodi defenſiones reis

omnino

omnino dandas. Audiat namq; prudens Iudex reum, ac de delicto clarus per defenſiones ipſi reo conceſſas clarior euadat, mitiorq; ab omnibus teneatur.

DEFENSORES.

1 DEfenſores hæreticorum ſunt in duplici differentia. Quidam namq; ſunt qui defendunt errorem, & hi damnabiliores ſunt, quia hæreſiarchæ quodammodo ſunt. vt c. qui illorum. 24. q. 3. Et de his defenſoribus communiter loquũtur iura, quia iſti ab hæreticis non diſtinguntur, ſed in his habet locum c. ad abolendam. de hære. Quidam alij ſunt q non defendunt errorem, ſed perſonam errantem, vtpote illi qui reſiſtunt viribus, & poteſtati, ne hæretici ad manus iudicis fidei veniant examinandi, & puniendi, & tales ſunt excõmunicati, vt c. excommunicamus el 2. de hære. & tales non ſunt hæretici, cum errorem vt ſic non defenderint, vt c. damnamus. de ſum. tri. & fi. ca. ſed ſunt ſuſpecti de illorum hæreticorum erroribus vehementer, vel leuiter ſecundum defenſionem a ſe factam, Archi. in c. Quicunq;. ſuper ver. Defenſores. Et Guido Falcodij. q. 12.

2 Sed quid ſi aliquis defendit conſanguineum ſuum, vt ſic potius videatur facere affectione ſanguinis, q̃ contemptu fidei? ait Zanchinus, nam in dubio præſumitur hoc feciſſe ſanguinis affectione propter rationabilem præſumptionem. vt .ff. pro ſocio .l. merito. Certe dicunt quidam ꝙ nihil ſibi proderit ad uitandum pœnam, vt ar. 27. q. 1. De filia, & extra eo. c. in eos. quod intellige verum, vt non eximatur a tota, ſed a tanta, quia mitius punitur. vt .ff. de recepta. l. fi. Nam quędam ratione ſanguinis tolerantur, quæ non tolerarentur alias. vt dicta. l. & .ff. de ſuſpect. tu l. ſi tut. & ibi not. *Defendẽs cõſanguineũ quid.*

3 Adde affectione ſanguinis, diſtinguendum eſt inter ſimplicem conſanguineum, & conſanguineum qui criminis particeps exiſtat. de quo vide Paul. Gril. de relax. carcer. ſub rubr. de abſol. innocentis. quęſito. 7. Et infra c. 6. nu. 3.

DEGRADATIO.

1 DEgradatio quid ſit, & qualiter fiat vide in c. 2. de pœnis.

2 Degradandus

Degradandus eſt omnis clericus, qui eſt tradendus curiæ ſeculari. vt c. 1. de hęre. Abb. in c. ad audientiam. de crimine falſi. Vide ſupra. Clericus, Talis ſtatim ꝑdit omne priuilegium clericale, & efficitur de foro ſeculari, ideo Iudex Eccleſiaſticus non intromittet ſe de tali degradato, ſed Iudex ſecularis illum puniet ſecundum leges, & canonicas ſanctiones vt C. de hære. l. Quicunq; ſe. & c. penul. de hære. Et talis degradatio, ſcilicet actualis, non fit niſi cum reus in profundum omnium malorum tranſierit, & prorſus in corrigibilem ſe oſtenderit, vt in c. cum non ab homine. de iudi. 2

Degradandus eſt etiam aliquando clericus, quādo intrudendus eſt in monaſterium. vt in c. tuæ. de pœnis. Sed verbaliter tantum. 3

Verbaliter, & actualiter degradatus quomodo differant.

Degradatus verbaliter non priuatur omni priuilegio, nec priuilegio fori, niſi ſequatur incorrigibilitas, talis remanet, ſub iuriſdictione Eccleſiæ, ſecus eſt de degradato actualiter. Abb. in c. tuæ diſcretionis. de pœn. 4

Degradari debet etiam clericus qui eſt in minoribus ordinibus tātum, ſcilicet verbaliter, alioquin in quolibet carcere criminali ſemper adeſſe oporteret Epiſcopum, cum multi in minoribus ordinibus quotidie capite puniantur Abb. in c. clerici, ſecundum. de vi. & hone. cler. 5

DELEGATVS.

DElegatus Papę licet poſſit in totum cauſam alteri ſubdelegare, non tamen poteſt dare poteſtatem ſubdelegandi ſubdelegato ſuo, quia licet ipſe potuiſſet ſubdelegare, hoc tamen non habet ex commiſſione, ſed ex lege, vt in c. Paſtoralis. de off. deleg. Abb. in c. ſuper quæſtione. 1

Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocūq; Ordinario, quia gerit vices delegantis. in c. fin. di. 93. Et l. fin. ff. de off. eius cui man. 2

Nota tu Iudex delegate.

Delegatus Papæ poteſt totam iuriſdictionem ſibi commiſſam alteri ſubdelegare, poteſt etiam pro parte, ſed primo caſu non remanet Iudex, nec poteſt ad illum amplius appellari ſed ſecundo ſic, in c. ſuper quæſtionem. de off. deleg. Qui 3

ſubdelegatus non poteſt recuſari ſine legitima cauſa, & ſi recuſatur, debet recuſari ſecundum Io. de Imol. coram legato ante inchoationem cauſæ, & non poſt. quia, cum nondum inceperit exercere iuriſdictionem, non videtur efficaciter in illum iuriſdictio transmiſſa.

4 Delegatus Iudex poteſt iuriſdictionem ſuam exercere nō ſolum contra partes, ſed etiam contra quaſcunq; perſonas ſuam iuriſdictionem turbantes, vt in c. Quia quæſitum. de offic. deleg.

5 Delegatus poteſt præcipere ordinario, vt exequatur ſententiam ſuam, quam exequi tenetur licet ſit iniuſta. in c. Paſtoralis. §. Quia vero. de off. deleg. Cætera vide de off. deleg. per totum.

DENVNCIATIO.

1 Denunciatio eſt alicuius criminis delatio, vnde denunciare eſt alicuius delicti aliquem ad pœnam deferre, nam præpoſitio, de, auget nuncupationem, arg. ff. depoſi. l. 1. Et nota ꝙ ille qui denunciat, debet ſuam denunciationem probare, & ei aſſiſtere, cum talis loco accuſatoris habeatur. ff. ad turpil. l. ab accuſatione. §. nunciatores. arg. C. de edendo. l. qui accuſare. licet denunciatio, non ſit idem quod accuſatio. vnde denunciare nil aliud eſt, q̃ notificare maleficium fore commiſſum. vt colligitur. C. de accuſ. l. ea quidem. & per talem denunciationem, ſiue notificationem poteſt iudex inquirere de maleficio, quia maleficia quandocunq; claruerint ſunt punienda. 24. q. 3. c. ecce. ff. de off. præſid. l. congruit. cum ſimilibus.

2 Denunciatio, an ſit de præcepto, & quis teneatur denunciare, & pro quibus delictis occultis, vel publicis, & quæ correctio debeat indici, & quid de iudiciali denunciatione publica, vel priuata, an competat ex officio mero iudicis, & q̃d de forma ipſius denũciationis, & qualiter procedatur in his, Vide Abb. & Barb. in c. Nouit. de iudi. *Quis denunciare teneatur.*

3 Denunciatio ſola criminis contra aliquem facta non cauſat infamiam talem, quæ ſufficiens ſit ad inquirendum de veritate

ritate criminus, Abb. in c. cum opporteat. de accuſa. ſed denunciatio cum fama ſufficit ad inquirendum, imo ad torturã ſecundum Bar. in conſ. 111. incipieñ. Domino Paci de Burgo. Cum denunciatio de per ſe, vt dictum eſt ſupra, ſit ſufficiens ad inquirendum, ſecundum Bar. in l. Diuus. la 9. ff. de cuſto. reo. & Angel. de Arct. in tract. malefi. in ver. Nec ad denunciandum. Marſil. in pract.. §. Principiũ. nu. 21. & 22.

Denunciator criminis non ſe inſcribit, quia ad correctio- 4
nem tendit. Abb. in c. ſuper his. de accuſa. præſumitur criminator eo ipſo ꝙ crimen non probet, & punitur, niſi in certis caſibus. Abb. in c. cum dilectus. de calum. Et nota ꝙ quando ſunt plures denunciatores, dignum eſt vt magis idoneus eligatur ad expeditionem cauſæ, idem dic de accuſationibus. Abb. in c. ſcripta. de collis.

Quando ſunt plures denũciatores.

Denunciator occultus admittitur pro peccato vitando, li 5
cet criminoſus ſit, & ſuam turpitudinem alleget, ſed pro peccato commiſſo non admittitur criminoſus niſi in exceptis caſibus. Abb. in c. Præterea ſecundum. de ſponſ.

Occultus

Denunciator quomodo poſſit eſſe teſtis. vide Abb. in c. 6
Præterea. de teſti.

DEPOSITIO.

DEpoſitio verbalis, ab ordine dicitur degradatio, quia a 1
gradu ſuo dicitur remotus. Abb. in c. qualiter, & quando. de accuſa. & talis verbaliter depoſitus poteſt reſtitui per Epiſcopum, tamen non recuperat beneficium alteri collatũ, & hoc in caſibus a iure conceſſis. Si depoſitus ſit actualiter, & allegetur cauſa legitima, puta quia ſit facta per teſtes falſos, poteſt Epiſcopus reſtituere. ſi vero nõ allegatur cauſa talis, vel ſimilis, ſed ſolũ petitur reſtitutio, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia iſte degradatus actualiter eſt priuatus omni priuilegio clericali, & relictus iudicio ſeculari. Abb. in c. ex tuæ deuotionis. de cler. non reſid.

Degradatio verbalis quid operetur.

Depoſitus in tribus tantum caſibus traditur brachio ſecu 2
lari, videlicet quando relapſus, vel oſtinatus eſt in hæreſim, quando reperitur falſarius, & quando calumniatus eſt Epi-

Quando brachio ſeculari tradatur.

ſcopum ſuum Abb. in c. at ſi clerici. de iudi. in aliis autem ſi inueniantur incorrigibiles, aliter puniuntur.

3 Depoſitiones, & examinationes in cauſa fidei per publicā perſonam, vel duos viros idoneos coram duabus perſonis religioſis, ab Inquiſitore recipiantur. vt in c. vt commiſſi. de hære. lib. 6.

DE PLANO.

1 DE plano, & ſine ſtrepitu aduocatorum in cauſa fidei eſt procedendum, vt in c. ſtatuta. de hære. li. 6. Sed nota ſecundum Anchar. ibi, per hoc tollitur omnis ſolemnitas iuris ciuilis, non autem ſolemnitas iuris gentium, vel diuini, puta ꝙ in ore duorum, vel trium non ſtet veritas, &c. Vt in c. in omni. de teſti. & probatur hæc theorica. in l. 2. ff. de te. mi. & l. Lucius. & l. Diuus. eodem tit.

Solemnitas iuris ciuilis nō diuini, vel iuris gentium tollitur.

DIFFINITIVA.

1 DIffinitiua. Vide in ver. Sententia. 18.

DIGNITAS.

1 DIgnitas dicitur multipliciter. Primo dicitur perſonatus in Eccleſia. 2. ſecularis prærogatiua. 3. poteſtas. 4. ordo. 5. conditio, Glo. in c. Quia nonnulli. de clericis non reſid.

2 Dignitatis nomine in ſtatuto odioſo non venit epiſcopatus, cum ſit non dignitas, ſed culmen dignitatum, Abb. in c. venerabilis. de conceſ. pręben. in fauorabilibus veniunt omnes dignitates eccleſiaſticæ. in odioſis non veniunt epiſcopatus, nec ſuperiores. Ideo inhabilis diſpenſatus vt promoueri poſſit ad dignitates, nō poteſt promoueri ad Epiſcopatū. & diſpenſatus vt poſſit exercere omnia ſpiritualia eccleſiaſtica, non poteſt ea quæ ſunt digna ſpeciali expreſſione. diſpenſatus ad Epiſcopatum, nō propter hoc poteſt fieri Archiepiſcopus. & ſi ad Archiepiſcopatum, non propter hoc poteſt fieri Patriarcha. vnde Papa volēs facere gratiam vberiorem diſpēſat vſq; ad Cardinalatum excluſiue, ad Cardinalatum communiter non diſpenſat, poteſt tamen ſi vult. Abb. in c. Dilectus filius. de præben.

3 Dignitatem habent omnes, qui habent iuriſdictionem.

O ideo

ideo omnis Prior conuentualis, & etiam Rector eccleſiæ col legiatæ, etiam Abbatiſſa habet dignitatem.

Secundo, attende an nomine illo exprimatur dignitas in iure, vt archidiaconus, ſi tamen prærogatiuã habet præ alijs.

Tertio, ſi ſecundũ recuſationem loci reputatur dignitas.

Quarto, inſpiciatur ſi fuit inſtituta, vt eſſet dignitas.

Dignitatem opportet eſſe perpetuam, vnde vicarius Epi, 4
non habet proprie dignitatem. Abb. in c. de multa. in addi. de præben. & breuiter habent dignitatem omnes habentes iuriſdictionem. Abb. in c. decernimus. de iudi.

Nota. In dignitate, vel officio prætendens habere ius, ſi exhibet 5
reuerentiam intruſo tamq̃ legitime conſtituto in dignitate, vel officio, videtur tacite renunciare iuri ſuo, ideo non dicit *Nota.* illum prælatum, ſed aſſertum prælatum, & ſufficit hic tacitus conſenſus tam in renunciante, q̃ in prælato non contradicente. Abb. in c. ex ore. de his quæ fi. a ma. par. cap.

DIOECESIS.

1 Dioeceſis dicitur Parochia Epiſcopi, quia ſibi partita, & diuiſa, a dioeceſi alterius Epiſcopi, & quilibet eſt parochianus Epiſcopi, & hac ratione, quia Epiſcopus communicat in terra cum quolibet presbyitero parochiali. Abb. in c. Apoſtolicæ. de donatio.

2 Dioeceſis nomine in materia ſtricta numq̃ intelligitur ciuitas, ſecus in materia larga. In indifferenti, vel fauorabili, ciuitatis nomine intelligitur quod eſt intra mœnia. In materia ſtricta, vbi diſpoſitio cõcepta in ciuitatis appellatione eſſet vtilis, vel poſſet fieri fraus, niſi continerentur ſuburbia, tunc appellatione ciuitatis intelliguntur etiam ſuburbia ſubiecta præcepto. Abb. in c. cum ab Eccleſia. de ordi. In materia larga, vel indifferenti venit ciuitas cum territorio ſuo. Abb. vbi ſupra.

Ciuitatis appellatione ſuburbia intelliguntur.

3 Dioeceſani nomine in materia noua, & ſtricta, ita ꝙ veriſimiliter videtur ponderatum officiũ Epiſcopi, venit ſolus Epiſcopus. In materia larga, & fauorabili, ſic ꝙ videatur ponderata iuriſdictio magisq̃ officium, veniunt inferiores iuriſdi-

ctionem

ctionem habentes epiſcopalē. Abb. in c. Iohannes. de teſta.

4 Diœceſani nomine venit ſolus Epiſcopus, quia ſolus præeſt diœceſi. Ordinarij nomine, quicunq; habent ordinariam iuriſdictionem. Abb. in c. cum olim. de præſcrip.

DISPENSARE.

1 DIſpenſare quos, & ſuper quibus poſſit Inquiſitor, vide ſupra in ver. Cruce ſignati, & infra in ver Inquiſitor. nu. 33

DIVINATIONES.

1 DIuinationes, & ſortilegia etiam quoquomodo hæreſim ſapientia potius pertinent ad Epiſcopum, q̃ ad Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, niſi manifeſte ſapiant hæreſim. vt in c. accuſatus. de hære. li. 6. .§. ſane. Sed pro maiori horum intelligentia notandum eſt, ꝙ Diuinatores a diuinitate dicũtur, quia diuinitate plenos ſe fingunt tales. Horum aliqui Incantatores, qui in ſuis verbis ſuper naturalem vim conſiſtere dicunt. Aliqui Sortilegi, qui ſub nomine quodam fictæ religionis per quaſdam ſortes ſcientiam profitentur, aut quarũdam ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Aliqui Magici, ſiue Mathematici qui conantur vaticinari futura, ſcire occulta, faciendo imagines cęreas, & ſimilia. Hi & alij ſimiles variis nominibus denominantur, videlicet Arioli, Haruſpices, Auſpices, Augures, de quibus habetur. C. de Male. & Mathema. l. Nullus, & l. Nemo. & 26. q. 4. c. Igitur. Horũ differentia eſt duplex.

Diuinatores. *Incantatores.* *Sortilegi.* *Magici.* *Mathematici.* *Arioli.* *Auruſpices.* *Auſpices*

2 Quidam enim ſunt ſortilegi, & diuinatores meri, q agũt mera ex arte Chyromantiæ, & hi ex manuũ lineamentis iudicant de effectibus naturalibus, & cōditionibus hominum, vel qui ęqualitate, vel inęqualitate feſtucarum aliquid præſens, vel abſconſum indicant diuinando, & iſti cadunt ſub tit. de ſortibus, & diuinatio. & de his loquitur. c. ex tenore, de ſortilegijs, vbi dicitur, ꝙ Vlricus presbyter cum quodã infami, ideſt diuinatore, dicit glo. ad ſecretum locum perrexit, nō ea intentione, vt dęmoniũ inuocaret. quaſi dicat, quia hoc fuiſſet hæreticũ, ſed vt cum inſpectione Aſtrolabij furtũ quoddã inueniret. q. d. ꝙ eſt mera diuinatio, vel ſortilegiũ.

Chyromãtici.

Quidam autem ſunt ſortilegi, & diuinatores non meri, ſed ad hæreſim contracti, vt ſunt dęmonibus honorem latrię vel duliæ impendentes, puerum rebaptizantes, vel ſimilia facientes, & hoc pro diuinando futura, ſeu cordis intima penetrando, quæ quidem ſapiunt hæreſim manifeſte, & tales diuinatores, & ſortilegi Inquiſitoris iudicium non euadunt. Sed nota pro maiori declaratione huius dictionis, Manifeſte ꝙ ſecundum Io. And. in addi. ad Spec. de ſorti. Hoc verbum, manifeſte, determinat verbum hæreſis, & ad eius qualificationem venit, prout in ſimili dicit Bar. ff. de iniur. Item apud Labeonem. §. conuitiũ, cum opponitur alicui ꝙ interfecit ꝓditorie. vnde dicit in c. accuſatus. de hære. lib. 6. Petrus de Anchar. ꝙ ſumere, vel dare pocula, vel exercere ſortilegia ſimplicia ad amorem mulieris prouocandum, vel propter cõſcientiam ſumere hoſtiam non conſecratam pro conſecrata non ſapit hæreſim manifeſte, quia alia eſt pœna talia facientium, alia hæreſis ſiue hæretici. quod patet ex diuerſitate rubricarum, quia rubrica de hæreticis ponitur ſeparate a rubrica de ſortilegijs. De poculis ponitur. ff. de pœnis. Si quis aliquid. §. qui abortionis. De hoſtia ponitur, De celebratione miſſarum. c. De homine. Similiter imagines facere, & dęmones inuocare, & incantare ad amorem mulierum prouocandum, magis eſt ſuperſtitioſum q̃ hæreticum. quia tunc vocatur dæmon ad id quod proprium eius, ſcilicet tentandum. 3

Manifeſte quid.

Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata.

Eſt autem conſiderandum, ꝙ vſus ſortilegiorum, & diuinationum dicitur ſapere hæreſim manifeſte, quando ille vſus eſt manifeſtus ad perſuadendum, ꝙ vtens male ſentiat de fide, ſeu de aliquo eius articulo, vt quia per exercitationem illius vſus aſſociat ſibi hæreticum. Nam per talem conuerſationem pręſumitur manifeſte talis, qualis ille cum quo cõuerſatur. vt patet in di. c. accuſatus de hære. lib. 6. Et in Auct. de mona. §. ſi vero. & ibi per Doct. vel ad talem vſum inuocat dæmonem ad diuinandum, vel poſtulandum aliquod ſuffragiũ, quia tunc ratione inuocationis præſumitur hæreſis manifeſta, & idem in ſimilibus caſibus. Non autẽ dicitur talis vſus 4

ſapiens

ſapiens hæreſim, ſi ſimpliciter quis vtatur ſortilegijs,& diuinationibus etiam publice, ſicut etiã ſi publice peccaret adulterando, fornicando, vel alia peccata mortalia committendo, quia iſta non ſapiunt hæreſim. Et aduerte, ꝙ ante omnia Inquiſitor habet præuidere, an iſta ſortilegia, & hæ diuinationes pertineant ad ſuam iuriſdictionem, ſcilicet an ſapiãt hæreſim manifeſte. Cum enim datur ſibi iuriſdictio cognoſcẽdi ſuper manifeſtis,ſi reuocatur in dubium de hoc, quod tunc non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.vt not.glo. in di. c. accuſatus.§. ſane. quod declarat Dominicus ibi, dicens, ꝙ ſi manifeſte apparet, ꝙ ſapiant hæreſim, & ſuper iſto ꝙ ſit manifeſtum, vel non reuocatur in dubium, ꝙ ſi Inquiſitori liqueat ꝙ ſit manifeſtum,iudicialiter poterit pronunciare ſe Iudicem. Si vero non apparet ꝙ ſit manifeſtum, ſe non intromittet. ibi dicit glo. alleg. Ant. de Butr. ibidem. Vnde diuerſitas conſiſtit, an dubium ſit in iure, an in facto, quia in primo caſu non poteſt cognoſcere, in ſecundo ſic. ſicut in ſimili dicit Ant. in Clem. 1. de dolo. & cont. ꝙ aliud eſt conſtare manifeſte de contumacia, & aliud eſt conſtare de manifeſta contumacia. Vnde iſta ſimul ſtant, ꝙ manifeſte conſtet de crimine, vel contumacia alicuius, & tamen dictum crimẽ vel contumacia non fuerit manifeſta, ſeu manifeſte commiſſa, vt ibi per eum, & etiam ſic. vt in ſimili dicit Bar. l. Ticia .ff. ſo. ma. quem communiter ſequuntur canoniſtæ quando dubitatur ſuper matrimonio, vel vſura, & alijs, vbi facit differentiam, an dubitetur in iure, vel in facto. & plenius per Dominicum. in c. fin. de ſo. comp. lib. 6. Quæritur ſi Inquiſitori conſtat per teſtes qui reprobari non poſſint, ꝙ de tali vſu ſapiente hæreſim manifeſte ſit manifeſtum, ſeu notoriũ, vel etiam per confeſſionem, vel notorietatem, ꝙ pronunciare poterit ſe Iudicem. & hoc caſu Inquiſitor debet in ſua Inquiſitione exprimere, ꝙ illa de quibus infamia eſt orta, ſapiũt hæreſim manifeſte, & ſufficit, ꝙ talis qualitas deducatur expreſſa, vel comprehendi poſſit ſub generalibus verbis Inquiſitionis, ſicut in ſimilibus caſibus dicunt Doct. maxime Ant. de Butr.

Dubium in iure, vel in facto.

de Butr. & Io. de Imo. de Iudæis c. Cæterum, & per Doct. in l. 2. ff. ſi quis in ius non ierit. Sylaceñ. de fide. ca. c. 56.

Et nota ꝙ diuinatio ad inueniendum furta, vel ad ſciendũ aliqua ſecreta, quæ fit cum candela benedicta, & aqua ſimiliter benedicta, ac puero, vel puella in phiala aſpiciẽte, & dicẽte hæc vel ſimilia verba, videlicet. Angelo bianco, Angelo ſanto, per la tua ſantita, e per la mia verginita &c. ſapit hæreſim manifeſte, vt probat Barba. in conſ. ſuo ad requiſitionẽ Inquiſitoris Bononieñ. facto.

DIFFAMATI.

DIffamati qui dici poſſint, maximeq́ in crimine hęreſis, declarare cupientes, pauca quædam tam de infamia, q̃ de Inquiſitione præmittemus. Et primo notandum eſt, ꝙ duplex eſt inquiſitio, alia videlicet famæ; & alia criminis. Inquiſitio famæ, cum non ſit multum præiudicialis, poteſt fieri modica infamia præcedente, vel ad dictum, ſeu denunciationem probæ perſonæ. Adde ſecundum Lud. Ro. ſing. fol. 28. Modica infamia etiam habente ortum a maliuolis perſonis. 1

2 Inquiſitio autem ſuper veritate criminis fieri non debet niſi præcedat infamia. Et ex hoc nota ſingulariter modum ꝓcedendi, quãdo denunciantur crimina nõ infamati. Si enim denuncians eſt perſona idonea, non debet admitti, vel committi, ſed debet fieri inquiſitio ſuper infamia priusq̃ ſuper veritate. ſi vero perſona denuncians non eſt idonea, nulla ſit Inquiſitio niſi ad cautelam. Ad hoc. c. cum iuuentute. & quod notatur ibi. de præſumpt. Et ſi conſtiterit de infamia, procedetur poſtea ſuper veritate. vt in c. Qualiter & quando. de accuſ. hæc Abb. in c. licet. de accuſ.

3 Diffamati de hęreſi dicũtur illi, de quibus eſt publica vox, & fama, & communiter apud omnes, vel maiorem, et ſaniorem partem viciniæ ſi in vicinia, villæ ſi in villa, ciuitatis ſi in ciuitate ſunt diffamati ꝙ talem hæreſim prædicauerunt, ſeu defenſauerunt, vel aliter illi hæreſi adhęſerunt. Ad probandam autem talem infamiam eſſe in vicinia, villa, vel ciuitate duo teſtes ſufficiunt (dico) tam bonam q̃ malam famam, dũmodo

modo ipſi teſtes ſint bonæ, & honeſtæ famæ. Spec. de Inqui. .§. 3. ver. vide. Et Inno. in c. oportet de accuſ. Talibus enim de hæreſi diffamatis eſt purgatio canonica indicenda. iuxta c. Inter ſolicitudines. de purg. can. Nec refert (ſecundum directoriū) an apud bonos & graues teſtes, vel apud infames & viles fuerint infamati. Et c. accuſatus. de hęre. li. 6. Quia eſt crimen exceptum, vel per excōmunicatos, & in crimine participes. vt in c. in fidei fauorem. Per Iudæos, & infideles. vt in c. contra chriſtianos. eo. tit. Qui omnes in hoc crimine ad teſtificandum admittuntur. Nec refert, an ſint infamati de hoc crimine (vt iā diximus) apud bonos, & graues, vel apud viles, & vitijs irretitos, quantum ad indicendam purgationem canonicam, ſicut nec quantum ad cōdemnationem maior labes enim non eſt hæreſis infamia, q̄ ipſa hæreſis. Grauius enim eſt fore de ipſo crimine conuictum, q̄ de illo diffamatum. Si igitur creditur criminoſis in illo, nunquid non magis in iſto? vtiq;. Sic & in probatione c. inter ſolicitudines. & c. excommunicamus. & c. vt officium. & c. Inquiſitionis. eo tit. li. 6. loquuntur de infamatis de hæreſi indiſtincte, nullam facientes penitus mentionem, an apud bonos, & graues, vel apud malos, & viles fuerint diffamati. Nec refert, an infamia habuerit ortum ab emulis, vel amicis, nec in hoc crimine, nec in aliis, poſtq̄ habuerit initium a qualitatibus facti, & conditionibus. vt eſt tex. in c. accedens. de purg. cano. ſufficit enim ꝙ ſint publice diffamati, ad hoc ꝙ ei purgatio canonica indicatur, in qua ſi non conſenſerint ſunt anathemate feriendi, & ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ſunt tamq̄ hæretici condemnandi. vt c. excommunicamus. de hære. tutius tamen erit procedendum, ſi huiuſmodi infamia a ſaniori, & maiori parte (vt dictum eſt ſupra) originem habuerit.

Purgatio canonica.

Per annū in excommunicatione ꝑſeuerans.

DISPENSARE.

1 Diſpenſare ſuper irregularitate in hęreſi cōtracta cum hęreticis, vel ſuſpectis redeuntibus ad gremium Eccleſiæ poſſunt Inquiſitores, vt patet per priuilegium Clementis ſeptimi

ptimi quod incipit. Cum ſicut, vbi ſic dicitur. Et cum clericis ſecularibus, ac perſonis religioſis cuiuſuis ordinis, ſtatus, & conditionis ſuper quauis irregularitate quam tam in hæreſi, q̃ ex apoſtaſia a fide, ſeu etiam ex eo ꝙ cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, tam a iure q̃ ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, & promulgatis quamlibet incurrerint, aut ligati, ſeu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam ſuper irregularitatibus quas clerici cruceſignati ſententiis, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine etiam quauis occaſione, vel cauſa latis, ligati, ſeu irretiti, ac etiam ex eo ꝙ in locis eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis miſſas, & alia diuina officia (nõ tamen in contemptum clauium) celebrauerint, incurrerint diſpenſandi.

Super irregularitate.

DISPVTARE.

1 Diſputare de fide, & de eius articulis publice, vel occulte ſub excommunicationis pœna prohibetur laicis in c. Quicunq;. de hære. li. 6. §. inhibemus. Io. And. pro confirmatione huius textus inducit dictũ Tullij de creatione mũdi ſic dicentis. Parentem huiuſmodi vniuerſitatis inueniri difficile eſt, & cũ quis eum inuenerit, iudicare vulgus nephas eſt. Et vide quod notatur diſt. 96. c. Nos ad fidem, laicis. glo. dubitat quare clerico idiotæ licet, & laico literato non licet, & reſpondet, ꝙ ſufficit ſic ſcriptum eſſe. Excommunicationis. an ſit latæ ſententiæ reſpondetur a glo. dubitatiue. ſed dic ꝙ non, ſed eſt ferendæ ſententiæ, & ſecundum Archi. debet monitio præcedere 12. q. 2. c. indigemus. Canon enim loquens per verba præſentis temporis eſt latæ ſententiæ, per verba autem futuri temporis, ferendæ, niſi adiungatur verbũ eo ipſo, quod non ſit hic. Et vide glo. de hoc ſecundo in c. Quam ſit. de elect. li. 6. Gemin. hæc.

2 Contra huiuſmodi de fide diſputantes Inquiſitor poteſt procedere, vt patet per c. Quicunq;. de hære. lib. 6. Vbi ſic dicitur, Inhibemus quoq; ne cuiq̃ laicę perſonæ publice, vel priuate de fide catholica diſputare liceat, qui vero cõtrafecerint excõmunicationis laqueo innodentur. Eadẽ verba ſunt

in priuilegio Alexandri 4. quod incipit. Nouerit vniuerſitas.
Publice diſputare. Adde c. cum ex iniuncto. de hære. & c. excommunicamus. il. 1.. §. quia vero. & c. ſicut 2. & 41. di. c. ſæpæ vitia. Gondiſ. q. 21. nu. 1. & 2. & per tex. in c. q cunq; .§. inhibemus. eo tit. li. 6. vide etiam D. Tho. 22. q. 10. ar. 7. & caiet. ibi. qui declarat quomodo laicis prohibeatur, aut liceat cum hæreticis, & infidelibus diſputare.

3 Horum tranſgreſſorum pœna eſt arbitraria, leuior tamen. 17. di. Nec licuit. 24. q. 1. hæc eſt fides. & augenda eſſet pœna iuxta qualitatem perſonæ, loci, & temporis. vt per Gondiſ. in tract. de hære. q. 1. nu. 7. facit etiam quod dicit Gemin. in c. vnico. de ſchiſma. in fi. li. 6.

DOCTOR.

1 Doctor non poteſt torqueri l. centurio. C. de iuris, & facti ignorãtia. de iure, ſecus de facto, maxime in exceptis criminibus. vide Franciſcum Brunum in tract. de indiciis, & tortura. num. 23. *Torqueri quãdo nõ poſſit Doctor.*

2 Doctores ab Inquiſitore pro conſilio requiſiti tenentur in ferendis ſententijs contra hæreticos, vel pro negotio fidei conſilium dare. Eis namq; prçcipere poteſt Inquiſitor ſub pœna excommunicationis, vt id faciant. vt c. vt commiſſi. de hęre. li. 6. Et per Doctores intelliguntur theologi, canoniſtæ, & legiſtæ ſecundum Gemin. in di. c. vt commiſſi.

3 An autem gratis debeant præbere conſilium, dicit idem Gemin. vbi ſupra, ꝙ poſſunt recipere ſalarium, non tamen exigere, quia negotium fidei quiſq; defendere tenetur. 11. q. 3. c. Nolite. Ad iura autem quæ dicunt, ꝙ quis non tenetur militare ſuis ſtipendijs. c. cum ex officij. de præſcript. ſatis reſpõſum videtur, dicendo ꝙ quiſq; tenetur defendere negotium fidei. Vide Io. And. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6.

DOLVS.

1 Doli capax dicitur conſtitutus infra annum diſcretionis qui eſt proximus ſeptennio, vel ſaltem poſt ſeptennium in qua ætate multa peccata committuntur. Abb. in c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœn. & re.

P Ex

Ex dolo nullus debet commodum reportare, ſed nec illi 2
prodeſſe. Abb. in c. Poſtulaſtis. de conceſ. præb.

Dolũ paſſo quãdo ſubuenitur.

Dolum paſſo non ſubuenitur, niſi fuerit talis, qui virum cõ 3
ſtantem, & peritum decepiſſet. Abb. in c. cum dilectus. De
his quæ vi, metuſue ca. ſi.

Dolus ex quacunq; cauſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta quomodo 4
per l. igitur. §. 1. C. de liberali cauſa. excuſetur, vide Boſſiũ
in pract. tit. de decreto Mediolani.

Dolus quomodo præſumatur, vel non præſumatur, vide 5
tex. in l. Dolum. C. de dolo. & glo. & Bar. in di. l. dolum, &
Alex. in conſ. 103. col. penul. vol. 1. & de præſumpt. c. 1.
& ibi Abb.

DOMESTICI.

DOmeſtici intelliguntur conſanguinei, affines, familiares 1
mercenarij, vaſalli, filij, ſerui, & generaliter inter domeſticos parentes habitantes. Adde ſecundum Petrum de Anchar. in c. ad huc. nu. 2. de Iudę, domeſtici dicuntur aſſidue conuerſantes, quamuis extra domum.

Illi ergo domeſtici repelluntur ex toto, quibus imperari 2
poteſt ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis, vt ſunt ſerui & filij familias, ideſt in poteſtate patris conſtituti, alij autem domeſtici poſſunt repelli, & admitti. Iudex ergo diligenter debet inquirere, an ſint tales qui propter affectionem debeant veritatem tacere, vel non, & ita poterit eos repellere, vel admittere. Io. de Tur. cre. ſunt. c. ſuper. 14. q. 2.

DOMICILIVM.

DOmicilium alicuius eſt, vbi habet maiorem partem bono 1
rum ſuorum, & conuerſatur aſſidue, vel vbi vendit, emit & cõtrahit, & dies feſtos celebrat. Videtur quis habere duo domicilia, ſi in vtroq; æqualiter habitat, & commoratur. Non autem dicitur qui ibi habet beneficium, vel decimam, habere domicilium. Glo. in c. cum dilectus. de reſcript.

Domicilium de nouo contrahit, qui declarat animum ſuũ 2
ꝙ perpetuo velit ibi habitare. Secundo, ſi vendit omnia quæ alibi habet, & cum omnibus ſuis rebus ſe transfert ad certum locum,

locum, & ibi emit poſſeſſiones. In aliis autem arbitrabitur bonus Iudex. Abb. in c. ſignificauit. de paroch.

DOMINI TEMPORALES.

1 DOmini temporales negantes auxilium, & fauorem dare Inquiſitoribus, excommunicari, & priuari debent honore debito, & obedientia. vt c. ad abolendam. de hære. & c. vt commiſſi. eo tit. lib. 6. Vbi præcipitur poteſtatibus, & rectoribus ciuitatum, & locorum, vt ſibi relictos, & condemnatos de hæreſi, ſtatim recipiant animaduerſione puniendos, appellatione non obſtante. vt in cap. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6.

2 Procedere etiam poteſt Inquiſitor contra ipſos dominos temporales, ſeu eorum officiales condentes leges, & ſtatuta per quæ Inquiſitionis negotium directe, vel indirecte impediatur, ſeu quomodolibet retardetur. vt in cap. ſtatutum. de hære. lib. 6.

DOMVS HAERETICI.

1 DOmus in qua hæretici fuerunt adorati, vel recepti, vel manus aliis impoſuerunt, de quibus in c. filii. de hære. lib. 6. in duplici differentia conſiderantur. Et ſic, aut is cuius erat domus damnatur de hæreſi, aut non. ſi damnatur, tunc omnia eius bona, & ex conſequenti etiam domus ipſa veniũt confiſcanda. Si vero non damnatur de hæreſi, aut ipſe dominus domus ſciuit in ipſa ſua domo talia fieri, aut ignorauit. Si ignorauit, domus ſibi remanet illæſa, ſi vero ſciuit, vel ſcire debuit, tunc ipſa domus confiſcabitur, & confiſcata remanebit arbitrio Inquiſitoris, vel Epiſcopi deſtruẽda. C. de falſa. l. 1. §. Domus. per argumentum a minori, & c. cum ſecundum leges. de hære. li. 6.

2 Clarius tamẽ poteſt dici, ꝙ domus in qua inuentus fuerit hæreticus prædicare, vel in qua adorauit, vel manus impoſuit, eſt penitus deſtruenda ſine ſpe aliqua reædificationis, ẽt ſi eſſet altiſſima turris, niſi eſſet alicuius innocentis, & ignorantis tale crimen. Huius autem deſtructę domus materia ad fiſcum deuoluta, ſicut cætera bona eſt diuidenda, vt dictũ eſt, *Deſtruenda Domus.*

P 2 decon-

de confiſcatione bonorum hęretici.Ita dicitur in quadam cō ſtitutione Frederici quæ incipit.Patarenorum .§. Adiicimus & in quadam extrauag. Inno. quarti quæ incipit,Statuimus, quæ fuit poſtea approbata per Clementem quartum in alia conſtitutione quæ incipit,In conſtitutionibus. & vide alia iura quæ allegat Io. Calder. in directorio ſuo .c. 30. & ita ſeruat generalis conſuetudo officii Inquiſitionis.

Cæterum ſi in domo hæretici ſimilia non ſunt perpetrata, 3
tunc non deſtruitur, ſed ſolum cum aliis bonis confiſcatur. Vide Io. Calder. vbi ſupra. Hęc etiam per argumentum probantur, quia ſi fit in minori crimine, ſcilicet in falſæ monetæ delicto, multo igitur fortius in iſto. vt C. de falſ.mon.l. 1. .§. Domus & in alio. C. de his qui latrones.l. fin. iuncta. cū c. vergentis, & c. cum ſecundum leges. de hære. lib. 6. Vide etiam Hieronymum Gigantum in tractatu de crim. læſæ maie. q. 36. & 37. vbi diffuſe videbis declaratam talem materiam. Vide Zanchinum de hæret. c. 39.

DVBIVS IN FIDE.

Dubius in fide infidelis eſt,ſi firmat ſe in dubitatione,etiā 1
ꝙ ad partem oppoſitam magis declinet. Ratio eſt, quia fides omnimodam debet habere certitudinem, & nullam ſecum admittere dubitationē. c. Dubius. de hære. & ibi Abb. & Io. And. concor. Anan. in c. firmiter. de Sum.Tri.& fi.ca. ſecus eſt de eo qui dubitat, & dubitationi non aſſiſtit, ſed reſiſtit conformando ſe fidei Eccleſiæ, quia tunc meretur reſiſtendo. Primi enim motus non ſunt in poteſtate hominis,vnde & Apoſtolus Paulus 1. cor. 10. dicebat,Tentatio vos non apprehendat niſi humana. At ſe in illis firmare, vel non, bene eſt hominis, & hæc ſunt quæ pmio, vel pœna digna ſunt. vnde tex. in c. inter. de pen. di. 2.

Paratus corrigi. Et nota ꝙ nullus in fide dubius videtur paratus corrigi ab 2
Eccleſia,niſi ſit dubius ex ignorantia, quia dubius de articulo eſt dubius doctrina Eccleſiæ, ſi ſcit eam docere articulum, Sylueſt. in ver. Hæreſis. 1. §. 3. Alphonſus de Caſtro in cathalogo hæreticorum. lib. 1, c. 10.

ECCLESIA.

E.

ECCLESIA.

1 ECcleſia non poteſt errare in ſpectantibus ad fidem, & bonos mores, ſed in his ſemper verũ determinat, quia Chriſtus pro ea orauit, vt non deficeret eius fides. Et ſpiritus docet eã omnem veritatem, videlicet in neceſſariis ad ſalutem, vt ſunt fides, & mores. Et ſic intellige. 12.q.1.c. a recta. Et ſimiliter creditur pie, ꝙ errare non poſſit in canonizatione ſanctorum, quia ſancti proponuntur nobis, vt inuocemus eos in neceſſitatibus, & honor qui fit ſanctis eſt quædã fidei proteſtatio, qua ſanctorum gloriam credimus.

2 In aliis autem quæ non pertinent ad ſtatum vniuerſalem totius Eccleſiæ, ſed ad particularia facta particularium hominum, poteſt errare, vt in promotionibus ad dignitates, & beneficia. Et in iudiciis contra aliquas, & pro aliquibus perſonis, quia in his vtitur medio incerto, ſcilicet atteſtationibus hominum. vnde extra de ſent. excom. dicitur, ꝙ iudicium Eccleſiæ fallit, & fallitur, ſcilicet quo ad iſta. vide Diuum Tho. quol. 9. q. vltima.

In quibus errare poſſit Eccleſia.

3 Et nota ꝙ auctoritas vniuerſalis Eccleſię determinatiua eorum quæ ſunt fidei, principaliter reſidet in ſummo Pontifice, quod intellige, in quantum eſt Pontifex.. quia ſic, & non vt ſingularis perſona, gubernatur a Deo in his quæ ſunt fidei, ita ꝙ non poteſt determinare contra fidem. Nec vllus vmq̃ ſanctorum Doctorum huius determinationi ſe oppoſuit. Vnde Hieronymus ad Damaſum Papam, Hęc eſt fides (inquit) Papa Beatiſſime, quam in catholica didicimus Eccleſia, in qua ſi minus perite, aut parum caute aliquid poſitum eſt, emẽdari a te cupimus, qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Et hinc habes quantum cauere debeas a Panor. in c. ſignificaſti.

gnificaſti. de elect. volente ꝙ magis Doctoris q̃ Papæ ſenten tiæ, in his quæ ſunt fidei, ſtandum ſit. Vide S. Tho. ſec. ſec. q. 2. ar. 2. ad 3. Et ibi Tho. Caietanum.

EMANCIPATIO.

EMancipatio filiorum, uel ſubditorum per hæreticos facta 1
eſt nulla, etiam ſi poſtea uitium detegatur. c. Quicunq;. de hære. lib. 6. §. illorum autem. Et per Abb. in c. Abſolutos. de hære. Et nota ꝙ crimen hæreſis paternum, etiam anteq̃ per Eccleſiam ſit declaratum, liberat filium a patria poteſtate. in glo. hic. unde cum emancipatio nõ poſſit fieri niſi de eo qui eſt ſubiectus poteſtati emancipantis, pater qui eſt hæreticus, filium non poteſt emancipare. Si autem anteq̃ ſit lapſus ipſum emancipauit, ualet emancipatio, utpatet per Gemin. in di. c. quicunq;. Et facit in ſimili quod notatur. 6. q. 1. c. ſi quis cum militibus. Et vide Io. And. Sed quid de manumiſſione ſeruorum per hæreticos facta? Dic ꝙ non valet, quia poteſtatem non habent in illos, cum a die commiſſi criminis omnia ſint ipſo iure confiſcata, cap. cum ſecundum. de hære. lib. 6.

Filius a patria poteſtate liberatus.

ENORMITAS.

ENormitas delicti quandoq; cogit leges transgr̃edi, ſecun 1
dum Inno. in c. 1. de conſti. & voluit Bal. in l. Quid ergo. §. grauior. ff. de his qui not. infa. Marſil. in pract. §. diligenter. nu. 159. Et nota ꝙ propter enormitatem delicti poteſt procedi contra reum iuris ordine non ſeruato. Paris de Puteo in tract. de ſindic. vbi dicit, ꝙ aſſaſſinus propter enormitatem delicti poteſt puniri citra plenam ꝓbationem, ſed ſufficiunt probabilia argumenta. Item facit, nam aſſaſſinus ſi ſit clericus, poteſt puniri per iudicem laicum, ſecundum Lapum in c. 1. de homici. li. 6. quam opinionẽ refert, & ſequitur idem Paris qui ſupra. Nota tamen ꝙ oportet, ꝙ conſtet, de delicto. Nam non poteſt dici ꝙ in cauſa accuſationis, vel Inquiſitionis enormis criminis dicatur, ꝙ ſumus in delicto enormi, cum non conſtet, ꝙ reus accuſatus, vel inquiſitus cõmiſerit tale delictum, quia ſi hoc conſtaret, vlterius non accuſaretur,

Laicus quando poſſit clericum punire.

cuſaretur, vel inquireretur, ſed puniretur, Marſil. in pract. crim. .§. diligenter nu. 16. Nota etiam ꝙ propter enormitatem criminis reus poteſt ſpadachiari, & ſic ſpadachiatus duci ad mortem. Bal. in l. 1. C. Ne ex delicto defun. Pro quo facit tex. in l. Illuſtres. C. de mo. mul. *Spadachiatus.*

2 Nota etiam ꝙ in crimine enormi debent ſeruari ſolemnitates, quæ ſeruantur in alijs criminibus. Facit, nam in crimine lęſę maieſtatis, quod eſt enormiſſimum, indicia debẽt pręcedere torturam, ſicut in criminalibus non enormibus. Tex. eſt not. & ibi glo. & Bal. & Salic. in l. ſi quis. C. Ad l. iul. maie. Et ꝙ in enormibus liceat iura tranſgredi, intelligitur quãdo conſtat de crimine, & habet locum ſolũ in maioribus magiſtratibus, ſed ſecus eſt in minoribus, vt ſunt poteſtates, & iudices inferiores qui iurarunt ſeruare ſtatuta. Nam tales nõ poſſunt leges, ſtatuta, nec conſuetudines transgredi. Bal. in auten. Hodie. c. de iudi. quem refert, & ſequitur Iaſon. in .§. De malefici. in tit. de actio. Marſil. vbi ſupra. *Solemnitates ſeruari debẽt in crimine enormi.*

EPISCOPVS.

1 Episcopus, & Inquiſitor ſimul procedere poſſunt, & diuiſim etiam, niſi quo ad ardua, vt ad tormenta, & ſententiã, quia ſimul debent expedire. & de hoc eſt text. in Clem. pri. de hære. vbi ponuntur primo quinq;, quæ vnus ſine altero poteſt, & deinde tria quæ vterq; debet ſimul expedire. & vide Anan. ad hæc. in .§. fin. in c. excommunicamus. de hære.

2 Epiſcopus contra Inquiſitorem nõ poteſt procedere, ſicut nec Inquiſitor contra Epiſcopum, dicat Calder. quicquid velit, poſſet tamen ſe informare de negotio, & omnia ſummo Pontifici denunciare, ſicut & Inquiſitor qui non poteſt contra Epiſcopum procedere, ſed tantum cognoſcere, & negotium poſtea inſtructum ad ſummum Pontificem mittere, vt in c. Inquiſitores. de hære. li. 6. & ibi Io. Mona.

3 Epiſcopus ſine Inquiſitore, & hic ſine Epiſcopo procedere poteſt, ſi autem vterq; ſuper eodem facto procedat, alter alteri proceſſum oſtendere tenetur. c. per hoc. de hære. lib. 6.

4 Epiſcopus in procedẽdo contra hæreticos, modum Inquiſitoribus

ſitoribus a Sede Apoſtolica datum debet ſeruare, & ſibi non derogatur quin poſſit procedere,per hoc ꝙ a Sede Apoſtolica generaliter in ſua diœceſi ſunt deputati aliqui hæreticæ prauitatis Inquiſitores, c. Per hoc. de hære. li. 6.

Deponendus Epiſcopus.

Epiſcopus negligens in extirpandis hæreticis ſuę diœceſis,ab Epiſcopali officio debet deponi, c. excommunicamus el pri. de hære..§. vlt.Et tenetur ſaltem ſemel in anno per ſe, vel per alios idoneos viſitare vicinias ſuæ parochiæ, & inueſtigare de hæreticis, ſi ſit fama aliquos hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos ibidem eſſe.di.c.excõmunicamus .§. adijcimus. 5

Delegatus cõmittere uices ſuas quãdo nõ poſſit cui voluerit.

Epiſcopi, vel capituli ſede vacante delegatus non poteſt ſuper crimine hæreſis vices ſuas committere alteri ab Inquiſitore. Facit l. a iudice. C. de iudi. & quod habetur. in c. cum cauſa. de appel. ſed bene poteſt conſentire, ꝙ Inquiſitor procedat. vt optime dicit glo. in ver. conſenſum. In Clem. 1. de hære. quam vide, & bene conſidera. 6

Nota ꝙ Vicarius Epiſcopi, vel capituli ſede vacante non habet poteſtatem procedendi in crimine hæreſis, quia requiritur ſpeciale mandatum, Io. de Imo. in Clem. 1. de hære. Et vide Zaba. ſuper. di.Clem. .§.duro. quæſito. 12. ſi tamen Epiſcopus dedit Vicarium generalem, & in mandato expreſſit aliquid de his quæ requirunt ſpeciale mandatum, & ſequitur clauſula generalis, videlicet, & omnia alia quæ nos poſſumus, etiam ſi mandatum ſpeciale exigerent, tunc poteſtatem habet. vt habetur. in glo. fin. c. 2. de off. deleg. li. 6.

Epiſcopatus quando diuiditur.

Inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & Epiſcopum hæreticum reuerſum receptum ex diſpẽſatione Epiſcopatus,diuiditur modo hic expreſſo. & hoc capitulum hodie continet ius. Abb. in c. ſi Epiſcopus. de Paroch. Glo. tenet oppoſitum huius vltimi. vide ibi. 7

EXCEPTIO.

EXceptio eſt intentionis, vel actoris excluſio,ortum habẽs ſecundum aliquos in Paradiſo. Adam excepit dicens, mulier quam mihi dediſti, &c. Melius ortum habet a natura, qua omnia ſe defendunt. Abb. in rubr. de except. 1

2 Excipiens,

2 Excipiens non auditur poſt terminum datum a Iudice ad- dilatorias proponendas, niſi pars fuerit conteſtata in termino. Vide Abb. in in c. Paſtoralis. de except.

3 . Exceptiones quæ probatæ non iuuant, non admittuntur. ſi reus inſtat, Iudex debet admittere pro quanto de iure valere poſſunt, & non aliter, ne detur materia appellandi. Glo. in c. cum contingit. de off. deleg. quando ſunt admittendæ, quando tenetur reſpondere in iudicio, quando non. Abb. in rubr. de except.

Adde collecta per Lucer. in ver. exceptio, & vide quando exceptiones ſint admittendæ, vel reiiciendæ, & obſerua ꝙ exceptiones criminum fiunt contra accuſatorem, quandoq; cõtra inſtrumenta, vel alias probationes, nonnumq̃ vero contra teſtes. de quibus vide Gondi. in rubr. quomodo cognoſ. de malefic. per exceptionem ꝑ tot. Verum quia in hoc ſacro negotio illæ tantummodo exceptiones admittuntur, quibus aut falſitas, aut capitalis inimicitia teſtibus obiicitur, non opus eſt vt omnium exceptionum ſpecies nũc euocemus, cũ ex praticis criminaliſtis quilibet ex ſe talia colligere poſſit. vide itaq; pract. papieñ. in for. reſp. rei conuen. ver. iuſiurandi. nu. 1. & ver. in termino ſibi aſſignato, & in ver. exceptionem litis. Et Foller. in pract. in 2. par. 2. in rubr. audiantur exceptiones propon. ꝑ eos. Lancil. cont. in proem. pręt. tit. de exceptio. & Iodoc. in ſua pract. c. 7. per totum. Et vide Spec. li. 3. par. 1. tit. de criminibus in modum exceptionis. *Contra quos fiãt exceptiones.*

4 Excipiens non videtur confiteri quæ continentur in exceptione. Abb. in c. cum venerabilis. de except. cętera de hac materia, vide ibi.

EXCOMMVNICATI.

1 EXcommunicati, vel interdicti ab Inquiſitore non poſſunt abſolui ab ordinario, neq; ab alio ſine mandato ſummi Pontificis, præterq̃ in mortis articulo. Per c. Paſtoralis. de off. ord. vbi dicit text. ꝙ cum delegatus ſit maior ordinario, excommunicatus a tali delegato non poteſt per alium abſolui ſine mandato Summi Pontificis, præterq̃ in mortis articu *Ab Inquiſitore excõmunicatus a qua poſſit abſolui.*

Q lo, inqui-

lo, inquiſitor autem eſt delegatus, vt in c. Per hoc, de hære. lib. 6. Facit ad hoc Feli. in c. excommunicamus. 1. de hære. ibi. excommunicatione notatis. Hoc etiam habetur ſpecialiter in literis Alex. 4. quæ incipiunt. Ad capiẽdas vulpeculas.

2 Excommunicatus ex quacunq; cauſa etiam ciuili, ſi per annum ipſe eam ſupportauerit, tamq̃ de hæreſi quoquomodo ſuſpectum poteſt cõtra illum inquiri. Arelat. in tract. ſuo de hæreticis. not. 41. Excommunicatus autem pro cauſa fidei ſi talem excommunicationem per annum ſuſtinuerit, vt hæreticus puniri debet. in c. cum contumacia, & c. vt Inquiſitionis. de hære. li. 6. c. excommunicamus. de hære. Et per Doctores in locis præallegatis. Quilibet enim talis eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, quia excommunicatio in cauſa fidei indifferenter ſuſpitionem adiicit vehementem. Quia ſi excommunicati in non cauſa fidei ſi per annum ſteterint in excommunicatione, poſſunt citari per Inquiſitorem tamq̃ de fide leuiter ſuſpecti de fide reſponſuri, vt ſciant, an in luce ambulent, vel in tenebris, quia videntur de ſacramentis eccleſiæ male ſentire, vt dicit Hoſt. in ſumma, c. de hære. §. qualiter deprehendantur, Nonne plus longe excommunicati in fidei cauſa, & contumaces etiam anteq̃ annus tranſeat ſuſpecti ſunt vehementer? præſertim cum ſi annus tranſierit, non leuiter, nec vehementer, ſed violenter ſuſpecti ſint habendi, quia ſicut leuis in vehementem, ſic vehemens in violentam ſuſpicionem per contumaciam tranſit. vt Io. And. in c. cum contumacia. de hære. lib. 6.

Per annũ excõmunicatus poteſt citari p inquiſitorem.

Vehemẽs in violentã ſuſpicionem trãſit.

3 Excommunicati ſunt omnes hæretici, fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum. c. excommunicamus. §. credentes. de hęre. Fautores enim (vt infra dicetur) receptatores, & defenſores ſunt excommunicati, & ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi. Nam ſi excommunicationem per annum ſuſtinuerint, ſunt violenter ſuſpecti, & vt hæretici condemnãdi. Violẽta enim ſuſpicio (vt diximus) oritur ex vehemẽti, vt dicit Io. And. in c. cũ cõtumacia, & directoriũ antiquũ. Ibi. qs dicatur vehementer ſuſpectus, de hære. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

4 Excommunicati

4 Excommunicati participes,& ſocii criminis,in cauſa fidei in teſtimonium admittuntur,præſertim in defectum aliarum probationum contra hæreticos, & eorum defenſores, fautores, & credentes, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium,tam perſonarum reum deponentium q̃ eorum cõtra quos deponunt, qualitate, ac aliis circonſtantiis ſic teſtificantes falſa non dicere præſumatur. C. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. *Socũ criminũ admittũtur cõtra hæreticos.*

5 Quid autem ſi non eſt præſumptio,ꝙ dicti teſtes dicant verum, ſed dubitatur, an ſint admittendi? dic ꝙ non. Nam per præſumptionem magis acceditur ad vnum q̃ ad aliud, vt falſum, vel verum, per dubitationem vero non, titubans enim, ſecundum Gemin. hic dicitur,qui non magis mentem applicat ad iſtud. q̃ ad illud. Quærit Gemin. penes quem debet eſſe iſta præſumptio. & reſpondet,ꝙ penes Inquiſitorem cuius arbitrio diſcerni debet. caueat tamẽ ne in pœnam cadat Clem. 1. eo. tit. & in decret. 1. de re iudi. lib. 6. *Titubans quis dicatur.*

6 Nota in ver. in defectũ probationum aliarum. Hinc habes hmõi teſtes,ſcilicet excommunicatos, &c. non eſſe teſtes integros, nec indicium facientes ad torturam, quinimo forte dicta eorum deberent eſſe cum tortura, ad hoc vt valerent, vt infra dicemus in ver. Teſtes. Hinc etiam habetur,ꝙ fauore fidei multa conceduntur cõtra iura cõmunia,Hæc Gemi. *Teſtes nõ integri.*

EXCVSATIO.

1 EXcuſatio allegans impedimentum neceſſarium,valet. Nã ſi citatus alleget impedimentum infirmitatis,carceris,vel longiſſimę abſentię,ita vt nullam citationis notitiam habere potuerit, & afferat ſe probaturum impedimentum, & Iudex ſurdas aures prębeat procedendo ad vlteriora,proceſſus erit nullus, & reſcindetur medio reſtitutionis in integrum. *Excuſans quãdo auditur.*

2 Item vocatus excuſatur,quia Iudex eſt excommunicatus, vel incompetens, vel accuſator infamis, aut excommunicatus, vel aliter illegitimus,excuſans auditur cum mandato. Vide Maria. car. 10. col. 2. & 3. Bar. in l.quæſitum .ff. de re iudi. & ibi Docto. Boſſium in pract. ti. an criminal. iudi. qui

EXPECTARE.

1 EXpectare alter alterũ tenetur ꝑ octo dierũ ſpaciũ Epũs & Inquiſitor poſt requiſitionẽ factã, vt in ipſa Clemen. 1. §. duro. qui terminus currere incipit a tẽpore, ſeu a die requiſitionis, vt ꝑ D. Zab. ibi. & elicitur ex textu in verbis illis, poſt q̃ ſe requiſiuerint. Facit ad hoc glo. in c. 1. de except. li. 6. in ver. octo dierum, & in verb. computato. & in Clemen. 1. de decimis. Et ſufficit ſemel requirere etiam abſq; explicatione termini, qui ipſo iure ſtatim currit, vt ibi dicit glo. pro quo vide Card. in eodem loco. q. 18. & 20. Vbi dicit ꝙ ſufficit ſi hæc requiſitio per nuncium, aut per epiſtolam fiat. Quod ſi
1 infra dictum terminum alter alterius copiam, vel per literas conſenſum, aut conſilium habere non potuit, ſolus ille procedet qui requiſiuit, & expectauit. Ita dicit ibi Card. cum Io. de Imola, tunc enim vniuerſa huius officii poteſtas in Inquiſitore conſolidatur, vt dicit Panor. in c. cum cauſa. de off. de leg. Idem fiat per eundem Card. & Imol. ſi alter eſt in partibus remotis a loco vbi proceditur, vt per glo. in ſimili. de ſepult. c. fin. in ver. cõmode. ratione, inquit, incommoditatis id permittitur, quod alias non permitteretur. Et adducit alienationem rerum Eccleſiæ, quæ cauſa incommoditatis fit. Ille vero dicitur eſſe in remotis, qui adeo diſtat, vt vnam aut duas dietas excedat, per gloſſam in c. cum nullus. §. Epiſcopo autem. in ver. remotis. de temp. ord. & de reſcriptis c. Nonnulli, & ſtatutum lib. 6. Addiditq; putare iudici arbitrarium eſſe, decernere quis locus dicatur remotus. Si autẽ nec Epiſcopi, nec eius Vicarij copia haberi poteſt, capitulum requirendum non eſt ſede non vacante, vt per Io. de Imol. in di. clemen. Et ſi aliter fieri non poterit, ſufficit requiſitionem iſtam facere ad domum Epiſcopi, aut eius Vicarii, vt dicere videtur glo. in clemen. vnica de for. comp. §. volumus. in ver. diœceſanis, cum ſuis cõcordantiis. Si vero conueniunt ambo quo ad locum, ſed diſcrepant, quia vnus vult inquiſitum torqueri, alter vero non vult. dic cum Zabar. vbi ſupra, ꝙ ſi id ex iuris ignorantia procedit, peritos conſulat, ſi vero ex diuerſitate

In remotis quis dicetur eſſe.

Sede vacante capitulum nõ requiritur.

ſitate proceſſuum ab illis ſeiunctim contra eundem formato
rum contingit, examinent numerum, & qualitatem teſtium
per c. in noſtra præſentia. de teſtibus. Vide Car. in eo. tract.
nu. 77. & 78. & 86. Boſſ. de hæret. nu. 12. Archiep. Floren.
3. parte. tit. 18. c. 2. §. 1. Item in Clem.

EXPENSAE.

EXpenſas a delatis exigere poteſt Inquiſitor, nō autem Epi 1
ſcopus, neq; ex hæreticorum bonis aliquid habere, vt pa-
tet per extrauag. Benedicti vndecimi, ſic incipientem. Ex eo
ꝙ quædam Nouella.

EXTRAHI DE ECCLESIA.

EXtrahi de eccleſia quis licet non debeat, ſi tamē deliquit 1
extra eccleſiam, & aufugit in eccleſiam, adeo ꝙ officiales
eum inſequentes illum capere non potuerunt, poterit extra-
hi de eccleſia per dictos officiales, & hoc per tex. in auden.
de manda. princip. §. ſed neq;. Vide Marſil. in pract. crim.
§. vlterius num. 5.

F.

FACTVM.

FActum ſine errore in intellectu non facit proprie 1
hæreticum, vtputa ſi quis fornicaretur, licet agat
contra veritatem quę dicit nō mœchandum eſſe,
non tamen ex hoc eſt hæreticus, niſi crederet, aut
opinaretur eſſe licitum mœchari. Et ratio eſt, quia quando-
cumq; aliquod neceſſarium requiritur ad conſtitutionem ali
cuius, altero deficiente impoſſibile eſt illud eſſe. quia, da op-
poſitum, videlicet ꝙ ſine illo eſſe poſſet, iam nō requireretur
neceſſario ad conſtitutionem illius, ſed ad hoc ꝙ aliquis pro
prie dicatur hæreticus (vt infra in ver. hæreticus dicetur) re
quiritur neceſſario error in intellectu, ergo nullum factum
(abſolute accipiendo) ſine errore in intellectu facit hęreticū.

FALSVM.

FAlſi quæſtio vbi inciderit, Iudex poteſt in eadem inſtan- 1
tia punire. Archid. in c. In memoriam, di. 19. Anchar. in
conſ.

conſ. 172. circa prin. & Anan. in rubr. de crim. falſi. Moder ni poſt Alex. in conſilijs. in rubr. .ff. ad l. cornel. de falſis. Cętera de hac materia vide infra in ver, Teſtis & Boſſiũ in pract. tit. de falſis per totum.

2 Falſarius in iudicio regulariter non perdit cauſam, licet ꝓ dat in cauſa fiſcali ſi producit inſtrumentum falſum, quando debet, vel non debet iudicari, ſecundum illud. Abb. in c. cum venerabilis. de except.

3 Falſum deponens aduerſus aliquem debet puniri eadem pœna, qua puniendus erat denunciatus. l. Cornelius. §. qui delatorem. vbi Barthol. .ff. de falſ. tradit. Salic. in l. ea quidẽ in fin. 12. quæſtionis. Vide allega. per Boſſ. in di. tit. de denuncia. num. 15.

Quæ quidem pœna erit capitalis, cum eadem denunciatus puniendus veniret, quoniam quãdo teſtis deponit falſum contra aliquem in cauſa capitali, eadẽ pœna puniendus erit, qua accuſatus, ſeu denunciatus. l. pri. §. præterea. vbi Marſil. late .ff. ad .l. Cornel. de ſicar. & per eundem Marſil. in l. pœna. l. Corneliæ in pri. .ff. ad .l. Cornel. de falſ. ſed hodie de conſuetudine eſt arbitraria. Boſſ. in tit. de recuſ. nu. 17.

FAMA.

1 Fama eſt quædam opinio communis, voce manifeſtata, ex quadam ſuſpicione proueniens. Dicitur autem communis, ad differentiam ſingularis, per quam fama non inducitur vt l. Quidam. §. quod dicitur .ff. de acc. hære. Et l. Labeo. ff. de ſuple. la. Subiungitur autẽ, voce manifeſtata, quod ideo dicitur, q̃a fama dicitur a fãdo ſecũdũ Vgutionẽ, vnde niſi voce cõmuni ſit expreſſa, nõ erit fama, & apparet ꝙ cõmunis opinio, & communis ęſtimatio, & fama ſunt idem quando procedunt ab eodem fonte. Deinde ſubiungitur, ex ſuſpicione proueniens, quod ideo dicitur, quia actus manifeſti qui procedũt a viſu appellantur notorii, vel manifeſti, nec ſtant in ꝓprio nomine famę, vt not. in l. ciues, & in l. Incolę, C. de appel. *Communis opinio, & fama,*

2 In quo autem loco debeat eſſe fama, nota ꝙ aut allegatur fama hominis, & debet eſſe in loco ſuæ originis, vt .l. De minore

nore .§.tormenta .ff. de quæſtioni. & ibi plene de hac materia per Bar. vel ſaltem in loco in quo vt plurimum conuerſatur, vt in l. 2. & quod ibi not. c. vbi cri. agi. opor. Facit l. ſi cui .§. pen. .ff. accu. vel ſecundum eum ſufficit eſſe inter perſonas, inter quas melius cadere poſſet hæc fama nõ attento loco. Si autem contentio eſt ſuper ea, ſufficit famam eſſe inter parentes, & affines, ſcilicet ſuper morte alicuius. Argumẽtum eorum quæ not. in l.cum quidam .§. quod dicitur .ff. ad aqui. hæ. & l. octaui .ff. vnde cog. & l. de tutela. C. de in integr.reſti. Et hæc fama conſiſtit in maiori parte eorũ ad quos ſpectat, non attento, & determinato numero perſonarum. arg. in l. quod maior .ff. admuni. & in l. aliud .§. refertur .ff. de iur. fiſ. videlicet in maiori parte vicinię ſi in vicinia, villę ſi in villa, ciuitatis ſi in ciuitate. Quãdo vero fama ſit vehemẽs aut grauis, vel leuis, nota pulchram doctrinam Panorm. in c. Inquiſitionis. de accuſati. .§. quæſiuiſti. num. 6. vbi ponderans dictum gloſſæ fin. dicit, ꝙ facti, & perſonarum qualitas attendenda eſt. Nam ſi factum graue eſt, & perſona magni prȩcij, vt eiuſdem terminis vtar, fama requiritur aut totius, aut maioris partis ciuitatis. Quod ſi factum anguſtum, & reſtrictum ad certos homines eſt, qui veriſimiliter id ſcire debeant, maior pars illorum ſufficit ad inducendam famam, vt ſi epiſcopus cum ſuis canonicis degens, de fornicatione diffamatus eſt, ſufficienter talis infamia probatur per maiorẽ partem illorum canonicorum. Si factum eſt paruum, & perſona humilis, maior pars viciniæ ſufficit. Quod dicit non eſſe intelligendum, vt maior pars indiſtincte requiratur, computãdo etiam mulieres, & pueros, ſed ſufficit vt maior pars proborum iuxta verba literæ illius cap. accipiatur.

Fama vbi.

Fama ad quos ſpectat.

Nota etiam ex eodem ibidem nu. 4. ꝙ duo teſtes ſufficiũt ad probandum famam, ſeu infamiam apud bonos, & graues viros exiſtentem, idq; confirmat per Goff. & Io. And. & per not. per glo. in l. 3. .ff. de teſti. quam glo. pleriq; etiam moderni ſequuntur.

A quibus autem perſonis debeat fama originem trahere, 3 dic ꝙ

dic ꝙ a perſonis honeſtis,& fide dignis,non ab opprobrioſis, & maleuolis, ac vitioſis. vt plene traditur in c. Qualiter, & quando. de accu. & ibi plene per Inno. & Io. And. in cap. licet Heli, de ſimo.

In negotio autem fidei non refert, vtrum fama mala ortũ habuerit, ab æmulis, vel amicis, vt eſt tex. in c. accedens. de purg. can. ſufficit enim ꝙ ſint publice diffamati,ad hoc ꝙ eis purgatio canonica indicatur. Nota tamen,ꝙ quando eſt multum præiudicialis debet conſtare, ꝙ nata ſit a viris prouidis, & diſcretis, & non ſuſpectis, Io. And. & Inno. in cap. cum oporteat. de accuſ. *Diffamatio ubicũ q; oria.*

4 Per quot autem teſtes probetur fama. glo. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. dicit ꝙ duo teſtes ſufficiunt, dum tamen recte concludant, ſecundum formam ibi traditam per glo. reddendo ſufficientem rationem ſui teſtimonii per proprium auditum. Ad hoc vide glo. in c. Itaq; 4. q. 3. & Inno. in c. cum tua. de ſponſ. & glo. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quęſtio. Abb. in c. cũ tua. *Famæ probatio.*

5 An autẽ teſtis debeat nominare perſonas a quibus dicit ſe audiuiſſe, vel ſufficiat, ſi dicat ꝙ nõ recordetur, prout ſæpe dicũt teſtes. Dicit Inno. vbi ſupra, ꝙ debet ſpecialiter aliquas ꝑſonas nominare, & deinde ſubiungere, ſe a pluribus aliis hoc audiuiſſe, de quorum nominibus ad præſens non recordatur. Cuius ratio eſt, quia cum fama originem trahere debeat ab honeſtis perſonis, neceſſe eſt, vt primo aliquæ nominentur, quæ videantur honeſtæ an ſint, vel ne. quam opinionem etiã ſequitur Bar. vbi ſupra. Et ſi forte in expreſſione perſonarũ eſſet diuerſitas inter teſtes, vel in tempore, vel in loco, in quo audierunt, & a quibus, non per hoc vitaretur eorum teſtimonium, arg. in l. ob. carmen. §. fin. ff. de teſti.

6 Famæ autem effectus quis, & qualis ſit, relictis variarum opinionum ambagibus ſic diſtingue ſecundum. Bar. Quædã ſunt in quibus ſufficit ſic eſſe famam, & tunc fama facit in his plenam probationem. vt in l. Barbarius. ff. de præto. l. 1. C. de teſt. & in l. arbiter. C. de ſent. & in l. 3. c. ad maie. Quæ- *Famæ effectus.*

R dam

dam ſunt in quibus requiritur veritatem ſic eſſe,& in hoc diſtingue. Nam quædam ſunt in quibus fama habetur pro veritate,& tunc ſufficit probatio famæ. vt in l. 1..§. 1..ff. de flu. & in l. labeo .ff. de ſup. leg. & l. cum delanionis .§. aſinã. ff. de fun. inſt. & inſtr. le. Quædam ſunt in quibus ipſa fama nõ

Fama nuda. habetur pro veritate,& tunc aut hæc fama probatur ex nuda voce populi non coadiuuata iuſtis præſumptionibus, & tunc valet ſolum confirmare alias probationes,vt in di..§. eiuſdẽ cum glo. ſua. quia talis fama poteſt dici vana vox populi, vt l. decurionum. C. de pe. Aut fama probatur, & fundatur ſuper iuſtis cauſis, & præſumptionibus, & tunc in cauſis breuioribus, & minimis facit plenam probationem, vt in auct. Niſi breuiores. C. de ſen. ex peri. reci. & intelligi debet glo. in l. vbi adhuc. C. de iu. do. cum ſi. In cauſis autem grauibus, & maioribus regulariter non facit plenam probationem, licet quandoq; transferatur onus probandi in aduerſarium, puta ſi fama conſtituit aliquem in poſſeſſionem alicuius ſeruitutis, vel libertatis, vel alterius qualitatis,vt in l. ſi pater.c. de ſtat. defun. & l. 1..§. ſi ſeruus. C. ſi ſeruus contra.li. ad dec. li. 10.

Sed an talis fama ſemiplenã probationẽ faciat,vel nõ,multum attendi debet quæ, & quales ſint præſumptiones illę ſuper quibus fundatur fama,vt ſecundum eas dicatur fama plenior, vel debilior,& facere quandoq; ſemiplenam probationem, & ita intelligi debet glo. & Dyn. in di. l. excuſantur.§. 1..ff. de excu. tut. & cur. & di. l. 3..§. eiuſdem. per quæ poteſt intelligi, an fama ſit ſufficiens indicium ad torturam, de quo dic. vt not. per Gandinum in tit. de fama, & infra in ver. Indicium.

Fama p̄cedit inq̄ſitionem. Fama pręcedere debet inquiſitionem, alias non tenęt proceſſus. Oldr. in conſ. 213. vel indicia loco famæ, vt ſupradictum eſt, imo fama quæ probatur habuiſſe originem poſt capturã nõ probat,quia opus eſt ꝙ appareat a quibus, & a quo tempore iſta fama habuit originem. Petrus de Anchar. in conſ. 214. 8

Fama bona vbi probatur per vnam partem, & mala per aliam 9

aliam partem. ſi quidem vna eſt melior circunſtantia q̃ alia, & per multas cauſas veriſimiliores illa præualet. C. de edic. D. Adria. l. fin. Si autem non conſtet de cauſis infamiæ, præ ſumitur pro bona fama, & non pro mala. Abb. in c. cum tua. de ſponſ. Alex. in conſ. 24. 2. vol. *Veriſimilior præualet.*

Famoſo malefactori denegandus eſt aduocatus. l. per omnes. C. de defen. ciui. Barba. in conſ. 47. pri. vol. *Aduocatus quando denegandus.*

FAMVLI.

1 Famuli nobilium pro dominis ſuis teſtificari poſſunt, quia præſumuntur nobiles habere famulos honeſtos, ſecus autem de famulis cerdonum, & plebeorum. Inno. in c. Inſinuante. de off. deleg. & Barba. in conſ. 3. pri. vol.

FAVTORES.

1 Fautores hæreticorum ſunt in duplici differentia. Quidã namq; ſunt qui publica funguntur auctoritate, vt domini temporales, & officiales, & tales poſſunt eſſe fautores hæreticorum duobus modis, ſcilicet omittendo, & committẽdo. Omittendo quidem ea facere circa hæreticos, vel ſuſpectos, infamatos, credentes, receptatores, defenſores, & fautores ad quæ ex eorum officio obligantur, quando tamen ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, vel eorum altero requiruntur; vtpote ſi eos non capiant, vel captos diligenter non cuſtodiant, vel infra diſtrictum ſuum ad locum de quo eis mandabitur non deducant, aut executionem promptam de eis non faciant, & ſimilia, vt patet in c. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6. *Omittendo.*

2 Committendo autem, vtpote ſi captos huiuſmodi abſq; Epiſcopi, vel Inquiſitoris licentia, vel mandato a carcere liberant, vel proceſſum, vel iudicium, aut ipſorum ſententiam directe, vel indirecte impediant, & ſimilia peragant. vt in di. c. vt Inquiſitionis. patet. Iſti omnes fautores ſunt, & excommunicati ipſo iure. In qua excommunicatione ſi per annum ſteterint animo pertinaci, tunc vt hæretici condemnari debent. vt in alleg. c. continetur. *Committendo.* *Per annum excommunicari.*

3 Quidam autem ſunt qui publica non funguntur auctoritate, ſed ſunt priuatæ perſonæ, & iſti non dicuntur fauere,

R 2 nec

Hæreticos capere qui nō tenentur.

nec fautores ex ſola omiſſione. Vnde ſi hęreticos nō capiant, non dicuntur fautores, etiam ab Epiſcopo, vel Inquiſitore requiſiti, quia ad hæc non tenentur, niſi ſint ex Cruceſignatis. Dicuntur autem tales fauere, vel fautores ex commiſſione, ſi hæreticos, vel captos pro hæreſi, propria temeritate a carcere liberent, vel auxilium, vel fauorem ad liberandum præſtent, vel taliter liberatos aſſocient ne capiantur, vel capere eos volentibus ſe opponant, uel proceſſum, iudicium, uel ſententiam in cauſa fidei directe, uel indirecte impediant, uel ad impediendum præſtent conſilium, auxilium, uel fauorē, & omnes tales fautores ſunt excommunicati ipſo iure. Vnum tamen aduerte quod dicit Petrus de Anchar. in c. Quicumq;. de hære. lib. 6. Vnum iuxta prædicta ſcias (ait ipſe Petrus) ꝙ quando proceditur contra aliquē ex eo ꝙ pręſtitit opē, uel aliquod auxiliū ad aliquod maleficiū, oportet ꝙ prius cōſtet de maleficio principali, & oportet ꝙ cōſtet in proceſſu qui fit cōtra auxiliātē. Licet enim principaliter ſit cōtumax, uel alio modo conſtet de maleficio cōtra eum, tamen hoc non nocet auxilianti, ut l. denunciaſſe. §. quæ iure. ff. de adult. Hoc not. Bar. in l. is qui. ff. de furt. Ex quo inferas ꝙ in caſu huius c. in proceſſu fiendo contra credentes, & ſimiles de quibus in textu, oportebit facere fidem, ꝙ ille cui fauiſſe dicuntur ſit hęreticus, ut concludat Inquiſitio, uel proceſſus contra tales. Vide etiam Petrum de Palude in 4. ſent. & Arch. in c. Quicūq; de hære. lib. 6.

De principali maleficio cōſtare debet.

Præces fundere pro eis. Adde exemplificando de aduoca- 4
tis, & procuratoribus, qui hæreticorum patrocinium ſuſcipiunt. Nam & ipſi fautores dici poſſunt, ſi ſcientes ipſos eſſe hæreticos, ab eorum fauore nō deſiſtunt excuſando eos. de quibus habetur. 2. q. 3. c. Non ſolum. & in c. Ita corporis. ubi damnātur duo Epiſcopi qui Lotharium Regem argumentis ſuis tegere, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt. Vide Gemin. in c. Quicunq;. eo. lib. 6. Idem intellige de his qui allegationibus, & cauillis proceſſum retardare ſtudent.

Proceſſū tardare ſtudētes.

iſti

Iſti quidem, & fautores hæreticorum, & impeditores officij dici poſſunt. per c. vt inquiſitionis .§. negotium, vt etiam habes a directo. p. 2. q. 54.

Adde, & bene conſidera Gondiſ. de hære. q. 16. num. 3. videlicet ꝙ & ſi regulariter liceat veniam, ſeu miſericordiam pro reo implorare vt l. Si fuerit. ff. de reb. dubi. & .l. in metallum, & l. Diuus .ff. de pœnis & Bart. in l. in furti .§. ope. ff. de furtis. in foro tamen conſcientiæ tunc præſertim illicitum eſt, quādo de correctione nulla ſpes habetur, & tunc, inquit qui pro hæretico orat, illi proprie fauet. Adducit glo. 23. q. 5. reos. Imo addit, ꝙ etiam ſi de correctione ſpes viuit, non licet generaliter in crimine hæreſis, ſicut nec licet in crimine læſæ maieſtatis humanę. vt l. quiſquis c. ad leg. iul. maie. cū longe grauius ſit ęternam, q̄ temporalem ledere maieſtatem de hære. c. vergentis, ad quod facit glo. 6. q. 1. Si quis cum militibus. De fauore autem extra iudicium hæreticis præſtito, vide ibi in fin. adducit glo. in Clem. 1. de pœnis. & in c. 1. de off. deleg. & in c. notum 2. q. 1. Et per Inno. de homi. ſicut dignum, & Bart. in di. .§. ope. & per Salyc. in l. non eo minus, cap. de accuſa.

Pro hæretico orare non licet.

5 Fautor eſt etiam qui ad requiſitionem Inquiſitoris non reuelat hæreticos, credentes, fautores, &c. Et vt iam diximus, qui tales aſſociant, viſitant, præſtant auxilium ad fugiendum opere, vel verbo, fundentes pro eis preces ne puniantur. Intellige tamen prædicta, quando ſcienter faciunt qui omnes. ſunt excommunicati per c. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6. Et vide Tabien. in ver. excommunicatum. 5. caſu. 4. .§. 8. Et Armil. in ver. fautores, & excommunicatio 9. & Gemin. in c. Quicunq;. de hære. li. 6. Vide Zanchinum in c. 5.

Non reuellās hæreticos.

6 Nota pœnas duodecim quas tales incurrunt, vt patet in c. excōmunicamus. el pri. de hære. Et c. vt Inquiſitionis. eo tit. li. 6. inter quas eſt excommunicatio (vt dictum eſt) in qua ſi per annum ſteterint animo pertinaci, tunc vt hæretici condemnandi erunt. Concordat Archid. in c. Quicunq; in ver. fautores. de hære. li. 6. Et Guido Falcodij q. 10.

Nota

Sacerdotes, vel clerici fauentes.

Nota etiam ꝙ ſacerdotes, & clerici qui citatos ab Inquiſitoribus hæreticos, vel ſuſpectos inſtruunt de celanda, vel negenda veritate, tamq̃ fautores hæreticorum debent puniri. c.accuſatus. de hære. lib. 6. 7

Verba iocoſe contra fidem prolata.

Nota etiam contra fautores, ꝙ verba contra fidem nõ modo ſerioſe, ſed etiam iocoſe prolata, tamq̃ ſerioſe ea proferentes caſtigandi ſunt, Lapus, & Cardinalis in Clem. vni. de vſuris, & 17. di. c. Non licuit, & c. Hæc eſt fides. 24.q. 1. Augebitur autem pœna ſecundum perſonæ, loci, & Auditorum conditiones. 8

FEVDATARII.

Feudatarij hęreticorum liberantur a debito fidelitatis dominij, & totius obſequij quo tenebantur verſus illos. vt in c. fin. de hære. 1

FIDEIVSSOR.

Fideiuſſor in crimine hæreſis nemo interuenire poteſt, qa non poteſt quis ex contractu ad capitalem pœnam ſe obligare, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. vt in l. liber homo. ff. ad legẽ aquil. & 23. q. 1. c. Non licet, & Abb. in rubr. de fideiuſſ. in tantum ꝙ non valet fideiuſſio de præſentando aliquem ſub pœna corporali, ut not. Bar. in l. 3. ff. de cuſto. reo. & Cyn. in l. ad comentarien. C. eo. Dicas tamen, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, quia tunc ualet cõſuetudo, ut dicit glo. in c. cum homo, hęc Angel. in tract. de malefi. clau. pro quibus Ant. fideiuſſit. in prin. 1

Conſuetudo in contrarium.

An autem ſi quis fideiubeat pro aliquo, & ille fugiat, fideiuſſor debeat puniri, & decapitari, dic ꝙ non. per notata ꝑ Cyn. in di. l. ad comentarien. & Bar. in l. ſi quis. ff. de cuſto. reo. confir. Abb. in di. rubr. de fideiuſ. vbi diſtinguit vtrum fideiuſſor fuerit in dolo ꝙ aufugeret, & tunc pœna erit arbitraria, ſi autem extra dolum, punietur pœna pecuniaria, ad quam ſe obligauit, & ſi non fuit expreſſa quantitas, Iudex arbitrabitur, Hæc Abb. vbi ſupra, & ibi Barba. 2

Pœna fideiuſſoris.

FIDES.

1 FIdei, ſpei, & charitatis præceptis quomodo homo ſubdatur. vide ſupra in verbo. Credibilia.

2 Fides mala deprehenditur per verba, quando ſcilicet aliquis quomodolibet profert aliqua verba contra fidem catholicam. di. 43. c. ſit rector. 93. di. c. legimus. 5. q. 4. c. in loco Calder. in conſ. 2. tit. de hære.

FILII HAERETICORVM.

1 FIlii hæreticorum, credentium, receptatorum, defenſorū, & fautorum ipſorum triplici pœna puniuntur, vt infra.

Prima eſt, quia priuantur ſucceſſione paterna per ademptionem bonorum, quæ fiſco applicantur, vt C. ad l. iul. maie. l. Quisquis, & l. fin. & eſt pœna incurrentium crimen læſæ maieſtatis temporalis, vnde multo fortius in hoc maximo crimine, vt in cap. vergentis. de hære. & cap. vt Inquiſitionis eo. lib. 6.

2 Secunda eſt, quia fiunt inhabiles ad ſuccedendum ex teſtamento, vel ab inteſtato quibuſcumq; aliis conſanguineis, vel extraneis. vt C. ad l. iul. maie. l. Quisquis, & 24. q. 2. c. ſane. & c. vergentis. de hære. *Bonorū adēptor.*

3 Tertia pœna eſt, quia fiunt inhabiles ad aliquod beneficiū eccleſiaſticum, vel etiam publicum officium obtinendum. c. 2. de hære.. §. hæretici. & c. ſtatutum. eo. tit. lib. 6. Aliæ autem pœnæ quæ imponuntur hæreticis non imponuntur eorū filiis, quia filius non portabit iniquitatem patris. 24. q. 3. c. 1. *Inhabilitas ad officia.*

4 Filijs autem eorum qui redeunt, & recipiuntur ad miſericordiam quantumcunq; fuerint hæritici, vel etiam filijs eorū qui fuerunt ſuſpecti, & deceſserunt indita eis purgatione, vel etiam non indita, quia quantum ad hoc, omnes iſti paribus paſſibus ambulant, non imponitur pœna adēptionis bonorū. *Redeuntium filij non puniuntur.*

5 Et nota, ꝙ filij hæreticorum, credentium &c. vſq; ad ſecundam generationem per lineam paternam, & vſq; ad primam per lineam maternam non debent admitti (vt iam dictū eſt) ad beneficium aliquod eccleſiaſticum, vel officium publicum & non vltra. vt c. ſtatutum, de hære. lib. 6. Et ſimiliter ꝙ dictū

eſt de

eſt de filijs, & nepotibus eorum, intelligitur eorum qui tales eſſe, vel etiam tales deceſſiſſe probantur, non autem de emendatis, & Eccleſiæ incorporatis. in eodem c. ſtatutum. An autẽ filij nati ante crimen patris, ſi ſunt catholici pœnam hanc incurrant, Io. Cald. in conſ. 3. de hære. dicit ꝙ non. Gemin. autem in c. vt commiſſi. tenet oppoſitum.

Filij hæreticorum relapſorum in fine pænitentium, & cõuerſorum hac pœna non puniuntur ſecundum Gemin. in c. ſtatutum 2. de hære. li. 6. Primo, quia hæreticus ad fidem reuerſus non debet dici hæreticus quantum ad hoc, ꝙ ſibi non parcitur quo ad vitam corporalem. c. ſuper eo. de hære. li. 6. tamen debet reputari hæreticus quo ad alios effectus. Vnde tex. in c. ad abolendam dicit, ꝙ relapſi tradantur curiæ ſeculari, nec determinat ꝙ aliæ pœnæ quæ ponuntur ratione hæreſis, habeant locum in eo caſu. Ex quo igitur ius antiquũ diſponit, ꝙ rediens ad fidem non reputatur hæreticus, & ius nouum, ꝙ etiam rediens relapſus tradatur curię ſeculari, intelligitur expreſſe de pœna de qua loquitur, vt ſic ius antiquum remaneat in totũ quo ad alios effectus. Facit, quia ex quo talibus conceditur euchariſtia, & pænitentia, iam ſunt de corpore Eccleſiæ. 1. q. 1. c. extra catholicam, & c. Inter catholicam. Item quia benigna interpretatio eſt fauenda pro filijs qui puniuntur pro crimine alieno. c. de natu. li. 50. legem. Ad idem videtur c. ſtatutum 2. §. ſane. de hære. li. 6. cum nec tales eſſe, nec tales etiam deceſſiſſe probentur. 6

Hæreticus ad fidem reuerſus nõ dicitur, hæreticus.

In contrarium videtur per di. c. ſtatutum, quod duo requirit, ꝙ emendentur ſcilicet, & reincorporentur. Relapſi autem non reincorporãtur, ſed ſine audientia ſeculari curię puniendi relinquuntur. c. ad abolendam. eo. tit. §. Illos quoq; Item id quod dicitur in di. c. ſtatutum, de pænitentia, non practicatur in illis. ergo de eis non loquitur. 7

Itẽ decret. ſuper eo. prouidet tantũ ſaluti animæ, nõ autem quieti corporis. vnde putat Io. An. ipſos nõ poſſe dici incorporatos. glo. 1. ver. reincorpor. c. ſtatutũ, & ꝙ ẽt eorũ cineres nõ poſſint ſepeliri. Prima mitior opinio, verior ſecũda videtur.

Incorporati qui ſint.

8 Et primo

8 Et primo ſic diſtingue. Aut pœnæ illę iniunctę erant tales, q̃ poſſent per alium explicari, vel expiari, cum ſumptu tamẽ. Aut erant tales q̃ mere perſonales, & non poterant etiam cũ ſumptu per alium expiari. Primo caſu, vtputa eccleſiam fabricare, dotare virgines, & ſimilia, tunc is cui talia erant iniũcta, ſi anteq̃ ſatisfaciat, & decedat, filij, & hæredes ipſius habebunt id oneris de facultatibus defuncti adimplere obligationem ad quam ipſe tenebatur. Et idem dicunt quidam in quibuſdam perſonalibus, quæ poſſunt etiam per alium expiari, ſicut eſt ieiunare, & orare. Nam ieiunare cognatorum, & orare ſanctorum liberant animas defunctorum, vt 26. q. 7. c. ab inferis. At vbi tales pænitentiæ eſſent mere perſonales, taliter q̃ non poſſent per alium expiari, vt audire ſingulis diebus tot miſſas, vel prædicationes, vel abiurare, & ſimilia, tales pænitentiæ non tranſeunt ad filios, neq; ad hæredes, imo ſeruantur purgatorio. Nam mortuis eſt indulgendum, non iniungendum. 26. q. 2. c. 1. Et pœna debet tenere ſuos auctores. C. de pœnis. l. ſancimus.

Pœnæ p ſe, uel p alium expiari quæ poſſint.

9 Propter delictum matris etiam pœna tranſit in filios quo ad bona ipſius matris, ſcilicet ſi mater ipſa damnetur de hæreſi, bona ipſius confiſcabuntur ſicut bona patris. Nam licet in iure pœnæ apponantur hæreticis in maſculino, non habita expreſſa mentione de feminino ſexu, tamen idem erit in femininis, vt paribus paſſibus ambulent, & paribus pœnis puniantur propter hæreſim & in ſe, & in filijs, quoad ademptionem bonorum, & in impoſitionibus harũ pœnarum maſculinum profertur a lege, comprehenditq; femininum. vt in c. ſi quis. de pœnis. de pęn. di. 1. & .ff. de iuriſdi. l. ſi quid. Et notatur q̃ filij propter crimen matris puniuntur prima pœna, non autem ſecunda, ſcilicet non fiunt inhabiles ad ſuccedendum quibuſcunque perſonis. licęt ipſa glo. indiſtincte videatur pariſicare in omnibus pœnis deſcendentibus in filios propter delictum patris, & matris, ſed male dicit; quia textus ille nulla facta matris mentione, tantũ afficit illa pœna laborantes morbo paterno, & nos non debemus

Matris delictum quid filijs noceat.

Maſculinum comprehendit femininum.

S pœnam

pœnam odioſam extendere, ut .ff. de lib. & poſt. l. cum qui-
dam .& .C. odia ſunt, de reg. iur. lib. 6. maxime quia utro-
biq; nulla eſt identitas rationis, cum magis timeatur in filiis
vitium patris, q̃ matris. Dicitur enim ꝙ ſępe filius ſolet eſſe
ſimilis patri, vt .ff. de edi. ledi. l. ꝙ ſi nolit .§. municipes. Et
c. ubi pridem. de renuntiatio. & hoc habetur expreſſe per
caſum, quia vbicunque filiis imponitur pœna ex delicto pa-
rentum, ſemper intelligitur de linea paterna, & non mater-
na, niſi expreſſe de linea materna dicatur, ut cap. ubicunque
de pœnis. lib. 6.

Tertia uero pœna, per quam filii hæreticorum fiunt inha- 10
biles ad obtinendum beneficium eccleſiaſticum, vel officium
publicum, differentiam patitur, vt in c. ſtatutum. de hęre.
lib. 6. Quia vbi filii puniuntur ex delicto patris, magis ex-
tenditur pœna, videlicet in ſecundam, & tertiam genera-
tionem. In his uero caſibus quibus pœna tranſit in filios ex
delicto matris, pœna non tranſit ultra primum gradum filio-
rum, vt in d. cap. ſtatutum. clarum eſt.

Pœna ex patris uel matris delicto.

Et cum hæreticorum filii tam propinquorum q̃ extraneo 11
rum hæreditate excludãtur, propinquorum erit eorũ quibus
ab inteſtato talis hæreditas eueniet de iure. Extraneorum
vero hæreditas erit fiſci, quia indignos hęredes ſibi tales ſub
ſtituerunt .ff. de inoffi. re. l. Papinianus .§. meminiſſe .C. de
his quibus ut indig. l. hęreticis.

Fiſci noua hæreditas.

Illegitimis hęreticorum filijs in paterna hæreditate locus 12
nullus relinquitur, alioquin reſultaret abſurditas, uidelicet
ꝙ plus iuris haberet luxuria q̃ caſtitas, quod eſſe non debet,
vt in auđen. de reſti. & ea quæ par. in 11. menſe. Et ſi quæ-
ratur quomodo oſtendetur hunc fuiſſe filium hæretici, cum
ſit illegitimus, nec poſsit oſtendi per matrimonium, dic ꝙ
ſufficit, ꝙ ille hæreticus vocabat hunc filium, & tractabat vt
filium, prout not. de fil. presb. c. Michael, & de prob. c. per
tuas, uide Vgol. Zanchinum de hære. c. 28.

Filij nomen quid operetur.

Et nota ꝙ non ſolum contra filios hæreticorum, uerum 13
contra hæreticos ipſos iam defunctos habet Inquiſitor quid
faciat

faciat non obſtante ꝙ crimina morte extinguntur quo ad temporales pœnas. vt 23. di. c. quorundam, & 26. q. 7. c. 1. Et c. ſi reus vel accuſator. l. 1. & 2. Quia tamen eſt ſpeciale in crimine hæreſis, mortuus poteſt accuſari, & contra eum in quiri. vt 24. q. 2. c. ſane. & .C. de hære .l. Manichęos. extra eod. tit. c. ſi quis Epiſcopus. & eo. c. filii. lib. 6. quod intellige de defuncto vere hæretico, ita ꝙ bona eius veniant confiſcanda, ſecus de ſuſpecto, uel pænitente.

14 Volens autem Inquiſitor, vel Epiſcopus procedere contra huiuſmodi, faciet eius hæredes citari ad defendendum reum, cũ ipſius hæredis interſit pro conſeruanda fama, & memoria defuncti, pro bonis quæ ueniunt illi auferenda. item ex alia cauſa intereſt hæredis, ubi ipſe hæres eſſet filius defuncti; quia ipſe filius ad quaſdam pœnas pro patre tenetur. vt dictum eſt ſupra. *Hæretici defuncti hæredes citari quã do debẽt.*

15 Filiis etiam quandoq; ſic, quandoq; non auferuntur bona defuncti, unde non eſt mirum ſi diximus hæredem debere citari, cum ſententia illum tangat. per l. propter .ff. de re iudi. & l. de unoquoque. in fin. & c. per tuas. de Apoſta.

FISCVS.

1 FIſcus quantum ad bona hæreticorum quis ſit, uel dicatur, dic quod quomodocunque in propria ſignificatione intelligatur fiſcus, pro ut not. glo. de iure fiſci. ſub rubrica lib. 10. non hic curandum, quia hic aliter reperitur, & ſecularis poteſtas non ſe intromittit niſi per eccleſiaſticum iudicem requiſita, vt in c. vt Inquiſitionis. de hære. & c. cum ſecundum. eo. lib. 6. etſi olim bona hæreticorum diuiderentur in tres partes, quarum unam communi eius ciuitatis in qua rei damnabantur, ſecundam officialibus, & miniſtris prętoris, tertiam autem officio Inquiſitionis dabant. ut patet per conſtitutionem Clementis quinti.

Hodie dicunt domini Inquiſitores talem conſuetudinem abrogatam, aſſeruntque Romanam Eccleſiam eſſe fiſcũ quantum ad iſta bona, & ꝙ ipſa Romana Eccleſia uult ꝙ dimidia pars dictorũ bonorum remaneat officio Inquiſitionis,

& dimidia pars dictorum bonorum aſsignetur Cameræ Apoſtolicæ. Conſuetudo tamen diuerſa ſecundum locorum diuerſitatem reperitur, uerum tutius, ac celerius res agitur ſi fiat ſicut apud nos Placentiæ eſt cõſuetudo, ſcilicet in duas partes diuidere, dando unam fiſco principis, qui benigniſsime brachium ſuum ſancto officio confert, alteram dicto officio pro eius conſeruatione applicando, & hoc modo talium bonorum facilius habetur poſſeſsio. Et quia quandoque in fraudem fiſci præfati officii ab hæreticis fiunt obligationes, ſeu alienationes, poſſunt, & debent Inquiſitores ſeu Epiſcopi tales contractus reſcindere, ac penitus annullare, & res alienatas a poſſeſſoribus reuocare, quia a die commiſsi criminis bona ipſorum hæreticorum ipſo iure fuerunt confiſcata, & delata in fiſcum, & ex tunc fuit ſibi a iure omnis adminiſtratio interdicta, & ſic alienatio, & obligatio. Hoc enim dicitur in crimine læſæ maieſtatis. ut C. ad l. iul. maie. l. Quiſquis. §. emancipatio, & . §. damnationis, & l. fin. multo ergo fortius in hoc immaniſſimo crimine, vt c. vergentis. de hære. & eo. c. cum ſecundum. lib. 6. & ibi vide Petrum de Anchar. Quamuis incorporatio in fiſcum demum fiat poſt ſententiam Inquiſitoris, per quam damnat illum de hæreſi, & declarat ipſa bona confiſcata fuiſſe. vt. ff. de iure fiſci. l. Imperator noſter. & iſta incorporatio ſeu executio confiſcationis (ut dictum eſt ſupra) fit per Iudicem Eccleſiaſticum, ideſt, per Epiſcopum, vel Inquiſitorem, uel etiam per Iudicẽ ſecularem, ſi ad hoc per Epiſcopum, uel Inquiſitorem fuerit requiſitus, & non aliter. Et cum igitur a die commiſsi criminis bona fuerint confiſcata, & ei fuerit adminiſtratio a iure interdicta, non eſt mirum ſi facta per illum ſuper diſpoſitione bonorum ſuorum poſt commiſſum crimen, & interdictam adminiſtrationem non teneant, & ueniant retractanda, ita ꝗ etiam emptores talium bonorum precio priuentur ſecundum Archid. ubi ſupra, licet benignius ſecundũ Dyn. poſſit dici & ſic. Quia aut extat precium dictorum bonorũ, vel aliud loco precii. aut non, ſed eſt conſumptum. Si eſt conſumptum,

Placẽtiæ conſuetudo.

Reſcindũtur hæreticorũ cõtractus.

Incorporatio bonorum fiſco quãdo fiat.

ſumptum,nō reſtituetur. & hoc caſu pōt intelligi Anch.Si uero adhuc extat,tūc bonæ fidei emptori reſtituetur,& nō alii, vt.ff.de his qui infra.l.ſi debitor,&.l.ſi quādo. Quādo autem hæreticorū bona ſunt cōfiſcāda, & ſunt ſub diuerſis dominijs vide diffuſe Petrū de Anchar.in c.cū ſecundū, de hære. lib.6.

Hæretici mortui bona.

2 Adde ſuper præſcriptionibus bonorum hęretici poſt mortem inuenti,ſic diſtinguenda. Ille de cuius bonis quæritur, vel reputabatur catholicus tempore mortis ſuæ,vel non. ſi reputabatur catholicus, eius ſucceſſores vniuerſales, & ſingulares iuris, & rei præſcribunt vniuerſa bona defuncti ſpacio quadraginta annorum, ſi tamen ſint catholici, & iuſtum titulum habeant,ſcilicet per legitimam ſucceſſionem, vel per emptionem iuſtam. Adde & tertiam, ꝙ bonam fidem habeant, & quod diutinam, & nōinterruptam poſſeſſionem habuerint per totum tempus quadraginta annorum.

Quadragenalis p̄ſcriptio nō habet locum.

3 In ſecundo vero caſu,quando defunctus de cuius bonis agitur,modo hęreticus deceſſiſſet,nō reputabatur catholicus tempore mortis ſuæ, dicitur, ꝙ ſi cetera præmiſſa concurrāt, quadragenalis tamen pręſcriptio non habet locum,quia illa pręſcriptio demum permittitur,ubi defunctus reputabatur catholicus tempore mortis ſuæ. Ergo vbi non reputabatur catholicus inhibetur, iuxta illud. Quod de uno permittitur,de ceteris prohibetur, vt.ff.de iudic.l.cum prętor, & c.Nonne. de præſump. vnde ſi quadragenalis non uindicat ſibi locum,neque centenaria locum habebit,quia a tempore commiſſi criminis bona fuerunt delata in fiſcum, ut ſupradictum eſt. Melius tamen videtur, ac verius dicere, ꝙ licet bona huius hæretici fuerint delata in fiſcum a die commiſſi criminis, quia tamen publicata non fuit ſententia ſuper huiuſmodi confiſcatione, centenaria habebit locum,ut.C.de ſacroſan.Eccl.l.authen. quas actiones,& c.2.de pręſcrip.lib.6.

FORNICATIO.

1 Fornicationem negans eſſe peccatum hæreticus dicitur, in clem.3.de hære.& ibi glo.vide Squilaceñ.de fi.ca.poſt Zenzi.Matth.& Ioan.de Imola.

FORVM

FORVM.

FOrum quis ſortitur quinque modis. Primo ratione delicti, ſecundo ratione contractus, tertio ratione domicilii, quarto ratione rei ſitæ in loco de qua contenditur, quinto ratione comitatus patriæ, &' ſupremæ poteſtatis, Abb. in d.c. licet el ſecundo de for.comp. 1

Ratione delicti forum quis ſortitur.

Et nota ꝙ forum quis ſortitur ratione cuiuslibet delicti, vbi quis deliquit excommunicari poteſt ſi ibi reperiatur, capi, & puniri ſecundum eius demerita per Iudicem loci delicti. Si ſententia eſt corporis afflictiua, illam exequitur iudex loci delicti, qui habet plenam iuriſdictionem, & punit ſecundum ſtatuta ſua, quia ratione delicti efficitur ſubditus ſuus. Abb.ib c.de illis de rapt.

Forum Eccleſiaſticum ſortitur mulier cum clerico delinquens, quia cõmittit ſacrilegium, c. eos.di.32.& in c. virginibus. 28. q. 1. 2

FRATER.

FRater in teſtem non admittitur in criminalibus, niſi in cauſa hæreſis.Bal.in l. Parentes.de teſti.neq; in ciuili ardua, ibi. Et Barb.in conſ.44. 2. uol. admittitur autem q̃nq;, ut in c.literas. de præſump. Abb. in c.inſinuãte.de offi.deleg. 1

Fratrum nomine intelliguntur carnales, non autem religionis. Abb.in c. licet. de offi.deleg. 2

FVRIOSVS.

FVrioſus non poteſt aliquo caſu pro ſe ſtare in iudicio, & ſententia lata contra eum non valet. Abb. in c. paſtoralis. de iudi. 1

Profeſſio inualida.

Furioſus non poteſt aliquo caſu obligare ſe Deo, & benefaciendo non præſumitur ſanæ mentis. Si enim profiteretur Religionem aliquam, & poſt certificaretur de profeſſione, nõ ſufficit ratihabitio, ſed requiritur, ꝙ ſpontanea volũtate profeſſionẽ fecerit ſana mente redeunte. Abb. in c.ſicut tenor.de Regular. 2

1 Fuga quandoque eſt culpabilis ipſi reo, ſeu delato, quandoq; non. Quando enim Inquiſitori accuſatur, uel denunciatur quis ꝙ eſt pollutus hæretica prauitate, & ipſe non eſt præſens in loco ubi eſt Inquiſitor, eſt tamen in alio loco domiciliatus infra terminos iuriſdictionis Inquiſitoris, talis dicitur abſens, & non fugitiuus. Et tunc recepta prius aliquali informatione poterit citari, vt in Directorio noſtro f. 217. *Abſens quis ſit.*

2 Quando vero delatus exiuit totam iuriſdictionem Inquiſitoris, & iuit ad alias partes nõ ut fugitiuus, ſed ex aliis certis cauſis ignorans Inquiſitori ſe fuiſſe delatum, tunc Inquiſitor procedat ad ſe informandum, teſtes examinando, ſecrete taliter ꝙ ad prædicti delati notitiã, ſi culpabilis exiſtit ꝙ inquiratur contra eum, non perueniat, informetq; ſe Inquiſitor, an dictus delatus ſit reuerſurus vel non. Etſi venturus eſt, expectet eum etiam per annum, vel plus ſi oportuerit, & tunc procedat prout iuſtitia ſuadebit. Si autem reuerſurus non eſt, ſed domicilium mutauit, poterit requirere Inquiſitorem, vel diœceſanum, cuius iuriſdictioni ſubeſſe audiuit, locum ad quem reus ſe tranſtulit, recepta prius informatione contra illum, quatenus ipſe reus mittatur ſibi, vel poterit præfato Inquiſitori, vel diœceſano mittere proceſſum, ut faciat ille, quod fuerit iure faciendum.

3 Quando vero delatus de hæreſi, antequam incarceretur, fugam capiat, poterit Inquiſitor diligenter inquirere vbi ſit, & facere ipſum capi, aduocato ad hoc ſi opus fuerit brachio curiæ ſæcularis, vt in c. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6.

4 Si autem reperitur fugiſſe extra diœceſim, & iuriſdictionem ſuam, Inquiſitor poterit procedere contra illum, iuxta c. vt commiſſi. de hære. lib. 6. requirendo diœceſanum, vel Inquiſitorem illarum partium ad quas præfatus delatus fugit, vt ſupra de alio dictũ eſt. De eo autem qui e carceribus fugit, vide ſupra in verbo. Carcer.

5 Nota etiam ꝙ fuga cum aliquo indicio, ſcilicet publica voce, & fama, facit indicium ad torturam. Angel. de maleſi. clau. fama publica.

GENTILIS

G

GENTILIS.

Gentilis dicitur, qui ſic eſt qualis eſt genitus, ſicut eſt omnis infidelis, qui non eſt regeneratus. Abb. in c. Nouit ille de iudic. 1

GRATIA.

Gratia conceſſa non expirat morte cōcedentis, & re integra, quia priuilegii efficaciam ſuſcepit. ideo ad priuilegiati notitiam ſufficit, ut ueniat. Abb. in c. Gratum, de offic. deleg. Vide etiam in ver. Inquiſitor. nu. 29. 1

Gratiæ tēpus. Gratiæ tempus eſt aſſignandum ab Inquiſitore, ideſt terminus, infra quem qui ſe reos nouerint, quo mitius ſecum agatur, coram ipſo Inquiſitore comparere debeant, & hoc in ſermone, & edicto generali. Vide Directorium noſtrum fol. 187. 2

Gratiam facere an poſſit Inquiſitor ſuper bonis, dic. Si damnat hæreticum, eo ꝙ non redijt infra tempus gratiæ, ꝙ non poteſt facere gratiam illi, quia pœna ademptionis bonorum a Iure damnatis de hæreſi eſt inflicta, ideo non poteſt per Iudicem remitti, quia determinata a iure non relinquitur arbitrio iudicis. At vbi inquiſitus, vel accuſatus redijt ad miſericordiam ante ſententiam, tunc Inquiſitor poteſt, ſi uult, gratiam facere ſuper bonis. vt in c. vergentis. de hære. Imo hodie de neceſſitate quodammodo habet Epiſcopus, & Inquiſitor redeūtibus facere gratiam, & dimittere eis bona ſua, quia ex quo recipiuntur ad miſericordiā, non ſunt eis bona auferenda, vt habeāt vnde viuant. vt c. Accuſatus. de hære. lib. 6. 3

Si autem Inquiſitor non poteſt, aut non vult facere gratiam, filii ipſius damnati non poterunt impedire confiſcationem, vel ademptionem bonorum in toto, vel in parte. imo quantuncunque ipſi ſint catholici, ab eis bona paterna auferuntur, ut iam ſupradictum eſt, vt in c. vergentis. de hære, Et eo. c. cum ſecundum leges. lib. 6. Et habetur expreſſe 4

in

in quadam conſtitutione Frederici Imp. quæ incipit, Gazarē nos. Et in alia quæ incipit, commiſſi. Et ſunt approbatá in c. Accuſatus, & in c. vt Inquiſitionis. de hære. li. 6. Fallit tamen in duobus caſibus. Primus quorum eſt, quando ipſi filij ſponte reuelaſſent delictum patris, vt C. ad l. iul. maie. l. quis quis, & habe͂tur in di. conſtitutione Frederici quæ incipit, Commiſſi. §. certum. Secundus caſus eſt, quando ipſi filij poſſediſſent bona ipſa per quadraginta annos, vt ſupra in ver. Filij. ſatis dictum eſt.

H.

HAERESIS.

1 HAEreſis nomen eſt grçcum, & ſecundum Iſidorum in li. pri. ethimol. diuiſionem importat, vnde hę retica diuiſiua ſonant. Et quia in electione fit diuiſio vnius ab altero, electio prohæreſis in pri. ethicorum dicitur. Diuiſio autem conuenit parti per receſſū a toto. Prima autem congregatio quæ eſt in hominibus, eſt per viam cognitionis, quia ex hac omnes aliæ oriuntur, vt & hæreſis conſiſtit in ſingulari opinione prçter communem opinionem. Vnde & philoſophi qui quaſdam poſitiones habebant prçter communem opinionem, & ſententiam aliorum, ſectas, & hæreſes conſtituebant. Vnde de ratione hæreſis videtur eſſe, ꝙ aliquis priuatam diſciplinam ſequatur, quaſi ꝑ electionem propriam, non autem diſciplinam publicam, quç diuinitus traditur. His bene conſideratis videtur nobis ſic cū domino Iohanne de Turre cremata, & nonnullis alijs Doctoribus hçreſim ſub ſua generalitate diffiniēdo dicere, quod hæreſis ſit opinio, vel aſſertio falſa, ſiue falſum dogma catholicæ veritati contrariū, in eo qui chriſtianā fidē profeſſus eſt. *Hæreſis quid ſit.* *Hæreſis diffinitio.*

Huius diffinitionis conuenientia tam ratione, q̄ auctoritate patet. Et primo auctoritate Aug. contra Fauſtum dicētis, Hçreſis eſt, quæ diuerſa opinatur ab his, quæ catholica credit Eccleſia. Secūdo auctoritate Hieronymi, & eſt in c. Inter

T hçreſim

hæreſim 24. q. 3. qui dicit, Hæreſis peruerſum dogma habet ideſt falſum,& pernicioſum in doctrina religionis chriſtianę. Tertio auctoritate glo. 2. cor. 3. dicentis, Fides eſt cogitare aliquid de credibilibus cũ aſſertione recta,& ꝑ oppoſitũ, hęreſis eſt cogitare aliquid de credibilibus cũ aſſertione nõ recta.

Fides ſecundum glo. quid ſit.

2 Ratione vero oſtenditur præfatæ diffinitionis conuenientia, quoniam in ea continentur omnia quæ ſunt tam de ſubſtantia hæreſis, q̃ ea in quibus diſtinguitur ab aliis aſſertionibus falſis. Dicitur namq; ꝙ hæreſis ſit aſſertio, ſiue opinio, ſiue dogma falſum. Hoc ponitur loco generis. Nam omnis hæreſis eſt aſſertio falſa, ſed non e conuerſo. teſte Augu. in enchyr. In multis (inquit) errare nullum, aut minimum eſt peccatum, &c. Et errare potero, hæreticus non ero. Notanter autem dicitur, aſſertio falſa, ſiue dogma falſum,& non factũ, quia peruerſum factum non eſt hæreſis, nec facit hæreticum vt ſic, verbi gratia, ſi quis furatur, ſi quis adulteretur, agit cõtra veritatem ſcripturæ dicentis. Non furaberis, non mœchaberis. Ex tali enim facto non efficitur quis hęreticus, efficeretur autem ſi pertinaciter aſſereret furtum, vel adulterium nõ eſſe peccatum, quia ſic ſentiret contra catholicam veritatẽ. Sequitur, catholicæ veritati contrarium, in quo tangitur materia, circa quam eſt hęreſis, quia circa ea quæ ad catholicã veritatem pertinent. Veritas autem catholica principaliter articulus fidei dicitur,& quodcũq; in canone Biblię aſſertiue poſitũ, vel ꝑ Apoſtolos Chriſti nobis ex eius inſtitutione, vel inſtinctu Spiritus ſancti traditũ, vel per vniuerſalem determinationẽ,& approbationẽ Eccleſiæ,& generaliũ Conciliorũ.

Peccatũ dicere nõ peccatũ eſt hæreſis.

Materia hæreſis.

Differt autem per hanc differentiam dogma, ſeu aſſertio hæretica ab aliis dogmatibus falſis, quæ non formaliter, nec incompoſſibiliter repugnant catholicæ veritati.

3 Additur autem, In eo qui chriſtianam fidem profeſſus eſt, loco vltimæ differentię. Per hoc enim hæreſis differt ab aliis ſpeciebus infidelitatis, videlicet a falſis gentium, paganorũ,& iudæorũ dogmatibus, quę & ſi ſint contraria fidei orthodoxæ, non tamen proprie dicuntur hæreſes, quia hæreſis eſt

Hæreſis, ab infidelitate quomodo differat.

ſpecies

ſpecies infidelitatis pertinens ad eos qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogma corrumpunt. Pro cuius pleniori cognitione notandum eſt cum Diuo Thoma 2. 2. q. 11. art. 1. ꝙ nomen hæreſis electionem importat, electio autem eſt eorum quæ ſunt ad finem, præſuppoſito fine. In credendis autem uoluntas aſſentit uero, tamq̃ proprio bono, vnde quod eſt principale verum habet rationem vltimi finis, quæ autem ſunt ſecundaria, habent rationem eorum quæ ſunt ad finem. Quia uero quicunque credit, alicuius dicto aſſentit, principale videtur eſſe, & quaſi finis in vnaquaque credulitate, ille cuius dicto aſſentitur, quaſi autem ſecundaria ſunt ea quæ quis tenendo videtur alicui aſſentire. Sic ergo qui recte fidem Chriſtianam habet, ſua voluntate aſſentit Chriſto in his quæ vere ad ſuam doctrinam pertinent. A rectitudine ergo fidei Chriſtianæ dupliciter aliquis poteſt deuiare. Vno modo habens malam voluntatem circa finem ipſum, & propter hoc non uult obedire ipſi Chriſto, quod pertinet ad infidelitatem Iudæorum, & Paganorum. Alio modo per hoc ꝙ intendit quidem Chriſto aſſentire, ſed deficit in eligendo ea quibus Chriſto aſſentiat, quia eligit ea quæ non ſunt vere a Chriſto tradita, ſed ea quæ propria mens ſuggerit, & ideo bene dictum eſt, ꝙ hæreſis ſit ſpecies infidelitatis pertinens ad eos, qui Chriſti fidem profitentur. Hinc beatus Auguſtinus in lib. de Paſtoribus c. 16. dicit, ꝙ omnes hæretici a Chriſto exierunt. & ſuper Math. Homilia 11. ait. Quid eſt ignem de cœlo deſcendere, niſi hæreſes de Eccleſia cadere? ſicut ſcriptum eſt, ex nobis exierunt, ſed nõ erãt ex nobis.

Malam voluntatem habens circa finem, & circa ea quæ ſunt ad finem.

4 Et nota propter tacitas obiectiones, ꝙ hæreſis non ideo dicitur noua, ꝙ de nouo incipiat eſſe, ideſt diuiſa a communi doctrina catholicæ fidei, ſed quia nouiter eſt ab aliquibus aſſerta, vnde propoſitio contraria catholicæ fidei, non dicitur noua hæreſis ex parte ſui ipſius, ita quod inceperit eſſe quod prius non erat, ſed ex parte aſſertoris, ſiue defenſoris, quia ſcilicet aſſertores, vel defenſores nouos cepit habere.

Noua hæreſis quæ & qualis ſit.

INSVPER nota, quod quemadmodum quantum ad

ea quę ad fidem pertinet Romanus Pontifex, nec tota Eccleſia Dei poteſt de aſſertione non vera facere veram, aut de non falſa falſam, ita de aſſertione non catholica non poteſt facere catholicam, nec de aſſertione non hæretica facere hæreticam, nec e conuerſo, quia ſicut veritates catholicæ abſq; omni approbatione Eccleſiæ ex natura rei ſunt immutabiles, & immutabiliter verę, ita immutabiliter catholicæ ſunt reputandæ, & ſimiliter hæreſes abſque omni damnatione Eccleſiæ ſunt hæreſes Verum quia de aliquibus aſſertionibus ꝙ ſint contrariæ catholicæ doctrinæ, & per conſequens hæreticæ, non eſt ſemper notum, aliquando enim ſuper hoc diſceptationes etiam inter magnos viros oriuntur, ſicut inter Auguſtinum, & Hieronymum ſuper ceſſatione legaliũ contingit, ſic bene declaratis omnibus declaratio harum difficultatum pertinet ad Romanum Pontificem, ad quem talium dubiorum ſpectat determinatio, vt in c. Quoties. & c. Hęc eſt fides. 24. q. 1. & ita Papa diffinit & determinat an aſſertio ſit catholica, an hæretica, & non facit catholicam, vel hæreticam, quia id dependet a natura ipſius propoſitionis, iuxta illud Ariſtotelis. Ab eo ꝙ res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa, pri. Perihermenias. Io. de Tur. Cremata in lib. de Eccl. lib. 4. c. 2.

De catholica non catholicã nõ poteſt facere Eccleſia

Determinatio difficultatum Eccleſiaſticarum ad Papã pertinet.

Hæreſis differt ab infidelitate, & a ſchiſmate, & a ſecta. 5
Sed nota ꝙ quia aſſertio falſa contraria fidei Chriſtianæ quãdoque reperitur nominata hæreſis, quandoq; ſecta, quandoque ſuperſtitio, nota ex ſancto Bonauentura in 4. ſent. 13. di. ꝙ hæreſis differt a ſchiſmate, quia altera, ſcilicet hęreſis eſt contra fidẽ, altera ſcilicet ſchiſma eſt cõtra vinculũ charitatis, ſecta autem eſt contra fidem ratione adinuentionis, ſuperſtitio vero eſt ſuperflua inſtitutio. Ratione adhæſionis dicitur hæreſis, ratione defenſionis dicitur ſecta, vel hæreſis ab eligendo ſecta a ſequendo, ſuperſtitio a ſuperſtando. Vnde hæreſis dicit præſumptionem, & deliberationem, falſique adinuentionem. Secta ſuperaddit imitationem, ſuperſtitio diuturnitatis inueterationem, ſicut ſenes ſuperſtites delirare dicun-

Hæreſis Schiſma Secta. Superſtitio.

dicuntur, ſic & hæretici, & ideo hæreſis dicitur ſuperſtitio quia vetuſtati, & ſuperſtiti concordat. Proprie autem ſuperſtitio a ſuperſtando dicitur. Nam ſicut in fide intellectus captiuatur, ita etiã errore inflatur, & eleuatur. Hęc S. Bonauẽtura vbi ſupra.

6 Et quoniam dicitur 1. Cor. 10. ꝙ oportet hæreſes eſſe, cũ de aliis peccatis non dicatur ꝙ neceſſe ſit illa eſſe. Nota ꝙ neceſſitas talis non intelligitur de neceſſitate abſoluta, videlicet ꝙ non poſſit aliter fieri, neque ꝙ ſit expediens, ſed tertio modo, videlicet ꝙ ſit vtile. Deus namque cum ſit ſumme bonus, hæreſes, & mala, atque peruerſa dogmata eſſe non permitteret, niſi in noſtram cederent vtilitatem. Math. 13. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, veruntamen vę homini illi per quem ſcandalum venit. Auguſtinus de vera religione, dicit, Eccleſia catholica per totũ orbem diffuſa omnibus errantibus vtitur ad profectus ſuorum, & ad eorum correctionem cum vigilare noluerint, vtitur enim gentibus ad materiam operationis ſuæ, hæreticis ad probationem doctrinæ ſuæ, ſchiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ, Iudæis ad comparationem pulchritudinis ſuæ. *Hæreſim quare oporteat eſſe.*

Multiplex enim bonum (ait Auguſtinus) ex hæreſibus Dei potentia in Eccleſia elicitur. Quorum primum eſt, ꝙ veritas fidei magis elucidatur. ut idem Auguſtinus. in glo. Ab aduerſis mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio, Prouer. 27. ferrum ferro acuitur, Auguſtinus lib. 7. confeſſ. Improbatio hæreticorum facit eminere quid Eccleſia ſentiat, & quid habeat a ſana doctrina. *Vtilitas ex Iudæis quæ ſit.*

7 Secundum bonum quod ſequitur eſt Doctorum catholicorum exercitatio, vt ſcilicet vigilent, & doctrinæ ſanæ inſiſtent contra uerſutias hæreticorum, Auguſtinus. de uera Relig. Vtamur hęreticis non vt eorum approbemus errores, ſed vt catholicam diſciplinam aduerſus eorum inſidias aſſerentes vigilantiores, & cautiores ſimus, etiam ſi eos ad ſalutem reuocare non poſſimus.

8 Tertiũ bonũ quod ex hæreſibus elicit Eccleſia eſt augmẽtum

Quare hæreſes abundare Deus permiſit. tum ſcientiæ, & ſapientiæ in Doctoribus Eccleſiæ. vnde Auguſtinus ſuper Ioannem. Ad hoc Deus habundare permiſit hæreticos, ne ſemper lacte nutriamur, & in bruta maneamus infantia.

Quartum eſt, ꝙ exercetur patientia fidelium. Hæretici .n. per ſuperbiam in Eccleſiam ſæuientes, rixis & contentionibus exercent bonorum patientiam. vnde Auguſtiuus lib. 16. de ciuit. Dei. Callidum eſt genus hęreticorum non ſpiritu ſapientiæ, ſed impatientiæ, qua ſolent hęreticorum feruere pręcordia, & pacem conturbare ſanctorum, ſed hæc in uſum cedunt proficiendi. 9

Quintum bonum eſt augmẽtum meritorum in fidelibus Doctoribus, quoniam catholici Doctores circa hęreticorum conuerſionem, aut peruerſionem ſi conuerti noluerint, laudabili ſtudio laborare ſatagunt. non dubium quin taliter de ſibi traditis talentis operantes creſcant eis merita, quibus ad beatitudinem perducuntur. 10

Sextum bonum quod ex hęreſibus ſequitur, eſt ꝙ manifeſtatur firmitas fidei in his qui recte credunt. ſap. 3. tamq̃ aurum in fornace probauit illos. Auguſtinus. de ver. relig. Sunt enim innumerabiles in ſancta Eccleſia Deo probati viri, ſed manifeſti non fiunt inter nos, quamdiu imperitię noſtrę tenebris delectati dormire malumus, q̃ lucem veritatis intueri. Et ſic apparet quomodo vtile ſit hæreſes eſſe, quod non eſt ſimile omnino de alijs peccatis, quia alia peccata & ſi in ſe mala ſint, & ex illis aliquod bonum eliciat Deus, nõ tamen quãtum ex iſto peccato. 11

Hæreſes ꝑ uarios Iudices cõdemnatæ. Hęreſes tam ꝑ Chriſtum, q̃ per eius vicarios ſummos põtifices condemnatę quę ſint, vide in tertia parte Directorii noſtri, & ibi quę per decretales tam in corpore decretalium, q̃ in ſexto, & clementinis, ac extrauagantibus continentur optime inuenies.

HAERETICVS.

Hæreticus vt ex glo. in c. Illi. 24. q. 3. & ex aliis Doctoribus habetur, pluribus modis dicitur.

Et

1 Et primo hęreticus dicitur quicunque eſt dubius in fide. c. Dubius. de hęre. vide ſupra in uerbo. Dubius. *Dubius.*

2 Secundo modo hæreticus dicitur omnis ſimoniacus. 1. q. 1. c. Quiſquis. vbi dicit Greg. Quiſquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ꝙ ſit hæreticus requiritur ꝙ credat ſe poſſe emere ſpiritualia. Vide infra in verbo, Simonia. *Simoniacus.*

3 Tertio hęreticus dicitur omnis præciſus ab Eccleſia, ſecundum ꝙ excommunicatus dicitur hęreticus, 4. q. 1. c. quod autem. Et 23. q. 4. c. Ipſa. *Præciſus.*

4 Quarto hęreticus dicitur, qui ſentit contra ſanctam ſcripturam, ſeu contra ea quæ neceſſaria, & formali conſequentia ex ea eliciuntur, ſiue qui ſcripturam ſanctam male & peruerſe interpretatur. 24. q. 3. c. hęreſis. *Contra ſacram ſcripturā ſentiens.*

5 Quinto hæreticus dicitur, qui nouam opinionem, uel inuentum ſequitur. Inuenit ut Hæreſiarcha, ſequitur ut qui Hæreſiarcham imitatur, 22. q. 3. c. hęreticus. *Nouam opinionē inueniēs.*

6 Sexto hæreticus dicitur, qui Romanæ Eccleſiæ Priuilegia auferre conatur. di. 22. c. omnes. *Auferēs priuilegia Rom. Eccleſiæ.*

7 Septimo hæreticus dicitur qui præcepta ſedis Apoſtolicæ tranſgreditur. 19. di. c. Nulli quod. vt dicit Io. in glo. intelligas ſi dicat Romanam Eccleſiam non eſſe caput, nec poſſe condere canones, alias non eſſet hæreticus, licet peccaret. c. ſi quem. de reſcrip. *Tranſgrediens præcepta Sedis Apo.*

8 Octauo hæreticus dicitur qui non tenet articulos fidei, & hoc modo Iudæi, & Gentiles ſunt hęretici. *Non tenēs articulos fidei.*

9 Nono hæreticus dicitur qui aliter ſentit de articulis fidei, q̃ ſentit Romana Eccleſia. 24. q. 1. c. hæc eſt fides.

10 Decimo hæreticus dicitur vel dici poteſt, ſi quis de Eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentit, vel docere pręſumit q̃ ſacroſancta Rom. Eccleſia prædicat, vt in c. ad abolendam. de hære. Et not. Bar. Hoſt. & Doctores. *Non bñ ſentiens de articulis fidei.*

11 Vndecimo hæreticus dici poteſt, qui non recipit quatuor generalia Concilia. de quibus in c. ſicut ſancti. di. 15. *Non recipiens quatuor concilia.*

12 Duodecimo hæreticus dicitur generaliter, qui aduerſus quodcunque genus veritatis catholicæ ſupra expoſitæ opinionem

nionem ſuam peruerſeatque pertinaciter defendit', vt c. vbi in Eccleſia. 24.q. 3.

Attamen multis quæ ad hæreticum pertinere a Doctoribus dicuntur conſideratis,modo infraſcripto hæreticum diffiniemus,uidelicet.

Hæreticus quis ſit.

Hæreticus eſt qui poſt ſuſceptam Religionem Chriſtia- 13
nam,Chriſti fidem in generali profitens,aliquem,vel aliquas in ſpeciali opinionem,vel opiniones contrariam,vel contrarias catholicæ veritati pertinaciter tenet, vel ſequitur. Quæ diffinitio quo ad ſingulas eius partes in quibus deſignantur, quæ requirantur ad hoc ꝙ quis proprie hæreticus cenſeatur, declarantur ut infra.

Dicitur autem in prima particula,qui poſt ſuſceptam Re- 14
ligionem Chriſtianam. Ad hoc enim ꝙ quis proprie cenſeatur hæreticus,neceſſario requiritur ꝙ primo Chriſtianam Religionem ſit profeſſus. Nam ſi errans in fide numq̃ ſuſcepiſſet per Baptiſmum Chriſti fidem, non diceretur propter hoc hæreticus, ſed infidelis,Paganus,vel Saracenus.

Dicitur autem in ſecunda particula, Chriſti fidem profi- 15
tens in generali, quia vt dicit ſanctus Tho. in 2. 2.q. 11. ar. 1. Hæreſis pertinet ad eos qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogma corruptum eſt, vnde qui ſic a fide Chriſti recedit ꝙ nihil de ea credit, proprie non eſt hærticus,ſed Apoſtata. Hæreticus autem (vt ait Auguſtinus) eſt qui ſub nomine Chriſti doctrinæ reſiſtit Chriſtianæ.

Sequitur tertia particula, erroneam opinionem aliquam 61
in ſpeciali. Hoc plane requiritur ad hoc ꝙ quis cẽſeatur hæreticus,ꝙ erroneã opinionẽ habeat in intellectu,ita ꝙ male ſentiat de veritate catholica.24.q.3.c. Hæreticus. Hæreticus eſt qui falſas,ac nouas opiniones vel gignit,vel ſequitur & ratio eſt,quia hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. Infidelitas autẽ eſt in intellectu ſubiectiue, & ita videtur ꝙ hæreſis quæ eſt ſpecies infidelitatis, ex neceſſitate ſupponat errorem in intellectu. Ex quo ſequitur corolarie, ꝙ factum ſine errore in intellectu non facit proprie hæreticum, vt puta ſi quis fornicatur, licet

agat

agat contra veritatem catholicam quæ dicit, non mœchabe ris,non tamē ex hoc eſt hæreticus, niſi crederet aut opinare tur eſſe licitum mœchari,quia quandocunque aliquid neceſſarium requiritur ad conſtitutionem alicuius, altero deficiente impoſſibile eſt illud eſſe. quia ſi oppoſitum, videlicet ꝙ ſine illo eſſe poſſet, iam non requireretur neceſſario ad cōſtitutionem illius. ſed (ut probatum eſt) ad hoc ꝙ aliquis proprie dicatur hæreticus, requiritur neceſſario error in intellectu, ergo nullum factum abſolute accipiendo, ſine errore in intellectu facit hæreticum.

Sine errore ĩ intellectu non eſt hæreticus.

17 Sequitur in diffinitione, contraria catholicæ veritati,hoc plane neceſſario requiritur ad hoc quod quis proprie hęreticus poſſit dici, & ſiue formaliter, ſiue incompoſsibiliter contrariatur, prout ſuperius de multiplici genere catholicæ veritatis loquentes explicauimus. In aliis autem quæ ad fidem non pertinent, nec ad bonos mores, nec concernunt ea quæ neceſſaria ſunt ad vitæ æternę conſecutionem, vt puta ꝙ ſol ſit maior tota terra,errare non eſt periculum. Augu ſtinus in Enchyridion c. 12. In quibus autem rebus nihil intereſt ad capeſſundum regnum, vtrum credantur an non, vel vtrum vera ſint,ſiue putentur an falſa,in his errare,ideſt, aliud pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum, aut,ſi eſt,minimum aut leuiſsimum. hæc Auguſtinus. Hæreticum ergo facit non quicunque error, vel quæcunque peruerſa opinio, ſed quæ catholicæ veritati formaliter, vel incompoſſibiliter repugnat.

Error qualis faciat hæreticum.

18 Sequitur quinta particula. Pertinaciter tenet, vel ſequitur. Hoc profecto maxime requiritur ad hoc ꝙ quis proprie dicatur hæreticus,videlicet ꝙ errorem ſiue erroneam opinionem quam contra veritatē, aut inuenit aut ſequitur, pertinaciter teneat, ac ſequatur. Hæreſis enim vt in c. Hęreſis. 24. q. 3. ab electione dicitur, ꝙ ſcilicet eam unuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat meliorem. Electio autem habet firmam adhæſionem, & ideo vt dicit ſanctus Thomas ſuper ſecundam ad cor. c. 11. Hæreticus dicitur qui ſpernens

diſciplinam fidei diuinitus traditę pertinaciter proprium er rorem ſectatur, & ideo non ꝙ falſas opiniones tantum gignunt, ſecundum Auguſtinum, ſed quia eas pertinaciter defendunt, hęretici dicendi ſunt. Si enim aliquis male ſentiret, & non pertinaci malitia ſed ignorantia, paratus ſemper corrigi, ſi id quod ſenſit falſum, ſibi oſtenderetur eſſe contra fidem, aut determinationem Eccleſię, nõ eſſet hęreticus, quia vt dicit Auguſt. in de vera Relig. c. 7. Error tandiu poteſt tolerari, donec accuſetur, vel defendatur ab errante. Et in c. Dixit Apoſtolus. 24. q. 3. Qui ſententiam ſuam quamuis iniquam, & falſam non pertinaci animoſitate defendunt, pręſertim quam nõ audacia pręſumptionis ſuæ pepererunt, ſed a ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos computandi. & in c. Qui in Eccleſia. 24. q. 3. Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque ſapiunt, ſi correcti vt ſanum rectumque ſapiant reſiſtant contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defendunt, hęretici ſunt. Hæc Auguſtinus. Hæc autem hæretici deſcriptio videtur conformis illi, quam ponit ſanctus Thomas in 4. ſent. di. 13. vbi dicit. ſecundum nos, hæreticus dicitur, qui a Chriſti fide quæ catholica dicitur diſcedit, contrariæ opinioni vehementer inhęrens per electionem. Et ſecundum Bonauenturam in ſup. loco, hæreticus eſt qui diuinæ legis ignorantia, vel contemptu pertinax inuentor, aut alieni ſectator erroris, catholicæ veritati mauult aduerſari, quàm ſubiici.

Falſas opiniones defendens. *Error quam diu toleretur.*

Sed nota. pertinaciter affirmare dicitur ille qui obſtinatus vel quoquo modo non vult ſe remouere de opinione, ſecundum Io. de Imol. in clem. 1. de vſuris. Et ibi addit, ꝙ licet non affirmet vel neget, ſed taceat, tamen pertinaciter credit non eſſe peccatum, vt puta committere uſuras, dicitur hæreticus mentalis. Facit quod dicit ſanctus Thomas. 2. 2. q. 3. ar. fin. ibi, ſiquis interrogatus de fide taceret, ex hoc crederetur,

Pertinaciter affirmare qd ſit.

retur,uel ꝙ non haberet fidem,vel ꝙ fides non eſſet vera.&c.

Item dicitur pertinax ſecundum Antonium de Butr. vbi ſupra, ille qui valde impudenter tenet aliquod hæreticum. Hinc eſt ꝙ ſanctus Thomas in 2.2.q. 138. ar. 2. ait. Pertinax dicitur eo ꝙ in propoſito ſuo ad victoriam perſeuerat pluſquam oportet, vnde hæreſis inquantum importat pertinaciam, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, quia eſt impugnatio agnitæ veritatis.ſecundũ eundem in 4.ſent. di.13.

Item dicit Bar.ff. de ſuſpe. tut. l. tutor. §. tutor, qui repertorium.ꝙ ille dicitur pertinaciter reſiſtere, ꝗ Iudici præcipienti non obedit. Et ſic facit ꝙ ille poſsit condemnari tam quam hæreticus pertinax, qui Inquiſitori aliquid aſſerenti non credit. vnde dicitur. in c. cum contumacia. de hære. lib. 6. Animo pertinaci. Nam illo caſu per contumaciam & excommunicationem, præſumitur in dubio pertinacia, niſi aliud appareat, puta quia inquiſiuit de Iudice, vel inſtabat pro abſolutione, vel offerebat ſatisfactionem, et his ſimilia. Alibi vero non præſumitur pertinacia, niſi de illa conſtet. vt in clem. 1. §. Porro. de ſum. tri. & fid. cat. Et de vſuris. clem. Ex graui. §. ſane. ſecundum Doct. in alleg. c. cum contumacia. de hære. lib. 6.

Inquiſitori non credens.

Pertinacia non p̄ſumitur.

19 Nota tamen ꝙ nomen hęretici aliquando ſumitur communiter, aliquando proprie, aliquando propriiſſime. Communiter ſumitur hæreticus quicunque ſcripturam ſanctam aliter intelligit, q̃ Spiriritus ſanctus efflagitat, iuxta Hieron. in c. hæreſis. 24. q. 3. Et hoc modo hæreſis fuit in Iudæis, ſicut hæreſis Saducæorum.

Communiter proprie, & propriiſſime.

20 Secundo dicitur hæreticus proprie, quicunque alicuius tẽporalis commodi, & maxime gloriæ principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas, ideſt a religione Chriſtiana exorbitantes gignit, vel ſequitur opiniones. vt Aug. diffinit in alleg. c. hæreticus 24. q. 3.

21 Tertio dicitur hæreticus propriiſſime, videlicet cum ſuper additur ipſa pertinacia in defendendo falſitatem, vel impugnando veritatem. & per hanc diſtinctionem reſpondetur

ad multa argumenta. Nota etiam, ꝙ omnis opinio, quæ non habet initium a doctrina Chriſti, quæ eſt fundamentum catholicarum veritatum, noua reputatur, quantumcunque ſecundum tempus ſit antiqua.

Opinio noua q̃.

Hæreticus non ſolum verbo vel ſcripto, ſed etiam facto dici poteſt. vt Lapus, Abb. Antonius de Butr. & Io. de Imo. dicunt in clem. vna. de vſuris, & Scilaceñ. de fi. ca. c. 13. dicens ſic. Si quis non ſolum in verbis aſſerat pertinaciter uſuras non eſſe peccatum, ſed etiam factis, puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit, vel ſimilequid agēdo, ꝙ tūc ſi ex hoc grauata ſit eius opinio, ita ꝙ dici poſſit ex hoc diffamatus, tunc procedi poterit cōtra eum de hæreſi. 11. q. 3. Exiſtimant. Et c. Non ſolum. vbi habetur ꝙ non ſolum verbis ſed etiam factis deum negamus, ſecundum eos. Ad hoc. 25. q. 1. c. violatores. ibi. Proterue agunt, aut loqui pręſumūt, & in c. Accuſatus. §. Ille quoque. de hære. lib. 6. vbi ponuntur certi caſus per quos quis incidit in hæreſim facto, & opere, licet nihil aſſerat, & per conſequens manifeſte hæreticus dici poteſt, in quantum ſunt in eo ſigna infidelitatis. Hinc eſt ꝙ ſi quis contrahat cum aliqua legitime per verba de præſenti, & poſtea illa viuente propria auctoritate contrahat cum alia, Inquiſitor poteſt contra talem ſic cōtrahentem inquirere, qualiter ſentiat de ſacramento matrimonii. ſecūdum Dominicum poſt Lapum in alleg. Accuſatus. §. ſane. vnde Bal. in l. Nemo clericus. C. de ſancroſanct. Eccleſ. dicit, ꝙ ſi profeſſus egreditur de monaſterio, & accipit vxorem palā, quod hæreticus eſt, cum faciat contra ſacramentum matrimonii, & poteſt Inquiſitor eum punire de hæreſi, ſi uelit errorem ſuū pertinaciter defendere. vide Squillaceñ. in tract. de fide catho. c. 16. 22

Hæreticus facto.

Hæreticum faciunt ſigna infidelitatis.

Clericus palā ducens uxorem.

Nota iterum quod non ſolum verbo, ſed etiam facto quis hæreticus eſſe probatur, ut ſi quis librum hęreſes continentem compoſuiſſet, vel recepiſſet conſolationē ab hæreticis, vel vadit pluries ad prædicationes illorum, vel ſimilia facit, per quæ manifeſte oſtendit, ſe cum hæreticis conuenire, & ipſis

Pluries hæreticū audiens

ipſis credere. Calder. in ſuo direct. Nã ex factis animus declaratur. l. dolũ. ff. de dolo. & c. ſicut enim. & c. qui viderit mulierem, 32. q. 5. Quinimo plus eſt factis aliquid demonſtrare, q̃ verbis. vt not. in c. Dilecti. de appel. per Antonium de Butr. & Imol. Facti etiam euidentia quis probatur hæreticus, vt ſi quis (ut dictũ eſt) componat libros hęreticos, vel pręlicet hæreſes, vel defendat errores, nam tunc conuincitur facto, quia ipſa euidentia patrati ſceleris probatione non indiget c. Euidentia. de accuſa. Secundo per teſtes. c. In omni. de teſti. Et c. accuſatus. §. licet. de hære. li. 6. Tertio per confeſſionem, C. Quorum appell. non recipit. l. 2. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. Et confeſſio qua probatur hoc crimen, tripliciter fieri poteſt. Primo ore proprio, 15. q. 6. c. 1. & 2. Secundo facti euidentia. vt 28. di. c. Priuſquam. Tertio fuga vel contumacia. vt 3. q. 8. c. Damnamus. Quarto per inſtrumentum, vt ſi aliquis feciſſet per inſtrumẽtum ꝙ ille prædicauit, vel docuit hæreſes, vt di. l. 2. c. Quorum appel. Quinto probatur per præſumptiones. vt late per Io. Andr. in addi. ad ſpec. tit. de probati. circa fin. Sed quanto crimen eſt maius, tãto maiores, & euidentiores præſumptiones requirũtur, text. not. cum glo. in c. literas. de pręſump. & ibi not. per Abb.

Ex factis animus declaratur.

Hæreticus facto.

Triplex probatio.

23 Hæreſiarchæ qui ſint, & qui manifeſti, quiue ſecreti, affirmatiuique, vel negatiui qui dicantur hęretici.

Nota, ꝙ ſicut Patriarcha patrum princeps dicitur, ſic Hæreſiarcha dicitur hæreticorum princeps, ab archos græce, quod eſt princeps latine, & hæreſis, quaſi princeps in hæreſi, ſeu hæreſum. Illi namque (vt iam dictum eſt) proprie dicuntur hæretici, qui errorem eorum, quæ ſunt fidei, in mẽte, & pertinaciam in voluntate habent. Verum qui huiuſmodi errorem inuenerunt, vel renouauerunt, confinxerunt, vel iam adinuentum & confictum alios docuerunt, magiſtri erroris effecti ſunt, vt 24. q. 3. c. Quid autem. vbi Leo Papa ſic ait. Qui aliorum errorem defendunt, damnabiliores ſunt illis qui errãt, quia non ſolũ errant, ſed etiã alijs offendicula erroris præparant, & confirmant. vnde quia magiſtri erroris

Hæreſiarchæ qui.

ris ſunt non tantũ hæretici,ſed etiã hæreſiarchæ dicẽdi ſunt.

Manifeſti, vel ſecreti hæretici.

Manifeſti vel ſecreti hæretici qui ſint, declarat Innocen- 24
tius Papa reſpondendo canonicis Tholoſanis,& habetur.de verb. ſignific.c. Super quibuſdam. Dicit ſuper quibuſdam mandatorũ articulis,& infra.Tua deuotio poſtulauit a nobis qui ſunt dicendi hæretici manifeſti. Super quibus duximus reſpondendum,illos intelligẽdos eſſe manifeſtos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, ac profiten tur, & defendunt errorem,vel etiam qui coram prælatis ſuis conuicti ſunt vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſunt ſuper hęretica prauitate.

Secreti uero hęretici per oppoſitum dicendi ſunt, qui eorum quæ ſunt fidei errorem habent in mente, & proponunt in voluntate habere pertinaciam, ſed verbo tamen vel facto exterius non oſtendunt, & hi ſunt in duplici differentia.

Occultus dupliciter.

Occultus namque dupliciter poteſt diſtingui, ſcilicet prout diſtinguitur contra publicum, ſiue notorium, et prout diſtinguitur contra exterius. Occultus ſecundo modo, ſcilicet pure mentalis, cum nõ ſit excommunicatus poteſt abſolui a ſuo confeſſore. Sed ſi extra, etiam ſi ſibimet, exteriori loquela dixerit, excommunicationem in cœna Domini incurrit,& inſuper omnes pœnas contra hæreticos in iure cõtentas. Vide Tho. Caietanũ in ſummula de peccatis. ver. Hęretici. Et ſic ſolum ab Inquiſitore abſoluetur. Occultus primo modo, & in foro cõſcientiæ tantum abſolutus ſiue ab Inquiſitore,ſiue ab alio, videlicet Epiſcopo, poſtea delatus Epiſcopo,vel Inquiſitori de hoc crimine, nõ erit immunis a temporalibus pœnis, & ſic poterit accuſari ſiue denunciari,& puniri. Nam & ſi per pœnitentiam quis reſtituatur gratiæ,non tamen reſtituitur dignitati ſuæ priſtinæ & ſtatui, vt c. primo di. 6. de pœni. & 15.q.5. c. presbyter. In crimine namque hæreſis, ſicut & in aliis criminibus enormibus duplex imminet pœna, ſpiritualis videlicet, & temporalis. Prima dimittitur per ſacramentum pænitentiæ, non autem ſecunda, ſicut & in peccato homicidij, furti &c. quia neque confeſſio

neque

neque pænitentia ſacramentalis liberat furem a furca .ff. de furtis .l. Qui ea mente. imo etiam iſte abſoluetur ab excõmunicatione qua fuit ligatus, nec poterit dici ꝙ quantum ad hoc ſibi proſit abſolutio ſacerdotis, quia non eſt huius criminis iudex in foro fori, cum poteſtas cognoſcendi, puniendi, & abſoluẽdi de hoc crimine ſit ſolummodo Epiſcopis vel Inquiſitoribus attributa, & ideo confeſſio facta coram ſacerdote, vel abſolutio ab eo facta non impedit proceſſum Iudicis competentis vt c. At ſi clerici. de iudi. Et c. ſi a non competenti. per totum. Nec potuit dici ꝙ per ſacerdotem fuerit diſpenſatũ,& ꝙ ſibi fuerit impoſita pænitentia,quia diſpẽſatio criminis ei demũ ꝓmittitur qui de eo poteſt cognoſcere. vt c.lator. Qui fi.ſint leg.quæ auctoritas olim ſolis Epiſcopis fuerat cõceſſa,licet hodie ſit Epiſcopis,& Inquiſitoribus conceſſa.Et ꝓpter hoc ꝙ iſtis cõceditur ceteris omnibus intelligitur denegatum,vt di.25.c.Qualis.Et de præſumpt.c.Nonne.

Abſolutio ſacerdotis quid operetur.

25 Horum etiam hæreticorum aliqui dicuntur Affirmatiui, aliqui Negatiui. Affirmatiui ſunt qui eorum errorem habẽt in mente, & verbo vel facto oſtendunt ſe modis prædictis habere pertinaciam in voluntate.

Affirmatiui & negatiui.

Negatiui vero hæretici dicti ſunt, qui coram Iudice fidei per teſtes legitimos de aliqua hęreſi quos non volunt, vel nõ poſſunt repellere iuſte conuicti ſunt, ſed non confeſſi, imo in negatiua ſemper perſeuerãt, verbo fidem catholicam profitentes, & verbo etiam hæreticam prauitatem deteſtantes. Hi quamdiu in huiuſmodi negatione perſiſtunt, licet alias conuerſationem bonam prętendant, hæretici abſque dubio ſunt cenſendi. Euidenter namque impænitentes ſunt, qui peccatum de quo conuincuntur diffitentur. Hoſt. in ſum. tit. de hære. .§. qualiter quiſque deprehendatur in hæreſim. vbi ſic ait. Aduerte tamen ſane intelligendo, quia vocatus aut confitetur errorem ſuum,aut negat.ſi cõfitetur.& infra. Si autem negauerit,& conuictus fuerit,condemnari debet ꝑ eccleſiaſticum Iudicem ad quem id pertinet. vt in c. Ad abolendam. de hære. Et infra eo.tit. .§. qualiter dimittatur. Et

dicitur. Omne male factum malo animo præſumitur factũ. vide Gondiſal. in tract. de hære. q. 1. in fin. Arch. Floren. 2. par. tit. 12. c. 5. Et not. in di. c. 1. de præſumpt. quia nemo eſt ęſtimandus dixiſſe ꝙ mente non ſentit. ff. de ſuppel. legat. l. labeo, & vide in deciſionibus Rotæ. de hære. Deciſio. prima in antiquis, & Carre. in tract. de hære. nu. 2. 6. 9. & 42. & in c. Ad abolendam. de hære. Ibi. Aliter ſentire aut docere. Conſideranda ſunt, qualitas perſonæ loquentis, modus loquendi, ſcandalum datum, & ſimilia. Si tamen verba hæreticalia quis ſcienter exprimat, illa videlicet aſſerendo, hæreticus probatur. Calder. in 2. colum. ſui Directorii. Mala enim fides alicuius deprehenditur per verba. c. Si rector. di. 43. & di. 93. c. legimus. Calder. in 2. conſ. de hære. vide Tabien. in ver. excommunicatio 5. caſu 4. contra hęreticos. §. 6. Et nota ꝙ in dubio præſumitur pro hęreſi & contra hęreticum, ſaltem ad imponendam pœnitentiam ſalutarem. Io. de Imol. in Clem. 1. quia tutius eſt in hoc crimine innocentem condemnare, quam nocentem abſoluere. Franciſcus Squillaceñ. in Tract. de fi. ca. c. 34. Et adde not. per Feli. in c. Auditis. de præſump. vide etiam Marſil. in ſing. 151.

Perſonæ qualitas, modus loquẽdi, et datũ ſcãdalum.

29 Nota etiam ꝙ deprehenſum in hæreſim, ſiue etiam ſuſpectum de ea poteſt Inquiſitor capere, areſtare, ac tutæ cuſtodiæ ponendo etiam in compedibus & manicis ferreis, & etiã proceſſum facere, & formare ſine diœceſano. vt in clem. 1. de hęre. Poteſt etiam eum duro carceri tradere ſine diœceſano, dummodo hoc fiat ad cuſtodiam, & non ad pœnam. concor. Abb. & limitat illum textum clem. 1. ver. Duro. per argumẽtum a contrario ſenſu, & Alexand. in c. Quamuis. de pœnis lib. 6. 26. q. 1. c. viduas. hæc Io. de Imo. in di. clem. 1. in di. ver. Duro. Super glo. ſuper ver. tormentis. Tales namque ſi volunt redire ante ſententiam recipiuntur, ſed nihilominus ad perpetuos carceres condemnantur. c. excommunicamus 2. de hære. Et per Directorium antiquum q. 93. Franciſcus Squil. tamen in tract. de fid. ca. c. 29. tenet, ꝙ ſi nõ notorie eſt deprehenſus, nec eſt timor ꝙ alios corrumpat, ꝙ Iudex

Sine diœceſano qd poſſit Inquiſitor.

Loco carceris alia pœna poteſt imponi.

aliam pœnitentiam loco carceris poteſt imponere. Hoſt. in ſum. de hære. .§. qualiter deprehenditur. And. de Iſern. in Auctent. Gazaros.ſi poſt ſententiam volũt redire, non eſt in poteſtate Inquiſitoris eos ad miſericordiam recipere, quia tunc functus eſt officio ſuo: Abb. tamen in c. excommunicamus. 2. de hære. videtur ſentire ꝙ ſemper poſſunt acceptari, dummodo non expectet pœnam ignis. ſed prima opinio eſt rationabilior,licet ſecunda videatur magis pia,& prima praticatur ab Inquiſitoribus.

Nota tamen ꝙ aliqui putant non eſſe verum, ꝙ volentes redire recipiuntur ad perpetuos carceres, ſed dicunt id fieri debere cum redire nolentibus,quia in pluribus textibus dicitur, redire noluerint, & per glo. in c. Inter ſolicitudines. de purga. cano. in fine vlt. gloſ. ſed decipiuntur iſti quia text. ille eſt corruptus, & glo. eſt falſa. Et uide Abb. in c. excommunicamus 2. de hære. .§. ſi qui autem, & Io. de Ana.in c. ſicut. de hære. nu. 3 .qui dicunt, ꝙ hæreticus etiam volens redire ad fidem, non euitat niſi pœnam mortis, & ꝙ pro delicto commiſſo debet detrudi in perpetuum carcerem. 30

Mortem tantum euitat rediens hæreticus.

Poſſet forte diſtingui cum auctore libri q lucerna Inquiſitorum dicitur, ꝙ ſi ſtatim redeunt ad fidem poſt deprehenſionem, tunc non recipiuntur ad carceres perpetuos,ſed mitius cum eis agitur. Si autem expectant torturam,vel ſententiam, & poſtea redeunt, tunc non recipiuntur niſi ad carceres perpetuos, & de his forte loquitur c. excommunicamus. 2.

Appellãs et nolens abiurare.

Si quis autem cadit in hæreſim iam damnatam ab Eccleſia,& dum ab Inquiſitore corrigitur, & ſibi imponitur, vt illam abiuret, negat illam abiurare, & dicit ſe dixiſſe verum, appellatque ad ſummum Pontificem, appellatio illa non eſt admittenda, ſed tamquam pertinax eſt puniendus. Alphon. de caſtro. de iuſta punitione hæreticorum.l. 1. c. 10. Si quis autem eſt conuictus de hæreſi legitima teſtium productione, vel propria confeſſione, vel facti euidentia, & fugit, vel ſe abſentat, vel citatus non vult comparere, talis publice eſt citandus,& ſi non comparuerit, tamquam hæreticus impœni

Negans comparere.

tens

tens eſt condemnandus. Si autem comparuerit, & voluerit abiurare, ad arbitrium Inquiſitoris recipiatur. Si vero abiurare negauerit, tamquam impęnitēs brachio ſeculari tradatur. Tabie. ver. Inquiſitor. §. 25. ſuper ver. Abiurans.

31 Omnes igitur hæretici, vel ſuſpecti de hæreſi, cuiuſcunq; ſint conditionis, hæreſim abiurare volentes, ſunt ab Eccleſia recipiendi ad vnitatem fidei, & ad pænitentiam, per quam cō ſequi valeant animarum ſuarum ſaluationem, admittendi. Hæc concluſio patet. *Hæretici recipiendi ſunt.*

Et primo ſic. quia Eccleſia, quæ ęſt pia mater, nulli claudit gremium reuertenti. C. de ſum. tri. & fid. cath. l. Inter Claros. circa fin. Secundo, quia delicti veniam peccantibus non negamus, dicit Imperator. c. eo. tit. l. Manichæos, & de pæni. di. 3. c. Adhuc inſtat. Tertio, quia hæreſis eſt quædam ſpecies infidelitatis, ſed alii infideles volentes reuerti ſeu venire ad fidem, ab Eccleſia recipiuntur, ergo & hæretici ſunt recipiendi. Quarto ſic, ſalus animæ ex ordine charitatis eſt omnibus appetenda, & procuranda, non ſolum ad amicos, ſed etiam ad inimicos, iuxta illud Matthæi quinto. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos. Ergo, cum ſine vnitate Eccleſiæ ſalus eſſe non poſſit, ſequitur, quod omnes quantumcunque peccatores, & quotienſcumque etiam fuerint reuertentes ad Eccleſiam, ſunt ab ea ad vnitatem recipiendi. *Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis.* Et nota ex Zaſio conſ. 23. 1. partis, ꝙ cum Imperator in l. Manichęos. in fin. C. de hære. clare dicat delicti ſe veniam pęnitentibus dare, non eſt locutus de pænitentia quo ad forum conſcientiæ, quia de foro illo nihil ad Imperatorem, ſed de pænitentia fori fori ſecularis ſenſit, & hic vnicus text. in eo ꝙ in hæreſim lapſis & reuerſis, poſt pænitentiam delicti non denegatur, ſi antequam teſtibus ſint conuicti, vltro reuertantur. Et apertius Philip. Francus in c. vt commiſſi. 4. not. tenuit reuerſos ad fidem, morte naturali non eſſe puniendos, quamuis carceris pœnam non euitent, quæ tamen in aliam pœnam iudicis arbitrio commutari poſſit, & idem in glo. ſuper verbo. inuitandi. in d. c. vt *Imperator in foro conſcientiæ nō ſe intromittit.*

X 2 commiſſi.

commiſſi. dicit. ſicut poſt delictum volenti redire parcitur, contra l. Qui ea mente. de furt. ita etiam poſt ſententiam diffinitiuam commutationem pœnæ fieri poſſe, vt in glo. dũ non ſit relapſus c. ſuper eo c. vt commiſſi eod. tit. Porro Dominicus de ſancto Geminiano in d. c. vt commiſſi. in penul. colum. ſecutus Archid. tenet ꝙ clericus hæreticus, qui paratus eſt ante condemnationem reuerti ad vnitatem Eccleſiæ, deponi ſeu degradari non debeat. Quod ſi in clerico, qui literatus eſſe, & legem dei noſſe debet hoc verum eſt, quis ſanę mentis id in ſimplici laico, & idiota denegaret, vt ſicut ille non degradatur, ita & iſte morte naturali non condemnetur? & facit argum. Hoſt. in cap. excommunicamus 2. §. damnati di. in princ. de hæret. vide diffuſius per Zaſium in. conſ. 23. primæ partis.

Hæreticus rediens non promouẽdus.

Secunda concluſio eſt. Hęreticus ad Eccleſiam reuerſus de rigore iuris non eſt ad ordines, nec ad aliquam dignitatem promouendus, quia ſecundum Apoſtolum. 1. ad Thimo. 3. oportet Epiſcopum teſtimoniũ habere ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Non conuenit enim illum in Epiſcopum ſublimari, qui in tantum opprobrium Eccleſiæ incidit, vt relicta fidei veritate hæreſis fuerit ignominia notatus, clericus tamen (ut dictũ eſt ſupra) poſt abiurationem poterit in ordine ſuo perſeuerare. Vide in ver. Clericus. 32

Reconciliatusquo modo poſſit ad dignitates promoueri.

Tertia concluſio eſt. Hæretici qui numquam fuerunt relapſi, de miſericordia & diſpenſatione, poſtquam fuerint recepti, & debitam pænitentiam egerint, ſi Eccleſiæ neceſſitas, vel vtilitas exegerit, poſſunt & ad ordines aſſumi, vel ordinum ſuorum executionem habere, & ad dignitatem pontificalem ſublimari. Patet, vnde Paulus prius incredulus Eccleſiæ perſecutor & blaſphemus, correctus & veniam conſecutus, in vas electionis, & in Apoſtolum eſt promotus. Act. 9. Sic & Auguſtinus, qui poſt hæreſim Manichęorum laudabiliter eſt conuerſus, doctor veritatis, hæreſum deſtructor factus, expoſcente neceſſitate, & vtilitate Eccleſiæ in Hiponen 33

ſem

ſem Epiſcopum eſt ſublimatus.Et quod de Epiſcopo dicitur, idem & de alijs clericis ordinatis dicitur.

34 Quarta concluſio erit.Hæretici relapſi renunciantes hæreſi,licet ad vnitatem Eccleſiæ ſint recipiendi,non tamẽ quo ad conſiderationem vitæ,aut bonorum ſuorum temporaliũ. Patet concluſio quo ad primam partem,ex prima concluſione. Quo ad ſecundam patet per c. Ad abolendam. de hære. vbi dicitur, ꝙ illos qui poſt abiurationem erroris deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim reincidiſſe, ſeculari Iudicio ſine ulla penitus audientia decernimus relinquendos. quod Guil. in glo. dicit intelligendum, cum poſt hmõi abiurationẽ,vel purgationẽ deprehenditur in hęreſi,ſiue per facti euidentiam,ſiue per confeſſionem propriã,ſiue per teſtes, in quo caſu non parcitur ei nec quo ad bona, nec quo ad vitam.

Relapſorum Hæreticorũ bona cõfiſcantur.

Si autem abſque hmõi deprehẽſione occulte reincidit, & occulte pœnitens reuertatur ad Eccleſiam,parcitur ei quo ad vtrumque. Concluſio quo ad ambas partes declaratur, & ſic ſecundum S.Thomam 2. 2. q. 9. ar. 4. Eccleſia enim ſecundum Domini inſtitutionem ſuam charitatem extendit ad omnes, & non ſolum ad amicos, ſed etiam ad inimicos, & perſequentes,ſecũdum illud Matthæi 5.Diligite inimicos veſtros &c. Pertinet autem ad charitatem, vt aliquis bonum proximi velit,& operetur. Eſt autem duplex bonum,vnum quidem ſpirituale, ſcilicet ſalus animæ, quod principale reſpicit charitas, hoc enim ex charitate debet alijs velle. Vnde quantum ad hoc hæretici reuertentes quotienſcumque relapſi fuerint,ab Eccleſia recipiuntur ad pęnitentiam,per quã recuperatur via ſalutis. Aliud autem eſt bonum quod ſecundario reſpicit charitas,bonum ſcilicet tẽporale ꝙ non tenemur ex charitate aliis velle, niſi in ordine ad ſalutem ęternam & eorum, & aliorum. vnde ſi aliquid de bonis huiuſmodi exiſtẽs in uno,impedire poſſet ęternam ſalutem in multis, nõ oportet ꝙ ex charitate hoc bonum ei velimus, ſed potius ꝙ velimus eum illo carere, tum quia ſalus ęterna pręferenda bono tẽporali, tum quia bonũ multorũ ꝑfertur bono vnius.

Relapſus occulte quomodo recipiatur.

Si autem hæretici reuertentes ſemper reciperentur, ut cō
ſeruarentur in vita, & in alijs bonis temporalibus, poſſet in
præiudicium ſalutis aliorum hoc eſſe, tum quia ſi relaberen
tur alios inficerent, tum quia ſi ſine pœna euaderent, alij in
hæreſim liberius laberentur. dicitur enim Eccl. 8. Ex eo ꝙ nō
cito profertur contra malos ſententia, abſq; vllo timore per-
petrant filij hominum mala. Et ideo Eccleſia primo quidem
reuertentes ab hæreſi non ſolum recipit ad pœnitentiam, ſed
etiam conſeruat in vita, & interdū diſpenſatiue reſtituit eos
ad Eccleſiaſticas dignitates quas prius habebant, ſi videantur
vere conuerſi, & hoc frequenter pro bono pacis legitur eſſe
factum. Vbi nota iux. Hoſt. ꝙ circa tales adhibetur quadru-
plex diſpenſatio, ſcilicet ſemiplena, vt recipiantur in ordini
bus ſuis iam ſuſceptis, ablata eis in poſterum omni ſpe pro-
motionis. 1. q. 1. c. Si quis hæreticæ. Plena. vt poſſint ſacer
dotes fieri, & vltra. 1. q. 7. c. conuenientibus. Plenior. vt
poſſint Epiſcopi eſſe, non primates. 12. di. c. Nos conſuetudi
nem. Pleniſſima. vt ad omnes ordines, & dignitates promo
ueantur. 23. q. 4. c. Ipſa Pietas.

Idem omnino dicit Gofr. & etiā Rai. Sed quando recepti 35
interdum relabuntur videtur eſſe ſignum inconſtantiæ eorū
circa fidem, & ideo vlterius redeuntes recipiuntur quidem
ad pœnitentiam, non tamen liberantur a ſententia mortis,
& hoc fit, vt dicit Alexāder de Halis, propter criminis abho
minationem, & vt alij timeant ſimilia attentare. Et nota ꝙ
huiuſmodi relapſi, & ſi ad pęnitentiam recipiātur, non tamē
incorporantur, ſecundum Io. And. in Eccleſia. imo eorum ci
neres non ſunt in ſacro cimiterio ſepeliendi. Et vide glo. 1.
in c. ſtatutum alleg. in ver. reincorpor.

Nota etiam ꝙ hæreticorum impænitentium, vel relapſo- 36
rum pœna non eſt mors quæcunq;, ſed mors talis, videlicet
ignis. Abb. in c. ad abolendam. de hære. ſupra glo. in ver.
audientia, & allegat Hoſt. poſt Io. And. & dicit ꝙ in hoc cō
ueniunt lex diuina, canonica, ciuilis, & conſuetudo. Confir.
Feli. in l. ſeu coſtitutione quę incipit, Inconſutilem tunicam.

Hæreticus

37 Hæreticus qui poſt abiurationem,& pænitentiam fuit perpetuo carceri traditus iux. c. excommunicamus. 2. de hære. ſi poſtea ex carceribus fugiat, ex hoc ſolo dicitur relapſus ſiue impænitens, ita ꝙ ei deneganda eſſet audientia, & Iudici ſeculari tradendus, iux. c. ad abolendam. de hære. Feli. in di. c. excommunicamus. Io. And. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. .§. penult. Arelat. in tract. de hære. nu. 6. Vide tamen ſupra in ver. Carcer, & in ver. Fuga. per totum. *Fugiens ex carceribus.*

38 Hæreticus hæreſim abiurans ſi pænitentiam ſibi ab Inquiſitore impoſitam non adimpleuit, habetur pro relapſo, & impænitente, & pœna impænitentium puniri debet, ſi tamen abiurauit, vt hæreticus, & non aliter. Io. de Imo. in Clem. 3. in glo. ſuper ver. propagine. de hęre. Io. Calder. in c. literas. de præſump. Freder. de ſenis. in conſ. 156. Arelat. in tract. de hære. not. 30. Squil. tamen in tract. de fi. ca. c. 19. dicit, Si pænitentia iniuncta non eſt contraria hæreſi abiuratæ, non debet cenſeri proprie impænitens, vel relapſus, dato ꝙ eam nõ adimpleat. Quę opinio licet ſit pia, quia tamen minus probata, minus ſecura videtur q̃ prima, maxime ſi pænitentia neglecta ſit alicuius conſiderationis, & non minimæ entitatis. *Pænitentiã nõ implens.*

39 Hæreticus punitur non tantum ſi eſt vilis perſona, ſed Papa ipſe, & Imperator, & quilibet alius, et deponitur a dignitate, & poteſtate. vt 40. di. c. ſi Papa, 24. q. 1. c. cum pacem. Et c. ad abolendam. de hære. .§. 1. & 2. vilis tamen perſona grauius punitur quo ad pœnam corporalem, ſecus autẽ quo ad pœnam pecuniariam. Io. de Ana. ſuper c. excommunicamus. 1. de hære. .§. credentes. Zabar. ſuper Clem. 1. de hære. .§. verum. not. 3. Religioſi autem grauius puniuntur, ſi in hæreſim deliquiſſe inuenti fuerint, q̃ puniantur ſeculares. argumentum in c. accuſatus. de hære. li. 6. Tabie. in ver. Inquiſitor .§. 9. Carer. in tract. de hære. Alexander 4. in bulla incipien. Cupientes. Gemin. & Francus in di. cap. accuſatus .§. fin. de hære. lib. 6. *Religioſus grauius punitur.*

40 Hæreticus conuinctus de hæreſibus, & ſi ſuper hæreſibus non ſit torquendus, torqueri tamen poteſt ſuper complicibus

& ſociis,

& ſociis. c. excommunicamus. de hære. .§. adiicimus. Et C. de malefic. & math. l. fin. Angel. in .l. & ſi certus .ff. ad ſena. ſyllæ. & hanc opinionem firmat Bal. in l. milites. C. de quęſtioni. & ſequitur Auguſt. de Arimino in Additio. ad Ang. loco præalleg. & Foller. in pract. reindurati torqueantur. nu. 3. in criminalibus enim debet reus torqueri ſuper complicibus, quando eos ſponte prodere non vult, & tamen delictū eſt tale, ꝙ communiter ſine ſociis, & complicibus committi non conſueuit. Vide Io. Ant. Blanchum in tract. de Iudiciis, & quæſtio. nu. 378. ibi in primo caſu. Vide etiam infra in ver. Indicium num. 21.

Poſt confeſſionem negans.

Hæreticus qui ſuos confitetur errores iuridice, & dum audit ſententiam contra ſe, & pænitentiam quam ſibi imponit Inquiſitor, negat ſe vnq̄ fuiſſe hęreticū, vel talia dixiſſe, ſeu tenuiſſe, quæ tamen confeſſus eſt, & ꝙ talia confeſſus eſt propter tormenta data, ſeu timore tormentorum quæ ei minata fuerunt, non auditur, ſed ſi ſic dicit, debet tradi brachio ſeculari ut impænitens, quia non videtur vere ſed ficte confeſſus. vt de pæni. di. 3. c. pænitentia. videtur enim talis in negatiua perſiſtens defeciſſe in pænitentia, & purgatione ſibi iniuncta, & ideo tamq̄ hæreticus eſt puniendus. c. literas. de præſump. & de purg. cano. c. Inter ſolicitudines. in fin. Miſericordia enim non debet fieri, niſi ei qui redit ex puro, & vero corde ad fidem. c. vt officium. de hære. Et venia non datur niſi correcto. de reg. iur. c. peccati venia. Idem dicitur de eo, qui poſt abiurationem factam, & pænitentiam ab Inquiſitore ſuſceptam, dicit ſe non erraſſe. Io. Calder. in ſuo directorio Inquiſitionis. 41

Hæreticorum bona quomodo fiſco applicentur, vide ſupra. in ver. Bona.

Hæreticorum filij quomodo ex delicto patris puniantur. Vide in ver. Filij.

Nota etiā ex Vlderico Zaſio in l. ſi debitor .ff. quę in feud. cred. Et dicit Bar. hic, ꝙ lex iſta faciat ad vtilitatem noſtram pro hæreticis, quia bona eorum eo ipſo ꝙ ſunt hæretici, ipſo 42

iure

iure iam ſunt confiſcata,& acquirũtur Inquiſitori. C. cum ſecundum. de hęre. li.6. Quod ſi talis hęreticus alienaret ſcienti emptori, inclinat in hoc Bar. ꝙ debeat reſtitui, ſed cum iſta materia ſit canonica, ipſe non ſe intromittit. Vide ſupra in ver. Confiſcatio.

I.

IMAGINES.

1 IMaginibus domini, & ſanctorum detrahentes, vel eis iniuriantes quomodo puniantur, vide Io. de Anan. in c. fin. de Maledic. & Doct. in c. ſi canonici, de off. deleg. & in l. ſacrilegi poena, ff. ad l. iul. pec. & in l. nemini licere, vt nemini liceat, & ibi Salic. & Petr. de Anchar.

2 Imagines facere ad prouocandum amorem mulierum nõ ſapit hęreſim manifeſtam, quia hoc eſt magis ſuperſtitioſum q̃ hęreticum, licet ſecundum Auguſtinum in li. de ciuit. Dei ad dæmones hoc pertineat ludificare animas ſibi ſubditas. Oldr. in conſ. 208. quem etiam alleg. Gemin. in c. accuſatus, de hære. li.6. in fin. Vide quæ ſupra diximus in ver. diuinatio.

IMPEDIENTES.

1 IMpedientes officium Inquiſitionis verbis, vel factis circa executionem ſui officii poteſt Inquiſitor punire pluribus rationibus.

Primo, quia tales impedientes officium incidunt in ſuſpitionem hæreſis, ſeu fautoriæ, & excommunicationem incurrunt. de hære. c. vt Inquiſitionis. §. fin. & c. vt officium. §. de niq;. lib. 6. vt dictum eſt de fautore. Cum ergo Inquiſitores habeant ſuam iuriſdictionem contra hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, non eſt mirum ſi contra impedientes ſuam iuriſdictionem extendunt.

Secundo, quia ſi non poſſent punire impedientes, iam nõ poſſent ſuum officium explicare, vt ergo poſſint illud liberius explicare, recte poterunt punire impediẽtes, quaſi de hoc eis videatur eſſe commiſſum. Nam quotiens aliquid alicui

demandatur, demandatur & omne ſine quo illud nequeat explicari, vt .ff. de iuriſdictionem om. iud. l. 2. & eſt caſus ext. de off. deleg. c. præterea. & c. Paſtoralis.

Tertio, quia ex quo mãdata eſt Inquiſitoribus iuriſdictio, videtur etiam mandata coertio. vt ff. de off. eius cui. man. eſt iur. l. fin. imo recte faciunt ſi impedientes puniant, quia tenẽtur defendere iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio. vt .ff. de off. præſi. l. obſeruandum, & ſi quis ius. di. non. ob. l. 1.

Quarto, quia iudex poteſt punire exceſſus commiſſos circa eius officium, & ideo nimirum ſi Inquiſitores punient delinquentes circa eorum officium impediendo eos, vt c. de teſti. l. nullum, & ff. de pœnis. l. moris. ext. de off. deleg. c. prȩterea. Quod autem Inquiſitores hoc poſſint, habetur textus expreſſus de hære. c. vt officium .§. Deniq; lib. 6. & in quadã extrauag. Clemens 4. quæ incipit. licet ex omnibus, ex qua fuit ſumptus .§. deniq;. Quæ quamuis non ſit in libris, tamẽ ex quo eſt iuri conſona in fauorem fidei, & in ſuſtentationem officii, erit ſeruanda, vt eo. c. fin. in ſi. li. 6.

Licet nõ ſit in libris conſtitutio ẽ ſeruãda.

Adde ꝙ ſummi Pontifices ſacrum Inquiſitionis officium, ab omni impedimento liberum, & immune conſtituere, & variis priuilegiorum præſidiis munire in omni ȩtate ſtuduerũt, vt ex variis conſtitutionibus in eius fauorem ȩditis plenius apparet. Vide Vgolinum Zanchinum. c. 31. cum additio.

IMPOENITENS.

IMpœnitens. Vide ſupra in ver. Hæreticus. 21. 1

INCONTINENTI.

INcontinenti, & ſtatim fieri dicitur, quando eodem die fit, 1
quia quod eodem die fit, præſumitur factum eodem contextu, ſecundum Bal. in l. 2. C. de oper. liber. Imo, & Bar. in .l. in operis .ff. loca. Contra vero dicitur aliquid factum per interuallum, quando fit vltra vnam diem. Vna enim dies facit videri longum interuallum, vt declarat. Bar. ꝙ ibi Imol. dicit ſumme eſſe notandum in l. 1. .§. qui præſens. de verb. oblig. Et dubitant ibi Doctores moderni, Socin. Butri. & Bonon. ſi quod dicit Bart. de vna die, ſit intelligendum de die naturali,

Vltra vnam diẽ non dicitur incontinenti.

naturali, vel de artificiali, & concludunt eſſe intelligendum de die naturali. Zaſ. in conſ. 5. 2. part. nu. 15.

Nota tamen, ꝙ hæc vocabula, continuo, ſtatim, & incontinenti dilationem ex ſui propria natura ſuſcipiunt iuxta ſubiectam materiam ad arbitrium iudicis, vt concludit Bal. in l. 2. c. de edict. Diui. Adria. Tollen. & habetur per Bar. in l. pe. C. depoſi. & Alex. in l. ſi poſt tres .ff. ſi quis cau. & l. ſi debitori. & ibi Bar. .ff. de indiciis. & l. cum ſpeciali. c. eo. tit. & c. fin. de verb. ſig. lib. 6. Et ibi Io. And. & Archid. & l. vnica. c. de his qui ſe deſerunt. li. 10. & de conſecra. di. 5. c. nũquam. vbi continuo quid factum eſſe dicitur etiam poſt temporis interuallum. Vnde textus ille in c. ad abolendam, neceſſario non concludit, & propterea hic locum habet regula illa. l. 1. .ff. de iure. delibe. videlicet, quod vbi de incerto tempore tractatur, talis incertitudo arbitrio Iudicis declarãda remittitur. Accedit, ꝙ cum in tot legibus tam canonici, q̃ ciuilis iuris de pænitentia, iſta tractentur, nullibi præter in di. c. ad abolendam, inuenitur ſtricta, & anguſta illa temporis arctatio, quod eſt mirabile. Nec eſt credendum, ꝙ ſi reuocatio iſta tam cito facienda eſſet, id ab aliis legibus prætermiſſum fuiſſet. Facit & ad hoc c. accuſatus. §. licet. eo tit. lib. 6. Vbi iuxta glo. in verſ. poſtmodum, admittitur teſtis periurus poſt interuallum ad reuocationem, quod ſpecialis eſſe dicitur fauor Fidei.

Vocabula dilationem ſuſcipiunt.

Mirabile.

INCORRIGIBILIS.

1 INcorrigibilis quis ſit, vide ſupra in ver. abiuratio 6. & infra in caſu Nemeus Auius, num. 14.

INDICIVM.

1 INdicium, ſecundum Angel. in glo. in ver. Fama, & ad Additiones ibi. & Gondi. in tit. de præſumpt. & indiciis indubit. & alios Doct. dicitur ſignum, ſiue demonſtratiuum adminiculum delicti, vel alterius rei, de quo, vel de qua quæritur. Et eſt adminiculum, ſeu pars probationis, quam lex interdum indicium, interdum argumentum interdum ſuſpicionem, interdum probationẽ nominat, vt dicit Brunus in tract.

ſuo de tortura. Et ſecundum Bal. eſt diuinatio rei per ſigna.

Ad capturā ſufficit quælibet informatio.

Bal. in l. ea quidem c. de accuſa. Et adde ꝙ interdum parum indicat, & tamen ſufficit ad capturam, quia quælibet informatio ſufficit ad capturam, vt dicit Boſſius in materia capturæ, vbi allegando Bal. in l. ſeruus. c. de teſti. ait. Duplex eſt indicium, aliud videlicet quo ſe dirigit Iudex in viam facti inquirendo, aliud quo Iudex ſe dirigit in viam iuris torquendo vel condemnando, vt ibi notabiliter per eũ. quia ad id quod eſt de facto, videtur ſufficiens, etiam de facto, quod alias nõ valet. Hæc Boſſius in pract. tit. de captura.

Aliquando etiam multomagis valet, adeo ꝙ ſufficit ad torturam, & quandoq; ſufficit ad condemnationem, vt l. ſciant cuncti. C. de proba. Ad quæ omnia, vide Bar. in l. admonẽdi .ff. de iureiur. dum dicit ꝙ ad perfectam probationem deuenitur per indicia, ſiue argumenta leuia, poſtea per fortiora. Et ſic habes quod Indicium aliquando plus indicat, aliquando minus.

Propinquum, & remotū.

Indiciorum aliud propinquum, aliud remotum. Indicium 2
remotum ſolum non eſt ſufficiens ad torturam, vt quia eſt malæ famæ, ſi tamen addatur aliud, ſufficiens erit. Si autem indicium ſit propinquum, vt quia res ablata eſt penes illum inuenta, tunc dicit Bar. ꝙ tale indicium ſolum erit ſufficiens ad torturam. in l. maritus. C. ad l. iul. maie. Vide Pari. de puteo. in tract. de ſtadi. vbi inter cætera adducit. Azo. in ſum. de quæſtioni. dicentem, Quod licet dicatur, ꝙ vnus teſtis inducit præſumptionem per l. Theopompus .ff. de dote, tamẽ
ſi talis teſtis eſt de veritate, ſufficit ad torturam, & iura loquentia, ꝙ pluralitas requiratur indiciorum ad ponendum aliquem ad torturam, non habent locum quando extat vnus teſtis de veritate delicti. Et ſic cum vnus teſtis qui de ipſo maleficio deponat ſemiplenam non faciat probationem, ſed tãtum indicium. glo. in l. cum probatio. Brunus, vbi ſupra Iaſon. in l. admonendi, ad tormenta minusq̃ ſemiplena probatio ſufficit, vt ibi. Per Alex. in conſ. 89. 3. vol. & per Bar. in conſ. 256. 2. vol. & per Alex. in l. 2. circa fin. .ff. ſi ex noxa

cau.

cau. aga. & ita teneo (ait Boſſius) quicquid dicat Decius in c. 3. de proba. Teſtis autem faciens indicium, debet eſſe maior omni exceptione. Bar. in l. maritus. ff. de quæſtio. & alibi ſæpe. Quod adeo verum eſt, ꝙ licet in crimine læſæ maieſtatis ſpecialiter ſit inductum, vt infames, & mulieres admittãtur, vt per Bar. in l. In quæſtionibus. ff. ad l. iul. maie. tamen ſunt omni exceptione maiores, vt patet in c. Per tuas. de ſimo. Et ſic ſolus ex eis non ſufficeret, & ita ſentiunt Doctores maxime Angel. in l. ſi quis alicui. C. ad l. iul. maie. Alex. in conſ. 11. in prin. quod quomodo intelligatur infra patebit. Et intellige, vt requiratur ꝙ teſtis ſit omni exceptione maior, quando iudex debet iudicare ſecundum meros terminos iuris, ſecus ſi datum ſit ei arbitrium in procedendo. Alexan. in conſ. 65. 1. vol. Decius. in c. tertio loco. de proba.

Teſtis faciens indicium.

Iudex ſecundum iura iudicaturus, & ſecundum arbitrium.

Aduertendum tamen eſt ad intelligendum huius fallẽtiæ caſum, ꝙ non ſufficeret Iudicem habere arbitrium in procedendo tantum, quia etiam arbitriũ debet eſſe in ferendo ſententiam, ex quo probatio non eſt de proceſſu, ſed de deciſoriis, vt per Feli. in c. quod Clericis. de foro compe. Fallit etiã prædicta concluſio vbi teſtis non omnino integer coadiuuatur alio adminiculo, per Bal. & modernos, in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de æden. & ibi Iaſon.

3 Quarto intellige, vt procedat in teſte deponente circa ipſum maleficium, ſecus ſi deponeret circa circunſtantias, & remota, quia tunc non requiritur vt ſit omni exceptione maior vt per Brunum vbi ſupra, vide Bal. in conſ. 337. 3. vol. Sed tamen dicendum eſt totum oppoſitum, quia videmus, ꝙ ad probandum crimen lęſæ maieſtatis etiam inhabiles ſufficiũt, dummodo non ſint inimici capitales.

Quinto, dic ꝙ teſtis omni exceptione maior facit indiciũ ad torturam, niſi alia coniectura repugnet, ſecundum Bal. in l. 2. c. quorum appell. non recip. Io. And. in c. cum in contẽplatione. de reg. iur. li. 6. in nouella. Et magna coniectura eſt in contrarium, quando non eſt veriſimile id quod dicit, vt declarat Angel. in l. milites. per illam legem. C. de quæſtio.

dando

dando exemplum quando furti argueretur magni nominis mercator, ꝙ ad hoc vt indicia ſint ad torturam ſufficientia, requiritur vt ſint veriſimilia, & probabiliter concludant. Et quia ſupradiximus, ꝙ ad probandum indicium remotum requiruntur duo teſtes, poſt Bar. in l. fin. ff. de quæſtioni. qui allegat vulgatam glo. in l. fin. c. famil. erciſcun. dic ꝙ hæc cõcluſio eſt veriſſima. vt per Salic. in l. fin. in tertia quæſtione. C. de quæſtioni. Alex. in conſ. 5. 1. vol. & eam intellige, vt procedat non ſolum quoad probandum indicium valde propinquum, quod ſufficeret ad torturam, vt videtur ſentire Iaſon. in l. admonendi, ſed etiam quoad aliud multum remotum, iuxta dicta Bart. in di. l. fin. ff. de quæſtio. Vnde infertur, ꝙ vnus teſtis ſuper indicio remoto non facit qualequale indicium, quia omne indicium habet probari ꝑ duos teſtes. Et ita refert Alex. in conſ. 179. 1. vol. vnde notabilius infert, ꝙ duo teſtes deponentes de duobus indiciis remotis non coniunguntur ad faciendum vnum indicium perfectum. Et ita late per Hippol. in l. vnius. §. teſtis. ff. de quæſtioni. Et etiã duo teſtes ſingulares de auditu qui audiſſent a diuerſis perſonis, non coniunguntur ad faciendum indicium. Alex. in conſ. 82. 2. vol. licet (ait Boſſius, de indi. ar. tortu. in pract.) in iudiciis multum propinquis reſultet indicium ad torturã ex duobus ſingularibus, alias non, maxime quando eſſent teſtes multũ notabiles, ꝙ tunc inclinare deberent Iudicem non ſolum ad torturam inferendam, ſed etiam ad condemnationem, iuxta dictum Pauli de Caſtro in materia teſtium ſingularium. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. Loquimur de iure, quid autẽ in practica fiendum quando duo teſtes nõ modo probatę admodum qualitatis, ſed etiam communes dumtaxat qui deponerent etiam ſingulariter de indiciis multum propinquis, neſcimus, maxime quia materia eſt multum arbitraria. Non tamen dubitandũ quin ſaltem poſſet reus terreri, quia Iudices quando habent vehemẽtem opinionem, ꝙ aliquis ſit reus ex multis circumſtantiis, etiam extra proceſſum, licet in proceſſu non habeant indicium omnino ſufficiens, tamen poſſunt

Indicium remotum quomodo probatur

terrere

terrere per dictum Bal. in l. 2. c. quor. appel. non recip. Et licet ſit hic terror quædã tortura, non tamen habetur pro tortura, ſicut dicimus de leui febre, vt per Docto. vbi ſupra. Et ideo, licet Iudex teneatur in ſindicatu quando torquet inmoderate reum, & moritur, vel torquet vbi torquere non poteſt, vt per Bar. & alios in l. Quæſtionis .ff. de quæſtioni. tamen non tenetur ſi decederet ex tali terrore, quia Iudex poteſt ita terrendo fingere, ꝙ velit torquere,& non facit actum illicitum, vt per Bar. in l. de minore .ff. de quæſtioni .§. plurimum. Sed difficultas eſt videre qualis eſſe debeat hic terror, quia vbi talis eſſet quod diceretur tortura, eſſemus in regula, ꝙ a quæſtionibus incohandum non eſt. Dic ꝙ vincire, & eleuare non eſt leuis tortura, ſecundum Bar. in l. 1. .§. Diuus Seuerus .ff. de quæſtioni. Et Bal. etiam in di. l. 2 .dum rationem allegat, ꝙ Iudex debet ſe oſtendere terribilem, loquitur de ſolo terrore vultus. *Terror quomodo ſit tortura.* *Vincire, & eleuare nõ eſt leuis tortura.*

4 Tertio quæritur quomodo Iudex debeat cognoſcere, an indicium ſit tale vt ſufficiat ad torturam, & an ſufficiat vnũ, vel requirantur plura. Doctores dicunt, ꝙ hoc relinquitur arbitrio Iudicis. per l. 3. ver. tu magis .ff. de teſti. Sunt enim probationes arbitrariæ, vt per. Bar. in l. admonendi .ff. de iureiur. in eo articulo, qualiter Iudex ad crudelitatem deducatur. Ad quod omnino videndus eſt Paulus de Caſtro in di. l. Lucius .ff. de his q not. infam. vbi dicit, ꝙ Iudex poteſt fidem dare teſtibus ſingulis ex aliqua cauſa. Nota tamen quod ponit Bar. in di. l. Lucius. vbi dicit. Hoc tamen conſulo faciẽdum ex cauſa, ita quod appareat, ne poſtea teneretur in ſindicatu. & ita Feli. in c. cum veniſſent. de teſti. Decius. in c. Ex literis. de probationibus. Licet igitur res ſit arbitraria, an quis ſit ponendus ad torturam vt dicit Bar. in l. fin. ff. de quæſtioni. Iudex tamen illud habet arbitrari ex cauſa, & ſic neq; ex leui iudicio, quia arbitrium habet, debet torquere reum, neq; ex forti remittere torturam. Sed arbitrium in hoc conſiſtit, quod Iudex non habet certam regulam, quia lex ſolum dicit quod non eſt a tormentis incipiendum, niſi præcedant, *Indicium arbitrio iudicis relinquitur*

argumenta

argumenta veriſimilia,probabiliaq; l. milites .§. 1.C.de proba. Debet igitur Iudex conſiderare, an indicium ſit veriſimile, probabileq;, prout eſt, quando indicium eſt de re ipſa ꝓbatum per vnum teſtem omni exceptione maiorem, intelligendo vt ſupra. Item intelligendo niſi eſſemus in clerico,qui non poſſet torqueri ex dicto talis teſtis, niſi infamia præcederet. Doctores communiter. in c. 1. de depoſit. Aliud eſt indicium probabile, veriſimile, & ſic ad torturam ſufficiens, quãdo reus reperitur mendax l. vnius .§. teſtis .ff. de quæſtioni. c. literas. de præſumpt. Bar. in l. fin. vt ſupra. Qui licet expreſſe non dicat, ꝙ faciat indicium ad torturam, illud tamẽ videtur ſentire, dum dicit facere maximam præſumptionem iunctis ſequentibus. Et dum poſtea tangit, an vnum indiciũ ſufficiat, vel plura requirantur, vbi vult ꝙ vnum ſufficiat ſi ſit vrgens. Cum ergo velit vt ſit maxima præſumptio mendacium,ſequitur expreſſe,ꝙ vult etiam ꝙ ſufficiat ad torturam, & ita clare intelligit, & tenet Ro. in conſ. 100. & Alex. in conſ. 77. & ſic tenet vſus.

Veriſimile conſiderandum.

Cleric us quãdo nõ poſſit torqueri.

Indicinm vrgens ſufficit.

Trepidat balbutit uariat.

Aliud indicium probabile, & veriſimile eſt, & ſic ad tortu 5
ram ſufficiens, quando quis trepidat,balbutit,& variat,quo caſu Iudex debet talem ſermonẽ in actis ſcribi facere,quia ſibi non crederetur. c.quoniam contra.de proba. Et hoc erit ſufficiens ad torturam, etiam ſine aliis indiciis. Bar. in .§. plurimum. in l. de minore .ff. de quæſtioni. Sed aduerte, vt infra. Primo, ꝙ varians non punitur de falſo licet torqueatur. per deciſionem Alex. in l. 1. .ff. de bon. cor. qui. mor. ſibi cõſci. & in cap. 1. de teſti. Secundo, aduerte quia Bar. in di. .§. Plurimum, loquitur copulatiue, ꝙ debeant interuenire trepidatio, & variatio, & ita videtur loqui text. in di. .§. plurimum. Angel. vero in ver. fama publica, expreſſe vult ꝙ ſola variatio ſufficiat, & ita praticatur. quod etiam vult Bar. in .l. vnius .§. reus .ff. de quæſtio. Quo vero ad trepidationem, & pallorem vultus, crederem (ait Boſſius) hæc eſſe multum arbitraria, & conſiderandam eſſe qualitatem perſonæ. Sunt enim aliqui ita timidi, vt quamprimum videant ſe ante latruncu-

truncülatorē, maximè qui ſit ſolitus vti ſeueritate, præ nimio timore immingant. Sunt etiam aliqui ita de proprio honore ſoliciti, vt cum primum ſe viderint in carceribus, nihil aliud agitent, niſi quam labē ſit eis ipſa incarceratio allatura, atq; ita amiſſis ſenſibus fere delirent, ita vt videantur ſemiſtulti, & tamen innocentes erunt. Iudex igitur debet animaduertere qualis ſit perſona, & ita dicit Baldus in l. presbyteri. cap. de Epiſ. & Cler. Et Brunus. fol. 3. Nec loquitur Bal. de variatione, ſed de mutatione vultus, & trepidatione, quæ trepidatio nihil aliud eſt, quam quando deponit dubitando, trepidando, vel ſudando.

6 Aliud indicium probabile, veriſimileq; eſt, quando vnus extraiudicialiter confeſſus eſt, vel etiam coram iudice incō petente id de quo quæritur. ſecundum Bal. Angel. & Doctores talis cogitur perſeuerare. *Probabilia et ueriſimilia q̃ ſint.*

7 Aliud indicium veriſimile, & probabile eſt, quando quis dixiſſet velle delictum illud committere, quod poſtea fuit ꝑpetratum, ſi tamen ſit homo malæ conditionis in eodem gñe mali, & ſolitus executioni minas mandare. Hæc communis opinio Doctorum in l. Metum. per glo. Ibi c. quod metu cau. & in l. fin. .ff. de hæred. inſtit. Et omnes criminaliſtæ in ſuis tractatibus. Et fundamentum in effectu eſt ſuper. l. vnica. c. ſi quis Imperatori maledixerit, vt ibi. Ex perſonis hominū dicta penſemus.

8 Aliud indicium probabile, & veriſimile eſt ad torturam ſufficiens, inimicitia capitalis, ſecundum Deciū in conſ. 189. Feli. in c. Afferte. de præſumpt. Sed cum tale indicium computetur inter remota indicia, maxima conſideratione indiget. Et aduerte ꝙ hoc indicium inimicitiæ non eſt generale (ait Baſſius) in omnibus delictis. Nam tantum procedit in his quæ fiunt in alterius præiudicium, vel iniuriam, vt ſunt homicidia, vulnera, & ſimilia, non autem in his quæ fiunt ad commodum facientis, vt rapina, furtum, raptus, falſum, & ſimilia. Ita Bar. in l. repeti. .§. 1. .ff. de quæſtioni. & l. licitatio .§. quod illicite .ff. de publica.

Veriſimi le.

Aliud indicium veriſimile, & probabile reſultat contra fu 9
gie͂tes anteq̃ accuſentur de delicto, vel inquiratur, & anteq̃
commineãtur ſibi hæc, vel alterum eorum. Hæc communis
opinio, vt per Iaſon. in repeti. l. admonendi .ff. de iureiur. &
quia etiã alii ibi latiſſime loquũtur de hoc nil aliud dicamus.

Veriſimi le, & pro babile.

Aliud indicium veriſimile, & probabile erit quando in ea 10
dem domo inuenitur quis interfectus, & neſcitur quis homi
cidium cõmiſit, omnes de domo torqueri poſſunt, iuxt. not.
per Bar. in l. fin. .ff. de ſicariis, vel iuxta domum alterius, vi-
de Boſſium in pract. de Indiciis ad tort. nu. 51.

Aliud indicium veriſimile, & probabile eſt quando infur- 11
to, &c. quando erat vicinus, contra famulum quando receſ-
ſit ſine licentia. Boſſius vbi ſupra.

Aliud indicium probabile, & veriſimile, ac quo ad omnia 12
delicta generale eſt fama multũ vehemens. Bar. in conſ. 112.
1. vol. vbi tamen habeat originem ab honeſtis perſonis, vel
aliis veriſimilitudinibus concurrentibus, vt ꝑ prędictos doct.
& Aret. in c. cum oporteat. de teſti. & Alex. in conſ. 150. 5.
vol. & ſtatur arbitrio Iudicis, an ſit vehemens, vt per Bar. &
alios vbi ſupra. Loquimur de fama in ſpecie contra aliquem
ꝙ commiſerit delictum, non autem de mala opinione quam
de illo homines habent, quia ſolum adiuuat aliud per ſe non
ſufficiens. Bar. in l. fin. vt ſupra. Sed pone quæſtionem ꝙ hęc
opinio ſit in eodem genere mali, adhuc non ſufficeret, vt in
dictis locis, & per Bar. ſi illum bene vides in di. l. fin. Alex. in
conſ. 93. 1. vol. & in 5. 2. vol. Eſt verum, ꝙ iuncta hac infa-
mia cum fama in ſpecie quæ non ſit fundata vt ſupra, ſuffice-
ret ad torturam per id quod diximus. Et facit ꝙ ſocius crimi
nis etiam in cauſis ſpecialibus non ſufficit, ſed iuncta hac in-
famia ſufficeret, vt Salic. in l. fin. C. de quæſtioni.

Opinio, & fama quomodo differant.

Socius cri minis nõ ſufficit.

Aduerte tamen ad duo circa prædicta. Primo, ꝙ numerus 13
teſtium ſupleat tot qualitates quæ requiruntur ad probandã
famam, vt per Soci. in conſ. 54. 3. vol. Secundo, ꝙ mala opi
nio, & fama mala non oritur ex eo ꝙ aliquæ ſchedulę infama
toriæ clam ſunt datæ Iudici, vel principi vt eſt text. in c. In-
quiſitionis

quiſitionis de accuſa. & ibi Doct. & ideo parum curandum Romæ de Paſquino. Hæc pauca indicia ad aliorum cognitionem poſuimus, vt Iudex arbitrari ſciat in ceteris, an & quando ſufficiant ad torturam. Quam tamen cognitionem paucis oſtendit Bar. in l. fin. quæ ſupra, dicens, Indicium ad hoc, ꝙ ſit ſufficiens ad torturam, debet eſſe multum propinquum, aliter ꝙ requiruntur ſaltem duo. quam opinionem communiter ſequuntur Doct. ibi. In dubio tamen potius eſſet iudicandum, vt indicium non ſit ſufficiens ad torturam, q̃ aliter, per regulam l. ſi de interpretatione .ff. de pœnis. niſi magnitudo delicti faceret nos recedere a regula. iuxta notabile dictum Abb. in c. at ſi Clerici. de iudi. *Indicium ad torturam ſufficiens propinquum eſſe debet.*

14 An autem indiciorum copia indiſtincte ſit danda ante torturam, ſecundum Bart. dicimus ſimpliciter debere dari, q. ſuper indicijs eſt diſputandum, in l. fin. q. penult. .ff. de quæſtioni. ſic Angel. in ver. fama publica. Cæpol. in conſ. 63. & 66. In l. 2. C. de ęden. & in c. qualiter, & quando. el 2. & in c. cum oporteat, de accuſa. Et ſimul dandus terminus ad illa purganda, vt per Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. Etiam ſi periculum immineat ſubornationis, vt ſupra in ver. defenſio, quia per negationem poſſet ſequi, ꝙ innocens occideretur. per l. Abſentem .ff. de pœnis. Et ita quottidie ſeruatur, quod copia indiciorum datur & magnis, & paruis, & omni generi perſonarum. Nec etiam eo quod ex officio procedatur, vel quis male audiat. fatemur tamen quod quando quis tam male audiat quod poſſet dici inſignis maleficus, eo caſu omnia ceſſarent. Quod intelligimus quando adeo fama eum inſignem facit in maleficiis, vt res redacta eſſet ad notorium, aliter non eſſet neganda copia indiciorum, vt ſe defendere poſſet dato aliquo dubio. Et idẽ ſi quis delatus eſſet maximi delicti, quia ei nõ debet denegari omnis defenſio donec ſit cognitum. quicquid dicat Hipp. l. 1. ff. de quæſtioni. Defenſio enim naturalis nec tollitur, nec tolli poteſt. c. Paſtoralis. de re iudi. in Clem. Pro qua opinione vide Doct. in l. ſi quis alicui. C. ad l. iul. maie. vbi lex loquitur de crimine *Ante torturam copia indiciorũ dãda eſt.* *Inſignis maleficus non gaudet iure communi.*

lęſæ maieſtatis, & glo. Et Docto. ibi expediunt illud crimen in hac materia indiciorum ſicut cætera. Patet etiam, quia licet in Extrauag. Ad reprimendam, detur ampla facultas procedendi in crimine lęſæ maieſtatis, tamen ſemper Bart. ibi vult vt denegetur defenſio, & hoc in mille locis. Et ideo l. quisquis. C. Ad l. iul. maie. quæ prohibet ne quis pro reis tentet interuenire, in caſu dictæ legis loquitur in iam damnato. Ita in effectu. Bart. l. furti. §. ope. C. de furtis. Et Salic. in l. vnica de rapt. virg. Et in fortioribus terminis habes decisionem Bald. in conſ. 95. quæ loquitur in crimine hæreſis. Neſcio tamen (ait Boſſius) quomodo ſeruaretur hæc opinio quamuis ſit iuris, imo quotidie videmus in atrociſſimis delictis prius deueniri ad quæſtiones, quam detur copia proceſſus, & ſuperiores hoc permittunt.

Conſuetudo in contrarium.

15 Qualiter autem elidantur indicia, ita vt non ſufficiant ad torturam, quæ tamen per ſe erant ſufficentia, vide Bart. in di. l. fin. c. de quæſtioni. Et Brunum in tract. fol. 5. in 5. quęſtione. Adde tamen dum dicit ꝙ indicium elidi tur per laudabilem famam, ſi bona fama ſit in ſpecie, vbi mala fama, vel indicium erat etiam in ſpecie, vt dicit Alex. in conſ. 77. 1. vol. Item vult Brunus ꝙ elidantur indicia quando reus ad eius fauorem habet alia indicia. Adde quæ dicit Boſſius in 2. q. de indiciis, dum ponit ꝙ vnus teſtis pro mendace illud tollit.

Fama quomodo elidat indicium.

16 Indicium etiam eliditur per præſumptionem contrariam, vel aliud indicium, Iaſon. in l. 1. c. commut. delegat. Et ſi in ſpecie vis ſcire vnumquodq; indicium quomodo elidatur, vide quæ ſupra diximus in tertio quæſito.

Præſumptio quomodo elidat indicium.

An ſit autem ſemper deueniendum ad torturam, videlicet in omni cauſa contra omnes perſonas, in qualibet parte iudicii, & ſiue adſint indicia tantum, ſiue etiam crimen ſit probatum. Ad primum dic, ꝙ in cauſa criminali non in leui delicto ſed in grauiori reus torqueri poteſt l. edictum. ff. de quæſtioni, & ibi Bart. & communiter doctores. Quæ autem dicantur leuia delicta ponit Brunus in tract. ſuo de indiciis, vltra quem vide Feli. in c. cum illorum. de ſent. excommunicationis. In

cauſa

cauſa vero ciuili reus nõ torquetur,maxime ſi ſit liber homo, etiam ſi de delicto agatur ciuiliter. *In ciuili cauſa reus nõ torquetur.*

17 An autem quælibet perſona torqueri poſſit, dic ꝙ poteſt. Excipiuntur tamen multi, vt milites, videlicet antiquæ militiæ, Doctores, decrepiti,minores,de quibus diffuſe vide Boſſium in pract. tit. de Indiciis. In criminibus autem exceptis exceptione carent, vide vt ſupra. *Exempti à tortura*

18 Quando autem torqueri debeant,dic quod lite conteſtata, vel inchoata, ſcilicet formata inquiſitione, & facta reſpõſione, & quod teſtes ſint repetiti, & examinati. Bart. in .l. ſi quis adulterium .ff. de adult. & l. 1. .ff de quæſtioni.requiritur etiam ſecundum Bart.in l. vnius .ff. de quæſtioni,licet nõ ſit in vſu, proceſſus publicatio. *Quando quis torqueri debeat.*

19 Exiſtente autem probatione vana erit tortura, quia tantũ in ſubſidium eruendæ veritatis Iudex reum torquere debet, ſcilicet quando aliter veritas haberi non poteſt. Aliter teneretur in ſindicatu .l. ędictum Diui Auguſti.& ibi Bart. .ff. de quæſtioni. Cauti tamen Iudices quando conuictum, vel confeſſum torquent, redigi faciant in ſcriptis ꝓteſtationem qua dicunt nolle reum torquere ſuper conuictis, & confeſſis, ſed tantummodo interrogare ſuper alijs delictis. *Vana tortura.*

20 An autem ſine indicijs poſſit interdum deueniri ad quæſtiones, & an de aliis delictis reus in tortura poſſit interrogari, & an de complicibus, & qui ſint caſus in quibus minus legitimis indiciis exiſtentibus poſſit torqueri explicat Salicetus in .l. fin. C. de quæſtioni. Vt quando interfectus inuenitur in domo, & ignoratur quis crimẽ commiſerit. Vide Boſſium vbi ſupra nu. 43.

21 De complicibus autem, & ſociis criminum dicit Bart. in .l. repenti .ff. de quæſtio.quòd in delictis quæ committuntur principaliter propter commodum proprium, vt in falſa moneta, & ſimilia, poteſt & in tortura, & extra torturam inueſtigare ſocios, & complices criminis, ſecus autem in aliis quę committuntur in odium alterius, vt in homicidiis, & ſecun- *Complices, & ſocij.*

dum

dum Bart. in l. prius. ff. ad ſylla. quid aliud dicere, niſi quod mandatarius qui eſt conuictus de homicidio, poteſt abſolute poni ad torturam, & interrogari de mandante? Nota tamen huius regulæ fallentias notatas a glo. in l. fin. C. de accuſa.

Seruilis, & libera perſona.

22 Prima quarũ erit ꝙ aut inquiſitus eſt ſeruilis perſona id eſt vilis, & ſeruilis conditionis, & tunc interrogari poteſt de mãdatoribus, & ſocijs. Nam tales perſonæ vt plurimum tamq̃ meticuloſæ, ſine ſocijs, ſuaſione, vel mandato non conſueuerunt magna delicta tentare. Aut ſunt liberę conditionis, quę ſine ſociis regulariter nõ committuntur, vt in latronibus viarũ, qui poſſunt interrogari ex hac ratione & de ſocijs, & de receptatoribus. Et in falſificantibus monetas, quia in eo exercitio plures ſunt neceſſarij. Et in his qui contra Principem moliuntur. Et in his qui hæreſim, vel dogmata noua profitẽtur, quia talia crimina nõ cõſueuerunt cõmitti per vnũ ſolũ.

Delictũ cõtra cõmunẽ omnium ſalutem.

23 In criminibus vero, quæ ſolent perpetrari ſine ſocijs, adhuc idem vbi ſit delictum quod ob communem ſalutem omnium radicitus ſit extirpandum, vt ſi contra magum, vel hæreticum procedatur, & vbi hoc ceſſet, nemo eſt interrogandus de aliis di. l. fin. & l. repetit. §. 1. quæ diſtinctio rationabiliter facta ponit rationem ad omnes fallentias. glo. in di. l. fin. & illam tene, quia lumen porrigit omnibus caſibus qui conſiderari poſſunt.

24 Aduerte tamen quia licet quis eſſet liber, & delictum potuiſſet per ſe ſolum committi, ſi tamen ille vilis eſſet, & cauſa nõ appareret quare id feciſſet, adhuc poſſet interrogari argumento eius quod dicitur de ſeruo, & ita voluit dicere Salic. in di. l. fin. Et nota ꝙ in ſpecie de aliquo Iudex aliquem non debet interrogare reum niſi ſit præſumptio contra eum, tunc enim propter talem præſumptionem poteſt torquendo illum interrogare, aliter non. Ita declarat glo. in di. l. fin. C. de accuſa.

Sine præſumptione reus nõ debet interrogare.

25 Nota etiam ꝙ ſocius de ſocio faſſus non facit indicium ad torturam, niſi alia addatur præſumptio, vel indicium, ſecundum Salic. in di. l. fin. C. de accuſa. ꝙ dictum quottidie praticatur.

ſticatur, Doctoresq; illud ſequi, vt patet per Hip. de Marſil. in l. 1. §. Diuus Anton. ff. de quæſtioni. & in ſingulari ſuo. 19. Idem tenet Tho. Gram. in conſ. 38. incip. formata Inquiſitione. nu. 1. 2. & ſequen. Franciſ. Caſon. in tract. de tormen. cap. 17. nu. 1. Idem autem aperte quoq; explicari, videtur in textu eiuſdem c. in fidei fauorem. §. præſertim, & ſequen. ibi. ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum tam deponẽtium, q̃ eorum contra quos deponitur qualitate, ac alijs circumſtantijs, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur. Ex his conſideret Iudex prudens quot in hac materia de ſocijs criminis diligenter ſint ꝓſpicienda. de quibus habes a di. Salic. Ex his habes quod mãdatarius contra mandantem, neq; falſus teſtis contra illum a quo dicit ſe fuiſſe ſolicitatum, non faciunt indicium ad torturam. Vide Boſſium in pract. tit. de indicijs. nu. 156. vbi etiã videre poteris qualiter paſſus ſodomitice faciat indicium cõtra agentem. num. 160.

26 Nota etiam ꝙ quæ non faciunt indicium per ſe ad torturã ſed cum aliquo alio indicio, vel præſumptione, duo tamen facerent indicium ad torturam, quia in ciuili facerent fidem. Et hanc conſequentiam facit Bart. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Sic igitur vides quomodo procedat hæc regula, ꝙ teſtes admittantur, vbi aliter veritas haberi non poſſit, & quam fidem facit eo caſu inhabilis, non ſolum ſi ita ſit propter crimen aliquod, ſed etiam ſi ex alia cauſa. Aduerte etiam ꝙ licet verum eſſet, vt ſi alij teſtes caſu non interuenerint, tũc illis crederetur qui interuenerint, tamen hæc qualitas eſſet probanda, nec ſufficeret, ꝙ teſtes qui interuenerunt dicerent alios non interueniſſe, quia non crederetur eis in qualitatibus quæ faciunt eos idoneos. Ita not. Alex. in conſ. 64. 1. vol. Procedit etiam illa regula vbi veritas aliter haberi non poteſt, inhabiles in crimine notati admittuntur, ſecundum Feli. in c. fin. de teſta. cogen.

Quod ꝑ ſe non facit, cum alio facit.

27 Diximus ſuperius ꝙ ſocius criminis in caſibus exceptis admittitur in teſtem, nunc autem queritur, an & quando admititur

titur aliquid tamen faciat, an vero eius dictũ in nulla ſit prorſus conſideratione. ſecundum fulg. & Decium dicimus, ꝙ facit indicium ad inquirendum in cauſis non exceptis. Ita Auguſt. de Roma. in l. ſi certus. ff. ad Syllan.

Minus legitima indicia quãdo requiruntur.

28 Vltimo quæritur qui ſint caſus in quibus minus legitimis indicijs exiſtentibus quis poſſit torqueri. Dic verum eſſe in his delictis quæ ſui natura non poſſunt probari niſi per certũ genus hominum iuxta ſuperius dicta, tunc admitti in teſtes eos qui alias nõ eſſent admiſſi, vt illi de capitulo, & de domo & ſimilium, & ita deuenitur ad torturam cum minus legitimis indiciis, declarando tamen vt ſupra, iuncta aliqua alia p̃ſumptione. Et ſimiliter in crimine lęſæ maieſtatis in qua admittuntur in teſtes ſocii criminis, vt Bal. in l. quoniam liberi c. de teſti. & aliter inhabiles præter inimicos. c. per tuas. de Symo. & Bar. in l. In quæſtionibus. ff. ad l. iul. maie. & licet requiratur, vt teſtis ſit omni exceptione maior, tamen (vt dictum eſt ſupra) vnus inhabilis, cum alia præſumptione quę ſuppleret illam inhabilitatem, ſufficeret, licet alias ſecus, & ita in effectu res redigitur ad id quod ſatis eſt. & facit, quod magis in hoc crimine lęſæ maieſtatis ſunt dandę defenſiones q̃ in alio, & minus credendum eſt Principi circa ſupletionẽ defectuum proceſſus, q̃ in aliis delictis non ita atrocibus. Ita probat tex. in Clem. c. Paſtoralis. de re. iudi. Et cum hęc materia ſit multum arbitraria quia certa lex non datur, poterit (vt diximus) Iudex arbitrari magis audacter in his caſibus deueniendo ad tormenta q̃ in aliis, ita quod ſi in his (vt ita dicam) deficeret iudicium aliqua ex parte, Iudex propterea non eſſet reprehendendus. Et ſi diffuſius de indiciis torturam præcedentibus ſcire libet, vide in practica Egidii Boſſii, vnde hæc pro maiori parte extraximus.

Indiciorũ copia quando, et quibus eſt deneganda.

Nota ꝙ reo indiciorum copia non eſt ante torturam danda, ſi inquiſitus erit malę famæ, malaq; vitæ, & olim ſic habitũ fuit. Ita limitat. Gand. in tract. maleſi. in rubr. quomodo de maleſi. cognoſ. per inquiſ. verſ. ſed quæro. num. 18. & Guid. de Suz. in di. tract. quem refert & ſequitur Auguſt. de

Arimi.

Arimi. in addi. ad Angel. Aret. in glo. ꝙ fama publica præc. in verſ. Item aduertas nu. 38. in ver. ex mero officio, Marſil. in l. 1. .ff. de aleator. quem refert, & ſequitur Boſ. in tit. de indiciis, & conſider. ante tort. nu. 76.

30 Item copia dari non debet, ſi reus ipſe non petit, ita limitat Brunus in di. tract. 9. 5. partis. 2. verſ. Item ad aliud debet aduertere iudex. nu. 51. Bonifac. vital. in rubrica, quæ indicia debeant præcedere. tort. nu. 10. Boſ. in tit. de confeſſ. nu. 16. & in di. tit. de indiciis. nu. 79. Foller. in pract. in 2. parte in rubr. fiat publicatio proceſſus. nu. 1. Melchion Facinus. in conſ. 78. nu. 46. & 47. Quæ limitatio tunc locum habere videtur, cum reus adeo ſagax, & prudens agnoſcitur vt iudex dubitare non debeat, quin ipſe ſciret indiciorum copiam cum termino ad ſe defendendum petere. ſecus autem ſi reus idiota, aut ſimplex, aut ignarus eſt, ita diſtinguit Marſil. in practica in .§. nunc videndum. a nu. 1. vſq; ad 20. poſt quem vide. Mar. ant. Blancum in di. tract. de indiciis. verſ. quarto. præmitto. nu. 31. vbi tenet. Iudicem indiſtincte non teneri ad dandum dictam copiam. quia aut reus ſponte in carceribus ſe conſtituit, & tunc ante debuit aduocatos conſulere, & res ſuas componere, vt per tex. in l. 2. C. de exhib. reis. Ibi. adhibita aduocatione. quod ſi non egit, ſibi eſt imputandum. Aut capitur, & vi in carceribus conijcitur, & tũc ex officio iudicis copiam dare non debet. per glo. in c. fin. de hære. li. 6. in ver. indiciis. quæ dicit proceſſum non viciari, ſi copia parte tacente non traditur. & allegat c. 1. & 2. de accuſa. eo. li. 6. Adducit idem Blanchus pro iſta opinione Cæpol. in conſ. 66. verſ. Nec poteſt. Et Angelus. in l. ſi vacantia. c. de bon. vacan. li. 10. col. 14. & 35. Demũ ipſe Blãch. conſulit, quod reis ignaris, & ruſticis, aut ſimplicibus, Iudex debet aſſignare aduocatos, & ſic officium ſuum pręſtabit etiam non petentibus. Et hoc modo videntur varia Doctorũ dicta. eandem limitationem ponit Fran. de Placentia in cõſ. 84. inter conſ. criminal. in pri. vol. num. 6.

Sagacis, & idiotæ differentia.

Seipſum conſtituens.

Ignaris aduocati ſunt dandi.

INFAMIA.

INfamia dicitur quaſi non fama, ab in quod eſt nō,& fama, 1
& eſt infamia læſæ qualitas dignitatis, vita & moribus re ꝓbata, vnde infamis dicitur cuius ſtatus,vita & moribus eſt re probatus. vt .ff. de in ius vo. l. ſed & ſi hac lege .§. prætor. in glo. & .ff. de obſe. a liber. l. honori. & l. licet.

Infamia triplex, quædam facti,quędam iuris ciuilis, & quę 2
dam iuris canonici. Abb. in c. teſtimonium. de teſti.

Facti. Prima incurritur vel propter crimen, vel quia iuſte fuit incarceratus, vel quia propter crimen repulſus a teſtimonio. vt in di. c.teſtimonium,vel quia apud bonos,& graues viros infamatur de aliquo facto .l. licet .ff. de obſe. a libe. & 6.q.1. c. ſunt plurimi, & not. in c. licet ex quadam .de teſti.

Iuris. Infamia autē iuris eſt quæ irrogatur per ſententiam,vel ipſo facto,in caſibus in quibus iure cauetur dumtaxat.l.1. .ff.de his qui not. infa.Et per Abb.in c.teſtimoniū. Item ipſo facto, vt exercendo vſuras.c. vſurarum.3.q.7.& hæreſes ſequendo, & de multis aliis modis not.ꝑ Silueſt.in ver.infamia.§.5.

Canonica. Infamia autem canonica incurritur per quodcumq; peccatum mortale, vt in c.Infames. 6.q.1. Et durat donec ſublatum ſit crimen, vt in di. c.Infames, vel per excommunicationem, & hæc eſt grauior.

Infamia facti eſt duplex, quædam ex temeritate oritur, & 3
ex peruicacia proprii capitis, præſertim circa ea quæ ſunt fidei, ſed non repelluntur a teſtimonio, vt in l. quoniam multi.C.de hær. Eſt & alia infamia quæ ſtat in leuitate opinionis & famæ in rebus turpibus quæ non ſunt probatæ apud graues, & bonos viros, & tales non repelluntur a teſtimonio in cauſis modicis, quæ videlicet ſunt modici momenti, ſed in cauſis arduis repelluntur. c. teſtimonium. de teſti. Et l. caſſius, & ibi glo. .ff. de ſenat. Propterea in iuuene multum confert probitas, & integritas vitæ. Hæc Zaſius in tit. de actio. .§. ſic itaq; diſcretis. Item nota ex Abb.in di. c.teſtimonium. de teſti. ꝙ infamia facti in criminalibus indubie repellit, & idem in grauioribus cauſis, niſi quo ad præſumptionem, in

aliis

aliis autem cauſis puto ꝙ admittantur. Sed plus, minus, vel nihil creditur ſecundum qualitatem, vel quantitatem infamię. de hoc videtur textus in c. licet. de proba. vbi dicitur, ꝙ quidam ex illis teſtibus erant ita malæ famæ, & leuioris opinionis, ꝙ modica, vel nulla eis erat fides adhibenda. Et in c. teſtimonium. de teſti. quod in verbo criminali ponit ſpeciale in cauſa criminali, ergo indiſtincte in ciuili non repellitur. Hæc Abb. vbi ſupra.

4 Infamis infamia iuris non redditur quis ſola confeſſione delicti in iudicio, ſed requiritur ſententia. vt not. Abb. in c. at ſi clerici. de iudi. quia oportet etiam ꝙ quis condemnetur de tali crimine. l. 1. ff. de his qui not. infam. Et intellige hoc, niſi ipſo iure irrogetur infamia, quia tunc ex confeſſione delicti eſt infamis, vt per Silueſt. in ver. infamia. §. 7. in fin. Infamia enim iuris quandoq; irrogatur ex genere delicti per ſententiam declarati. 3. q. 7. 5. Porro. *Infamia iuris quid requirat.*

5 Infamia iuris, ſecundum Abb. in c. Heli. de ſimo. tollit executionem ordinum, exercitium cuiuſcumq; dignitatis, & honorem quæſitum, & quærendum, vt dicit textus in l. infamis C. de decurio. Et collatio facta infami ipſo iure eſt nulla, per regulam, infamibus, de reg. iur. li. 6. & l. 2. c. de digni. facit c. Inter dilectos. de exceſ. prælat. Abb. in c. ſuper eo. de elect. *Infamia iuris quid faciat.*

6 Infamia autem facti, & infamia canonica licet regulariter ſecundum Abb. in di. c. teſtimonium. de teſti. repellantur infames a teſtimonio, talis tamen infamia tollitur per emendationem, vt per eundem in eodem loco, ſaltem quo ad hoc ꝙ eſt teſtificari. In cauſis tamen fidei admittuntur etiam infames, vt ſupra in ver. hæreſis. & infra in ver. teſtis. *Infamia facti quid faciat.*

7 Infamia canonica tollitur per abſolutionem, not. in c. teſtimonium. de teſti. infamia autem facti non tollitur ſimpliciter per pænitentiam, ſed per actum contrarium a mentibus hominum, id eſt per bona opera quæ ſequuntur, & hanc Princeps tollere non poteſt. *Infamia quomodo tollatur.*

8 Infamia autē iuris nō poteſt tolli niſi ꝑ Principē, vt not. in c. cū te. de re iudi. & ꝑ Abb. ibi. & in c. quia diligētia, de elect.

Infamiæ effectus. Infamia enim adimit omnem honorem .l. infamia . C .de 9
decu. li. 10. Abb. in c. ſuper eo . de elect . ideo cum multum grauat opinionem infamati, eſt omnino purganda, vndecũq; proceſſerit, ſecundum Abb. in c. at ſi clerici . de iudi . & in c. tua nos. de cohabi. cler. & mulier. Io. de Turr. cre. in cap. ſi malefic. 2. q. 3.

Nota tamen, ꝙ infamatus proprie dicitur cuius opinio eſt 10
læſa apud bonos, & graues viros, ſecus ſi eſt læſa apud viles, & maleuolos, nam de tali infamia non eſt curandum, imo tur pe eſt a turpibus laudari, quia videtur de complicibus laudã tium. Abb. in c. Inquiſitionis .§. quæſiuiſti. de accuſa.

Infamia a maleuolis orta. An autem ꝑ infamiam ortam a maleuolis, & inimicis poſſit fieri inquiſitio, vel indici purgatio, dicas ꝙ vbi conſtat infamiam ortam ab inimicis, ꝙ nec inquiſitio debet fieri, nec purgatio indici, vt per glo. in c. qualiter, & quando. 2. de ac cuſa. in ver . a maleuolis . Vnde in tali caſu poſſet dici, vanę voces populi non ſunt audiẽdæ. in c. Oſius. de elect. & populus cum male mouetur, eſt docendus non ſequendus . 60. ca. Docendus. Facit quod not. Bart. in l. de minore .§. tormentum. ff. de quæſtioni. vbi dicit non curandum de infamia, quã do non proceſſit ex probabilibus coniecturis, verum ſi infamia eſſet ſcandaloſa, vt quia populus propter hoc abſtineret a diuinis, vel aliud ſcandalum inde timeretur, tunc ſi per pur gationem ſedari poteſt, indicenda eſt purgatio. 2. q. 5. c. Mã datis. & ſi neceſſe eſt ꝙ fiat inquiſitio ad ſedandum ſcandalũ, fieri debet. Quia propter ſcandalum vitandum relinquitur quandoq; veritas iuris poſitiui, & quis quandoq; priuatur iu re ſuo, vt in c. 2. de Noui. ope. nunci. & c. cum teneamur. de præben. & in c. Nihil cum ſcandalo. de præſumpt.

Infamia ab uno orta. An autem ſi infamia tantum ab vno venerit, poſſit indici 11
purgatio, Innocen. in di . c. qualiter, & quando . opinatur ꝙ poſſit fieri inquiſitio, nec purgatio indici, quia tex. dicit, ſuſpectus ſoli ſuo Epiſcopo, vel aliis de plebe. Abb. in di . c. qualiter, & quando, dicit opiniones Doctorum adducendo. ꝙ ſi quis ſuſpectus ſit ſoli ſuo Epiſcopo, & talis ſuſpitio ſit ꝓbabilis,

babilis,tunc poteſt indici purgatio. Si autem ſit ſuſpectus aliis & ſit ꝓbabilis,& tanta vt inducat ſcandalũ. Et ꝙ dictum eſt, epiſcopo,intellige ſimiliter ſi ſit ſuſpectus alteri ſuperiori ſuo Iudici. Non enim eadem ratio inter ſuſpectum Iudici, & ſuſpectum aliis. Quia non ita de facili præſumitur contra Iudicem ſicut contra alios, vt in c.ad audientiam,de pręſumptio. In his tamen caſibus regulariter non debet procedi ad inquiſitionem propter ſuſpicionem, quia regulariter infamiam neceſſe eſt præcedere ad hoc vt fiat inquiſitio,vt in c. Qualiter & quando 2. de accuſa.& ibi Abb.Sed tu dic ꝙ in crimine hęreſis leuia ſigna ſufficiunt ad inquiſitionem, ſiue ad inquirendum, etiam ꝙ non præcedat infamia. Et ſic fallit regula hic. Vide ſupra in ver.Indicium. *Suſpicio inducens ſcandalũ.* *Non præſumitur contra iudicem.* *Leuia ſigna ad inquirendũ de hæreſi*

Nota etiam ꝙ cuiuſcumq; pœnę genus infamiam non irrogat,etiam ſi delinquens incarceretur, non ſequuta ſententia contra eum. glo. & Doct. in cap.ſuper his. de pœnis. Et vide not. in l. ictus fuſtium .ff. de his qui not. infam. *Pœna ꝗlibet non inducit infamiam.*

12 Infamia probatur per duos, vel tres bonæ famæ viros,quia vbi numerus teſtium adducitur, duo ſufficiunt .ff. de teſti. l. vbi. Gandi. in ſuo tract. malefi. in rubr. quomodo cognoſcatur de maleficio per inquiſitionem .§. ſi autem ille negaue. Et nota ꝙ ſufficit ſi teſtes dicant illum de tali crimine diffamatum,& interrogati debeant dicere apud quos ſit illa infamia, vel dic ꝙ ſufficit,ꝙ de illo maleficio eſt rumor, vel infamia in tali contrata contra iſtum, non nominando aliquas ſingulares perſonas. Vide Gandinum in loco allegato. *Infamia quomodo probetur.*

Nec eſt neceſſe ꝙ iſti teſtes ab hiſdem prouidis viris,& diſcretis audierint eodem tẽpore, & eodẽ loco,ſed in diuerſis. Et hoc quia quũ illa ratione tantũ habeant probare infamiã, ſufficit ſi teſtes de hac & ſuꝑ hoc fuerint cõcordes. arg.ff. de peti.hęred.l.ſi quis libertus.§. quotiens ff.de arbi.l.ſi arbiter, & C.de iur. & fact.ignor.l.cum falſam. Vide Gãdi.vbi ſupra.

Nec eſt neceſſe quod cõcordent in & ſuper cauſis ſciẽtiæ, vnde ſi teſtes dixerint de illa infamia quia audierunt, non debent probare ꝙ ſic audierunt, nec habet vnus teſtis cum alio

concordare,

concordare, ſcilicet de loco, & tempore, & cauſis ſcientiæ, quia de illis nulla eſt quęſtio de fama, vel infamia, vnde quãq; iudicentur ſingulares in dictis ſuis, tamen ſtabitur aſſertioni eorum. Hæc Gandi. vbi ſupra.

Infamatus per teſtes. Infamiã probatã per teſtes, infamatum non poſſe probare ſe eſſe bonæ famæ, & ſic repellere inquiſitionem ſuper veritate criminis, & tollere malæ famæ probationem, tenet Iohan. And. quia videretur fruſtratoria. Nam ſi centum dicerent aliquem eſſe malæ famæ, & mille ꝙ eſſet bonæ famæ, probatio ſuper bona fama non releuaret quin ſaltem remaneat apud illos diffamatus, & ſic reſpectu illorum fienda eſt inquiſitio. Tancredus tenet contrarium, & ꝙ ſtandum eſt plurimorum dicto. Hoſtień. dicit ꝙ probatio admittitur, ſed an præiudicet contrariæ probationi, debet attendi quid habeat communis vox exterior, & debet attendi qualitas teſtium, & perſonarum, & ſecundum hęc Iudex arbitrabitur quæ probatio valeat. Abb. poſt Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. dicit quod aut teſtes vtriuſq; partis deponunt ſuper fama eiuſdem loci, & eiuſdem temporis, & tunc ſtandum eſt teſtibus magis idoneis. Aut teſtes hinc inde ęquales ſunt, & tunc ſtandum numero. vel datur numeri paritas, & tunc ſtabitur probationi magis veritati ſimili. Et ipſa veriſimilitudo debet attendi in infamia, quia ſecundum Bart. non ſufficit teſtes dicere infamiam eſſe apud populum, ſed debet reddi cauſa conſurgens ex aliqua ſimili præſumptione. Colliguntur omnia iſta ex Abb. in c. cum oporteat, & in c. Inquiſitionis, §. fin. de accuſa. & in c. cum in tua. de ſpon. Bal. in l. qui accuſare, c. de eden. & in l. Diuus Adrianus. ff. de teſte. mi. 13

Qualitas teſtium eſt attendẽda.

Infames in teſtes admittũtur. Infames admittuntur in teſtes generaliter in crimine lęſæ maieſtatis, per textum in l. famoſi. ff. ad l. iul. maie. & ibi not. per Docto. maxime Bart. Et in l. In inquiſitione. ff. co. tit. vbi eſt tex. clarus. Ad hoc vide tex. in c. per tuas. de ſimo. & c. fin. de teſti. not. Abb. & Io. And. Non tamen integri teſtes, vt in di. c. per tuas. de ſimo. quare vnus teſtis infamis non ſufficeret ad torturam inferendam, per ea quæ habentur in l. 1. 14

.§. Item

.§.Item lex cornelia, & ibi Bart. .ff. ad leg. corneliam de falſis. Et ita dixit Alex. in conſ. 11. nu. 9. 1. vol. & ibidem nu. 10. vbi dixit ꝙ etiam in caſibus vbi ſpeciali iure inductum eſt ꝙ teſtes infames recipiuntur, huiuſmodi teſtes non debent recipi ſine tormentis, alleg. not. per glo. Inno. & alios in c. cũ P. accuſa. & glo. in di. c. per tuas. Idem voluit Mariil. in cõſ. 109. nu. 14. pri. vol. & conſ. 79. 2. vol. nu 8. & in ſingul. ſuo. 457. vbi etiam adducit Bal. qui tenuit oppoſitum, & dictum ſuum non audet approbare. Teſtes igitur ſolam præſumptionem faciunt alijs non concurrentibus adminiculis. textus eſt in di. c. Per tuas, in .§. Nos vero, vbi Abb. in 4. not. & ſcias, quod ſi teſtis infamis ſit etiam inimicus, nullo modo admittetur. vt per Angel. in di. l. famoſi. Et vide Feli. in cap. teſtimonium. de teſtibus. *Teſtis ſine adminiculis.*

15 Infamia cum alio aliquo indicio operatur vt quis ad torturam poſſit poni, & non ex ſe ſola. Ita dixit Bar. in l. fin. .ff. de quæſtioni. Et in l. de minore. §. tormenta. eo tit. Angel. in tract. maleſi. in glo. fama publica. in verſ. Et an fama publica. Et ibi etiam Augu. de Arimino. in alleg. loco. Et ita ſingulariter dixit Bart. in conſ. 192. quem refert, & ſequitur Bal. in conſ. 131. 2. vol. Feli. in c. veniens. de teſti. Nam vehemens opinio habetur pro ſcientia, & certitudine, vt latæ habetur per Feli. in c. pri. de ſum. tri. & fi. ca. & per Marſil. in l. Patre, vel marito .ff. de quæſtioni. Et in ſingul. ſuo. 205. & 97. & vide eundem Marſil. in pract. crim. §. Diligenter. nu. 18. 19. & 20. *Infamia ſola.* *Vehemens opinio pro ſcientia habetur.*

INFIDELIS.

1 INfidelis, ſicut & hæreticus contra chriſtianum teſtis eſſe nõ poteſt, Abb. & Io. de Ana. in c. dubius. de hære. li. 6.

INIVRIANS.

1 INiurians Inquiſitori poteſt per ipſum Inquiſitorem puniri, quia hoc crimen commiſſum in Inquiſitorem videtur tangere Eccleſiam 2. q. 7. c. ſi quis ab Epiſcopo. maxime dum eſt in actu explicandi officium, quia non videtur ſibi facta prætextu ſuæ perſonæ, ſed prætextu, & in contemptum, ſeu impedimentum

dimentum officij. vt de foro. comp. c. 2. de ſent. excom. cap. cum deſideres. §. fin. De maledic. c. 1. Et facit. de pœnis. c. Romana. li. 6. Vnde nimirum ſi ipſa idem cognoſcet, & puniet de prædictis, & pœna erit arbitraria, prout dictum eſt in ver. impedientes, ſcias tamen ꝙ talis iniurians grauius punietur, quam ſi alteri priuatæ perſonæ iniuriam intuliſſet, vt. ff. de iniurijs. l. Iudici. ff. de pœnis. l. aut facta. §. perſonam. cũ ſi.

Verbo, vel facto illata iniuria. Adde quomodo verbis cuiꝗ infertur iniuria. vt per Angel. de malef. in glo. verba iniurioſa. per to. Et quod facto, verbo, & literis fiat iniuria, vide late per Hoſt. in ſum. tit. de iniur. §. quot modis. Bonif. Vital. in rubri. de iniurijs, & per Lancil. Conr. in prᴂt. de cauſ. criminal. tit. de iniuriantibus a nu. 3. & nu. 11. vſq; nu. 17. Tabie. & Silueſt. in ver. iniuria. Vide Zanchinum c. 32. & ibi additiones.

INIMICITIAE.

INimicitiæ quæ repellant teſtem, & quæ non, vide. l. 1. ff. de quæſtioni. Et communiter relinquitur arbitrio Iudicis, niſi ſint capitales, quæ indiſtincte repelluntur, Abb. in c. cum oporteat de accuſa. 1

Inimicus capitalis quis. Inimicus capitalis dicitur, qui de maiori parte bonorum alicuius egit, vel eum accuſauit criminaliter, vel minatus eſt ei mortẽ. l. licet. ff. de arbi. Et in c. Repellantur, & in c. cũ oporteat. de accuſ. ibi Abb. Bal. in conſ. 296. & Alex. in conſ. 118. 2

Adde ex Directorio. in par. 3. in tit. de prorogantibus ꝓceſſum fidei. verſ. ſecundum quod prorogat. Nec putet (ait) delatus de hæreſi teſtes a iudicio in cauſa fidei faciliter repellendos. Nam a ferendo teſtimonium non repellit legitime quemꝗ, niſi ſola inimicitia, non quecumq;, ſed capitalis, vtpote vel quia mors inter eos eſt de facto illata, vel intentata, vel ea quæ ſunt ad mortem inductiua, atq; obuia, vel vulnera grauia, & lethalia ſunt ſecuta, & ſimilia quæ animi peruerſitatem, & malignitatem agentis contra paſſum indicant manifeſte. Propter quod præſumitur, ꝙ ſicut intentauit contra iſtum mortem corporalem, eo modo illum, ſcilicet vulnerando, ita intentaret nunc hæreſis crimen imponẽdo, & ſicut 3

voluit

voluit ei auferre uitam, ita uellet nunc auferre famam. Quare tales (inquit) inimici capitales a teſtimonio legitime repelluntur. Adde, & Bart. in l. 3. ff. ad adim. lega. §. fi. dicentem, Capitales inimicitias eſſe, cum quis minatus fuit mortem, uel accuſauit de crimine capitali, uel occidit aliquem conſanguineum meũ. Graues autem illę cenſentur, quæ inter eos oriuntur, qui de bonis ciuiliter litigant. quæ confirmat Panorm. in c. Accedens. 2. ut lite non cõteſt. no. 3. ſed tu ſemper recole limitationem Felini circa minas, ſi videlicet ille potens eſt, & ſi quod minatur, ut plurimum efficere conſueuit. *Capitales inimicitiæ quæ, & quales ſint.*

4 De aliis autem inimicitiis, præſertim grauibus, id ibidem docet, ꝙ videlicet & ſi teſtes nõ omnino repellant, eorũ nihilominus dictum aliqua ex parte inefficax, ac debile adeo reddũt, ut plena fides taliũ atteſtationibus minime ſit adhibẽda, niſi ab aliis adminiculis adiuuẽntur, aut aliorum teſtium dictis addantur. Ob eam cauſam dicit ipſius directorii auctor, & Panor. in d. c. Accedens, & de Accuſa. c. cum oportet, & Feli. in d. c. quoties de teſti. nu. 4. ꝙ in his multum uerſatur arbitrium iudicis, cuius prudentiæ, & diſcretioni relinquitur, vt ipſe uideat an graues, vel leues, aut capitales ſint inimicitiæ.

INQVISITIO.

1 INquiſitio ſecundum Hoſtieñ. in ſumma de inquiſitione, eſt alicuius criminis manifeſti ex bono, & æquo, iudicis cõpetentis canonice facta inueſtigatio. Sed nota ſecundum Abba. poſt d. Hoſt. ꝙ quædã inquiſitio generaliſsima dicitur, vt quãdo Prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouinciæ. de qua c. ſicut olim. de Accuſa. Et in c. Romana. de cenſi. li. 6. Et in hoc non eſt opus infamiam præcedere, imo tenetur ipſe Prælatus quolibet anno hanc generalẽ facere inquiſitionem. *Generaliſſima.*

2 Quædam eſt inquiſitio generalis, ut quando inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis, vel caſtri, ſeu alicuius loci. Et tunc etiam non exigitur, ꝙ infamia præcedat. Ad hoc. c. 1. de offi. ordi. Et. l. congruit. ff. de offi. pręſid. *Generalis.*

3 Quædam eſt inquiſitio ſpecialis, vt illa quæ fit contra cer- *Specialis.*

BB tam

tam perſonam,& fit non ad pœnam imponendam,ſed ex debito officij,vt ꝙ matrimonium carnale non contrahatur propter aliquod impedimentum, uel non promoueatur quis ad prælaturam,& ſimilia. Et hic non exigitur præcedẽs infamia, vt c. poſtquam, & c. dilecti. & c. nihil. de elect. Et Inno. in c. 1. de exceſ. præl. Hoſtien. in c. vnico. vt Eccle. benef. Quãquam iſta ſpecialis inquiſitio fit ad pœnam imponendam, & tunc ſi ad denunciationem publici officialis fit, non opus eſt quod infamia præcedat .l. Ea quidem .C. de Actio. & c. Præterea. de teſti. cogen. Sed non denũciatur niſi notoria, alias non crederetur denunciantibus, de quo tunc dic vt in iuribus præallegatis.

Infamia præcedẽs quãdo nõ exigitur.

Ex ſpeciali infamia deferẽte.

Quandoque fit inquiſitio ex ſpeciali infamia deferente, & tunc aut proceditur contra Prælatum ſecularem, aut cõtra ſubditum ſecularem, aut contra regularem. Primo caſu cum contra Prælatum ſecularem, non debet fieri niſi præcedat tãta infamia, ꝙ ſine ſcandalo, vel periculo diſſimulari non poſſit. Text. in c. Qualiter & quando. 2. de Accuſa. Sed contra ſubditum ſecularem non requiritur timor ſcandali, vel periculi, ſed ſatis eſt infamiam clamoroſam præceſſiſſe, vt in eodem .c. qualiter, & quando. 4

Ordo ſeruandus ĩ inquiſitione cõtra regularẽ.

Tertio caſu contra regulam, aut agitur ad pœnitentiam ſeu ad correctionem, & non eſt neceſſe ſeruare hunc ordinẽ, licet de facili,& ſine ſtrepitu procedi poteſt, vt in c. reprehẽſibilis. de Appel. Si vero contra Prælatum regularem, vt contra Abbatem, priorem conuentualem, & ſimiliter habentem curam auctoritate Epiſcopi, vel alterius ſuperioris, debet iſte ordo ſeruari, ſed non ad vnguem. Si contra alium regularem obedientiarium, & tunc non ſeruabitur iſte ordo, quia poteſt remoueri ad libitum Abbatis, vt in c. cum ad monaſterium, de ſta. regul. Et quis poſſit inquirere cõtra regularem, vide Abba. in c. ſi quis contra clericum, de foro compe. Et infra cum de auctoritate inquiſitoris dicemus. Ex his omnibus habes, ꝙ modus inquiſitionis regulariter, & ordinarie eſt de iure canonico, & maxime cum infamia præcedit. Vide 5

quod

quod hunc ordinem procedendi per inquiſitionem appellat Inno. ordinarium in c. dilecto. de verb. ſig. l. 6. licet in c. cũ oporteat. de Accuſa. appellat extraordinarium, cetera de inquiſitione vide in quinta parte directorii noſtri, vbi agitur de ordine procedendi, ſed pro nunc ſat eſt ſcire quid ſit, & quotuplex ſit inquiſitio.

INQVISITOR.

1 INquiſitor, iuxta ſuperius dicta, eſt competens iudex ex æquo et bono, canonice inueſtigans cauſam & originem alicuius criminis manifeſti. Ex hac generali diffinitione inquiſitoris ſequitur ꝙ contra quodlibet genus peccati, ſi detur quoquomodo manifeſtatio, poteſt, & debet conſtitui inquiſitor. Et quia contra religionem ſemper inſurrexit infidelitatis error manifeſtus, ideo Deus maximus optimus ſemel & iterum egit inquiſitorem primũ ipſe, mox mortalibus non omnibus, ſed quibuſdam id officii delegauit. Nam poſt prothoparentis lapſum eius errorem inquirere volens, ei tamq̃ perpetrati facinoris indagator, & vindex apparuit dicens Adam vbi es? Gen. 3. & in Sodomas deſcendens clamor (inquit) Sodomorũ, & Gomor, eorũ uenit ad me. Gen. 18. cõtra Pharaonis pertinaciã inquirere volens Moſen miſit Exod. 3. contra Iezabel, & Achab Apoſtaſiam, ad Baal ſacerdotes deſtinauit Heliam. 3. regum vltimo. Et cõtra in dies ſuccreſcentes errores, & infedelitates, ſecundum temporum viciſitudines tamq̃ inquiſitores varios prophetas miſit. Poſt mortem etiam ſaluatoris act. 8. legimus ſummos ſacerdotes Paulum Tarſenſem in Damaſcum ad ſynagogas inquiſitorẽ miſiſſe, vt ſi quos inueniret Chriſti ſeguaces uinctos perduceret in Hieruſalem. *Primus Inquiſitor.*

2 Etiam & inter Gentiles maxime apud Romanos mos fuit inueſtigandi & caſtigandi hominum exceſſus contra Deorũ ſuorum religionis, vel potius vanæ ſuperſtitionis antiquiorem ritum, vt patet in Titi Liuii decadis tertiæ libro quinto vbi ſic legitur. *Inquiſitor etiam apud Romanos.*

Quo diutius trahebatur bellum, & variabant ſecundę ad-

uerſæq; res, non fortunam magis,q̃ animos hominum tanta religio,& ea magna ex parte externa ciuitatẽ inceſsit, ut aut homines, dij alii uiderentur facti. Nec iam in ſecreto modo atque intra parietes, ac poſtes contemnebantur Romani ritus,ſed in publico etiam,& foro,capitolioque mulierum turba erat ſacrificantium, nec precantium Deos more patrio ſacrificuli ac uates ceperant hominum mẽtes.quorum numerum auxit ruſtica plebs ex incultis diutino bello, infeſtisque agris egeſtate,& metu in vrbem cõpulſa,& quæſtus ex alieno ære facilis,quem velut ex conceſſæ artis vſu exercebant. Primo ſecrete bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad patres etiam,& ad plebem querimoniam exceſſit res.Incuſati grauiter ab ſenatu Aediles Triumuirique capitales ꝙ nõ prohiberent,cum emoueri eam multitudinem e foro,ac diſijcere apparatus ſacrorum conati eſſent,haud procul fuit quin violarentur. Vbi potentius iam eſſe id malum apparuit,q̃ vt minores per magiſtratus ſedarentur, M. Emilio Prætori vrbis negotium ab ſenatu datum eſt, vt & his religionibus populũ liberaret. Is & in concione ſenatuſconſultũ recitauit,& edixit, vt quicunque libros uaticinos,precationeſue,aut artẽ ſacrificandi conſcriptam haberet,eos libros omnes,literaſq́; ad ſe ante calẽdas Apriles deferret,neu quis in publico ſacro ue loco, nouo aut externo ritu ſacrificaret. Nec mirum ſi Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica ad fidei orthodoxæ puritatem conſeruandam,hęreſumque extirpationem Inquiſitionis officium inſtituit. Nouis enim indies ſuccreſcentibus hæreſibus excubatores,qui circa uineam domini uigilias cuſtodirent, multiplicare decebat.

Iudex librorum prohibitorũ apud Rom.

Inquiſitoris conditiones.

Inquiſitoris hæreticæ prauitatis conditiones contineri plene uidentur in Bulla Vrbani eius nominis quarti, quæ incipit, Præ cunctis, vbi habetur vt infra, Prouidemus igitur ad præſens perſonas aliquas circumſpectas pro tanto negotio deputari,quarum honeſta conuerſatio exemplum tribuat puritatis,& doctrinam fundãt labia erudita ſalutarem, [illegible]ro ipſorum miniſterio præfatæ partes ab huiuſmodi contagii 3

expug-

expurgētur,& infra.Quatenus charitate Dei hominum poſt poſito timore uirtutem ſpiritus induentes exalto prædictum officium & c.

4 Inquiſitoris ætas eſſe debet quadraginta annorum, ita videlicet ꝙ quadrageſimum annum inceperit,ut in c.Nolentes de hære. in clem . quæ ætas etiam in ipſorum inquiſitorum commiſſariis ſeu uicariis requirebatur, ut dicit Io. And.in glo. c.ſuperalleg. ſed alii aliter dicunt, videlicet,ꝙ poteſtas delegandi Inquiſitoribus arctius ſit reſtricta,videlicet,ꝙ poſſint ſubdelegare, & committere receptiones denunciationū, formationes inquiſitionum, citationes perſonarum, & examinationes teſtium,ac cętera præparatoria, ſeu media litis, non autem ſententias.Et hoc per quęndam extrauag.Clemētis Papæ quarti eius nominis, quę incipit, Licet ex omnibus. quæ fuit approbata per Vrbanum quartum. Et ita ut plurimū ab Inquiſitoribus de conſuetudine obſeruatum eſt in multis partibus uſq; ad tempus Clemētis eius nominis ſeptimi, qui conceſit Inquiſitoribus, ut poſſint ſubdelegare ſibi vicarios qui ſint ætatis annorūm triginta, ut patet per Breue conceſſum fratri Paulo de Papia inquiſitori Ferrarienſi ſic incipiēs. Cum ſicut.ubi ſic habetur, Decernimus inſuper vt ueſtros vicarios ſiue commiſſarios inſtituere valeatis viros ſcientia probos,prouidos,aptos,& idoneos, dummodo ętatis trigeſimum annum attigerint. *Inquiſitoris ætas.* *Vicarij ætas.*

5 Inquiſitorum auctoritas eſt a ſede Apoſtolica, & eſt delegata,quia Inquiſitor nullam habet iuriſdictionem nec in perſonis,nec in criminibus,niſi quantum,& circa quos ei confertur a ſummo Pontifice.quæ quandoque immediate,& oraculo viuæ uocis,& per ſuas literas Apoſtolicas,quandoque cōmittitur alicui Cardinali,vel Epiſcopo, ſeu eius legato,regulariter tamen committitur mediāte Magiſtro Generali ordinis Prędicatorum, vel mediante Generali Miniſtro ordinis Minorum,quatenus in partibus eis traditis valeant de fratribus ſui ordinis de Inquiſitoribus prouidere.vt habetur ex eorum priuilegiis.Qui quidem Inquiſitor eſt tantum ſedis Apoſtolicæ *Auctoritas.*

ſtolicæ, & non alterius delegatus. Licet enim Papa commiſerit prædictis ordinum Prædicatorum, & Minorum prælatis quatenus perſonam eligant idoneam, nullam tamen ſic eligẽtibus contulit poteſtatem, utpatet in literis Clementis, & Vrbani eius nominis quarti, in quibus ſic habetur. Nam ſi prædicta ſedes interdum prælatis aliquibus veſtrorum ordinũ per ſuas literas ſub certa forma commitat, ut ad exercendum inquiſitionis officium cõtra hæreticam prauitatem aliquos ſuorum ordinum fratres aſſumere valeant, ipſoſque cum expedire uiderint amouere, ac alios ſubrogare, nec tamen per hoc quod ipſis ea duntaxat cauſa in hac parte committatur, quia de fratrum ſuorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præſumuntur, aliqua eis ſuper huiuſmodi inquiſitionis negotio uobis immediate a prædicta ſede commiſſo & cõmittendo facultas, vel iuriſdictio attribuitur, ſeu poteſtas. Vnde inquiſitores a ſummo Pontifice immediate habent poteſtatem, & eius funguntur auctoritate, & non alicuius promotoris, ſeu inſtituẽtis, unde etiam mortuo inſtitutore, & etiam ipſo ſummo Pontifice cuius nomine inquiſitor fuerat inſtitutus, auctoritas ipſius inquiſitoris non ſpirat, ut habetur in c. Ne aliqui. de hære. li. 6. vtuntur ergo inquiſitores poteſtate delegata, & nõ ordinaria, vt habetur in literis Vrbani & Clementis eius nominis quarti vt ſupra, & expreſsius in di. c. Ne aliqui, & in c. Multorum de hære. in Clem.

Quã auctoritatẽ habeant Inquiſitorum inſtitutores.

Subdelegare poteſt delegatus.

Nota ad præſens propoſitum, ꝙ delegatus Papę iuriſdictionem ſibi commiſſam poteſt ſubdelegare alteri in totum, & pro parte, ſed in primo caſu non remanet iudex, nec poteſt ad illum amplius appellari. ſecundo autem modo ſic, vt in c. ſuper quæſtionem, de offi. deleg. qui ſubdelegatus non poteſt recuſari ſine cauſa, & ſi recuſatur debet recuſari ſecundum Inno. coram legato ante inchoationem cauſæ, & non poſt, quia cum nondum inceperit exercere iuriſdictionem, non videtur efficaciter in illum iuriſdictio tranſiſſe. Epiſcopi autem vtuntur auctoritate ordinaria in non exemptos, delegata autẽ in exemptos, iuxt. c. Ad abolendam, de hęre. & c. per hoc eo. li. 6. 6

Et

7 Et quia Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunque Ordinario quia uices gerit delegantis,ut in c.fin. di. 93. Et l. fin. ff. de off. eius cui. man. videndum eſt, an inquiſitor maior ſit Epiſcopo in officio ſuo. Pro quo notandum eſt, ꝙ Epiſcopi & Prælati, vt iam dictum eſt, & patet in c. per hoc de hære. li. 6. quandoque procedunt contra hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi auctoritate delegata, prout faciunt ſemper ipſi inquiſitores,& tunc pares ſunt, quia & iſti,& illi ab eodem,& ad eandem rem delegati ſunt. Vnde quãdo Epiſcopus, & inquiſitor procedunt contra aliquem exemptum, pares ſunt,& vnus altero maior non eſt,nec impedire eũ poteſt.arg. di. 21. c. inferior. Si autem Epiſcopus procedat auctoritate tantum ordinaria,videtur quidem ꝙ præcedere debeat auctoritas ordinarii, quia uidetur habere firmiorem iuriſdictionem,cui per ſpecialem non derogatur,ut in c. ſignificauit,de offi. ord. Et ſimiliter non uidetur conueniens,ut maior uadat ad minorem, qui etiam quandoque eſt ſimplex ſacerdos. Iuriſdictio inquiſitoris non uenit priuatiue,cum non deroget ordinariæ poteſtati, ut per c. Per hoc de hære. li. 6. Item quando in auxilium extraordinarium de nouo introducitur in auxilium ordinarij,tunc cum illo cõcurrit, iuxta not. in l. in prouinciali .ff. de op.nun.per Bar. in l. 1. §. dixerit.

Delegatus papæ maior ordinario.

Quando pares ſine Epiſcopus,et Inquiſitor.

In contrarium eſt, quia Inquiſitor in cauſa fidei eſt delegatus Papæ, & idem dicitur de ſubdelegato Inquiſitoris auctoritate apoſtolica, vt per c. vt officium, & c. vt inquiſitionis. c. vt commiſſi. c. per hoc. de hære. lib. 6. vbi & frequenter de hac materia agitur. Neq; dubitat aliquis, an Inquiſitor ſit delegatus Papæ in cauſis fidei contra hæreticos, eius enim inſtitutionis cauſa,& ad hoc formaliter tendit,quod etiam poſſit alios ſibi ſubdelegare, patet ex literis ſuæ inſtitutionis. Et ideo ſibi ſubſtitutus eadem auctoritate Apoſtolica ſibi delegata & conceſſa utitur, ac ſi inquiſitor eſſet præſens, c. ex literis de offi. deleg. & l. quædam. §. Nihil .ff. de eden. Et ff. de tuto. & cura. da. & ff. de ritu nupt. l. palam. §. 1. Vnde ſubdelegatus inquiſitoris perſonam,& locum eius tenet in iudicando,

In cauſa fidei Inquiſitor ẽ delegatus.

Maior Epiſcopo in quibus ſit Inquiſitor.

cando. Iudex ergo delegatus a Papa eſt maior in officio ſuæ delegationis quocunque ordinario. textus eſt clarus in c. ſane quia de offi. deleg. vbi indiſtincte, & abſolute dicitur, Iudex a nobis delegatus vices gerit. Vnde in cauſa illa ſuperior eſt, & maior illis, quorum cauſam ſuſceperit nominãdam. Et ita dicit eum habere iuriſdictionem contra Epiſcopum, & contra quamlibet perſonam molientem ſuam iuriſdictionem impedire, ut poſſit vel interdicti, uel ſuſpenſionis ſententiam fulminare in huiuſmodi, &c.

Et ita etiam temperate procedens poterit Epiſcopo vel ingreſſum Eccleſiæ, uel ſacerdotale officium interdicere, quia delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa iuriſdictionem habet ſuper Ordinarium, & ſuper quencunque maiorem, quia gerit vices delegantis. in c. fin. di. 93. & l. fin. ff. de off. eius cui men. Abb. in c. cum iura. de off. deleg. Hoſt. in ſum. eo. tit. §. quę iuriſdictio, vbi ait. Eſt autem hæc iuriſdictio honorabilior ordinaria. c. cum hæreticum, de off. deleg. Et c. cum olim. quia cum uices Papæ gerat, honorandus eſt, & hoc ſicut Papa. di. 94. c. 1. & 2. vbi Diaconus tenet locum ſuper ſacerdotem ratione perſonæ cuius uices gerit, imo & ſubdiaconus locũ Papę mittentis tenet, ideo maior eſt quolibet Ordinario. Et licet ſit perſonæ, & dignitati deferendum, non tamen hoc dicitur quo ad merita cauſarum, ſed forte in coactionis illatione, & in aliis huiuſmodi, quibus eſſet contra ipſum agendum in puniendo eum tamquam rebellem, & contumacem, quo caſu ex dignitate perſonæ forte mitius ageretur. di. c. ſane. Idem dicit ſpec. prima parte tit. de iud. de leg. §. ſequitur item inno. in c. ſignificaſti. de offi. deleg. Abb. ibidem. Vnde generalis legatus nõ poteſt impedire iuriſdictionem delegati, nec irritare ſententiam quam ipſe promulgauerit. c. ſtuduiſti. de off. deleg. Epiſcopus itidem non poteſt abſoluere excommunicatum a delegato. c. paſtoralis. de off. ordi. quia delegatus quantum ad illud maior eſt Ordinario, ut ibi dicunt. Nec officit propoſito noſtro quod habetur in c. ſignificaſti. de offi. ordi, vbi ordinarius reuocat excommunicationem in eum qui a

delegato

delegato fuerat abſolutus, quia dicitur ibi, quod propter malitiam, et diſſidium iudicis delegati aliquis remanebat in ſtatu nephariæ communicationis, quod iure prohibetur. Auctoritas enim Eccleſiæ cuipiam delegata nõ debet eſſe in deſtructionem, ſed in ędificationem, & cõſeruationem iuris, et ideo iniungitur ut eum reuocet in excommunicationem, quia iure optimo fuerat innodatus. Vnde Epiſcopus propria auctoritate illud non attentauit, imo ex eo cõuincitur, quod nullam in ea cauſa iuriſdictionem ex ſe poterat exercere. Concluſio ergo uerisſima eſt, ꝙ delegatus a Papa quantum ad cauſam ſibi cõmiſſam maior eſt omnibus illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam, & omni legato, atque ordinario. Et cum inquiſitor hæreticæ prauitatis ſit delegatus Papæ, & iudex in ſolidũ in cauſa fidei, ideo eſt maior ea in cauſa Ordinario, nec obſtat quod ab aduerſariis poteſt adduci, videlicet, quod iura allegata non priuatiue debent intelligi, non enim priuatur Ordinarius iure ſuo, ſed habet inquiſitorem tanquam ſocium, quia (ut iam dictum eſt) quotienſcunque auxilium extraordinarium de nouo introducitur in auxilium Ordinarii, tunc cum illo concurrit, iuxta not. in l. In prouinciali. ff. de op. nun. per Bart. l. 1. §. dixerit aliquid de publica. Hæc enim ex malo intellectu literæ in quolibet textu adducto procedũt, & quidem ad c. ſane, & ad ſimilia alia iura ꝙ priuatiue intelliguntur. non enim ius Ordinarii reſpectu inquiſitoris dicitur, quod non faciant ad propoſitum, & ſi non uideantur priuatiue procedere. Iura vero communia ſibi, & inquiſitori, ſcilicet c. per hoc, nihil adimũt de poteſtate ordinaria Epiſcopo, nec plus tamen iſta iura ei conferunt, q̃ ſibi competat iure ordinario, vt ibi patet, & per Doctores. Et ideo illa iura abſolute legenda ſunt, & nihil omnino faciunt pro aduerſa parte, vt & Doctores pro delegato adducti, videlicet Inno. Hoſt. ſpec. Abb. & glo. vbique indiſtincte loquuntur, quod videlicet delegatus eſt maior Ordinario. Quod autem ea iura, ſi non in omnibus in quibuſdam tamen priuatiue intelligantur, patet quia in aliquo Epiſcopus nõ poteſt ita ſe intromittere in of-

In deſtructionem Eccleſiæ nõ debet eſſe auctoritas.

Concurrunt Epiſcopus, et Inquiſitor.

ficio inquiſitionis,vt poſſit illum impedire aliquo iure,ne pro cedat,nec examinet,& ne faciat ſufficienter accuſatos detine ri,ne formet proceſſus,&c. limitatur autem in quibuſdam tã tum,ut neuter poſſit ſine altero, vt in c. Multorum, de hære. in Clem.quãdo expectatis octo diebus,vt videatur ſi Ordina rius Inquiſitori,uel Inquiſitor ordinario recuſet adeſſe,proce ditur, cum tamen illa iura non faciant aliquam de priuatione mentionem,ſed tantum uniuerſaliter & indiſtincte loquã tur,quod delegatus eſt maior Ordinario.& ideo uana eſt illa ratio vel limitatio,ꝙ ſcilicet priuatiue non debeant intelligi, cum ſit poſitiua loquutio pro officio delegati, falſum etiam eſſe conuincitur ꝙ Inquiſitor aſſumatur in ſocium Epiſcopi, cum ſit per ſe iudex in ſolidum in cauſa fidei, vt probatũ eſt per c.inquiſitores,de hære. li.6. Et c. vt officium,eo. in clem. vnde numquam inuenitur ꝙ inquiſitores dicantur ſocij Epi ſcoporum, ſed bene delegati ſeu deputati a ſede Apoſtolica in negotio fidei contra hæreticos. Imo in principio inquiſitores ſine Epiſcopis totum negocium inquiſitionis huiuſmodi per ſeipſos abſoluebant,ut di.c.vt officium,& c.ut cõmiſſi. & per conſequens, & ſi epiſcopi in negocio haberent auctoritatem ordinariam,qua per hoc non intelligebantur priuati.di.c. Per hoc non tamen ſe intromittebant in officio inquiſitionis,cum per ſe inquiſitores procederent.vt tamen dictũ officium melius poſſet abſolui, Papa conceſsit dicta decretali. Per hoc.non autem iuſſit ut per Epiſcopos,& per Inquiſitores de facto eodem valeat inquiri cõmuniter vel diuiſim. Non dicit autem ꝙ inquiſitor cum debet accuſationes, vel depoſitiones,uel teſtes recipere &c. vt debeat ire ad Ordina rium,uel corã eo, ſeu in loco officii eius formare proceſſum, & alia ibi explere, ſed iura communia ibi dimittit in robore ſuo quibus inquiſitor per ſe agebat, declarando ꝙ etiam Epi ſcopus iure ordinario, vel delegato (ſi habeat)poſſit cum inquiſitore procedere communiter vel diuiſim, & quod eo caſu teneãtur inuicem in fine proceſſum communicare, ſimulque proferre ſententiam.

Epus, & Inquiſitor alias ſinguli cauſas abſoluebãt.

Quid

8 Quid autem ſit diuiſim procedere, declarat Benedictus Papa vndecimus eius nominis in extrauag. Ex eo. de hære. dicens, quod eſt cum inquiſitores, & Epiſcopi ſeparatim de eodem facto, non quando Epiſcopi tantum per ſe, vel inquiſitores in aliqua cauſa procedunt, quo facto tãtum in fine factos proceſſus ſibi inuicem communicare teneantur. Ex quo infertur, ꝙ ſi vtrique non procedant diuiſim, vel cõiunctim, ſed aliquis ſeorſum, & per ſe totum proceſſum ſine altero abſoluat, non tenetur proceſſum alteri communicare, niſi forte cũ haberi notitia cauſæ aliter non poſſet, vt conueniant in exhibendis tormentis, vel in ferenda ſententia, quæ totius cauſæ notitiam requirit. de pœni. di. 6. c. qui vult. In cæteris autem non tenetur qui agit alterum requirere, cum vterque Epiſcopus videlicet, & inquiſitor ſit iudex in ſolidum. c. Per hoc. & c. Multorum. de hære. in clem. Quibus ſic ſtantibus, forum inquiſitoris, cum ipſe agat poteſtate ſibi a ſummo Pontifice delegata, habet auctoritatem & locum perſonę illius, ſcilicet Papæ qui illum ſibi delegauit. Et Archidiaconus concludit ꝙ inquiſitor delegatus Papæ habet auctoritatem maiorem, meliorem, & fortiorem quam habeat Ordinarius. Vnde ſi diœceſanus (ait) citet quempiam pro cauſa fidei, & inquiſitor citet eundem, & eodem tempore, cum non poſſit utrique ſimul aſſiſtere, teneť magis obedire inquiſitori. Si enim haberet minorem, vel ſaltem æqualem, prę uẽtio iuuaret Ordinarium. c. penul. de for. comp. Et nota quod dicit Archi. ꝙ licet Ordinarius per c. per hoc. & per quod permittitur ſibi, vt in cauſa hęreſis etiam ipſe poſſit procedere auctoritate ordinaria, vel delegata ſi habet, non per hoc ſibi datur maior auctoritas quam prius habebat, niſi ſpecialiter ei committatur. Facit c. licet. & c. graue. de off. ord. ex quo ceſſat argumentum eorum qui dicunt Epiſcopum habere etiam delegatam in cauſa hęreſis. per c. ad abolendam. de hære. vbi conceditur Epiſcopis quod in cauſa hęreſis contra exemptos curiales procedere poſſint. Reſpondetur quod ibi non dicitur delegatis, ſed tamquam delegatis, cum non cognoſcant ibi iure ordinario,

Diuiſim procedere, quid ſit.

Communicare ꝓceſſũ quãdo teneatur inquiſitor, & Epiſcopus.

Præuentio iuuat.

rio,ſed tamquam auctoritate delegata c. irrefragabili. de off ordi.& nota etiam glo. in ver. delegatus,licet illa glo. videatur ſentire quod Epiſcopus intelligatur hoc loco habere auctoritatem delegatam,quam improbat Abb. dicens ex ſentētia Hoſt. hoc loco, quod in ueritate Epiſcopi ſunt ordinarij, & non delegati,ſed quicquid ſit de opinione glo. & Io. And. manifeſtum eſt ex decretali.Per hoc,quod Ordinarius ex officio ſuo etiam in cauſa hæreſis non habet auctoritatem delegatam . cap. ad abolendam. aut . eſt ius antiquum non enim tunc inquiſitores erant delegati in cauſa hęreſis,& ideo ſequi debemus iura noua . Si enim Epiſcopus a iure delegatam auctoritatem haberet,non diceret Papa,in di.c.per hoc, vel delegatam ſi habent, &c. Conditionalis enim nihil ponit in eſſe. Nec obſtat quod in ferenda ſententia videantur æquales, ita vt pariter eam ſi velint pronunciare poſſint &c.non tamē ex hoc ſit ꝙ inquiſitor non ſit iudex delegatus a Papa in negotio fidei,& Epiſcopus ſit ordinarius tantum,niſi alias,vt ipſe ſpecialiter fuerit delegatus.quod non habetur ex c.per hoc de hęre.ſed tantū in ferenda ſententia videntur facti ęquales. licet inquiſitor velit deferre Epiſcopo.Ex quo conſequitur ac deducitur quod ſi nolit Epiſcopo deferre non tenetur in eo quod ait , ſi velit, & non dicit debet vel tenetur deferre Epiſcopo &c.In c.autem multorum de hære.in clem.videtur proponere Diœceſanū inquiſitori dum ait, tam per Diœceſanos Epiſcopos quam per inquiſitores &c. in fine tamen dictæ decretalis .§. duro, uidetur prius inquiſitoris auctoritas notari, negatiue tamē,dum ait,Epiſcopus ſine inquiſitore,&c.In negatiuis enim loquutionibus prius ponuntur minores quam maiores , & cum dicitur ſimplex ſacerdos nō poteſt tale quid ſine Epiſcopo,puta ſoluere,vel ligare, Epiſcopus non poteſt ſine Papa, & ſimiliter.quamuis huius rei conſideratio in caſu noſtro non ſit curanda,cum non agatur de maioritate aut minoritate perſonarum,ſed de auctoritate,qua in cauſa hæreſis inquiſitor & Epiſcopus agere poſſunt, vel ſimul, vel diuiſim.

Ordinarij, ſunt Epiſcopi, & nō delegati.

Semper igitur eſt notandum in caſu noſtro,quod non perſonas 9

ſonas ſed iuriſdictionem intēdimus comparare, maior enim proculdubio eſt dignitas perſonæ Epiſcopi,& diuturnior,ac firmior dignitas illius perſonæ,cui ex delegatione huiuſmodi cauſa committitur, & ideo quando Papa nominat prius Epiſcopū quam inquiſitorem,dignitatem attendit perſonæ, quando autem iuriſdictionem delegatam a ſeipſo ordinariæ comparat poteſtati, ſemper præfert delegatam ordinariæ,& prius delegatam inducit c.Paſtoralis de off.ord. & ita intelliguntur iura & Doctores,ceteris tamen iuribus in ſuo robore permanentibus.Ad tollendam tamen ambiguitatem quæ ex dictis; & ſimilibus iuribus poſſet oriri ex diuerſitate opinionum, indictum eſt concilij Vienneñ. decretum,vt habetur in c.Multorum.de hære. in clem. vbi modus agendi ex parte vtriuſque oſtenditur,quomodo poſitiue, & quomodo negatiue poteſt,& debet Epiſcopus & inquiſitor agere,cum vterque ſit iudex in ſolidum, niſi quod in tormentis exhibendis, & in abſoluenda, & promulganda ſententia tenentur ſe inuicem requirere,& expectare per octo dies,cum ſui copiam habere potuerint.Et hoc priuatiue intelligitur ex parte vtriuſque,poſitiuæ autem utrique competit,vt tranſactis octo diebus altero uolente aut nolente, vel negligente adeſſe negocio,qui cauſam inceperit illam proſequatur per ſeipſum,ſi ſibi placuerit,vel per alium vt ibi habetur per Doctores, videlicet Zabar.Io.And.Inno.& alios. Et in extrauaganti.Benedicti vndecimi, vbi oſtenditur quod inquiſitor eſt delegatus Papæ & non ſocius Epiſcopi, Epiſcopus autem eſt ordinarius. Et per conſequens inquiſitor habet competēs tribunal, & forum proprium, vbi cauſæ commiſſæ ſibi poſſint agitari, cognoſci & terminari, & proprios carceres, & tormenta,& miniſtros,taliaque neceſſaria pro executione iudiciorum,& cauſarum fidei quas coram ſe contigerit agitari, ſicq; procedere uſque ad exhibenda tormenta pro exigenda a reis veritate, & vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiue, vt habetur in c.multorum, de hære.in clem.

Quandoque Epiſcopus, quandoque Inquiſitor quare nominetur.

In quibus ſe inuicē requirere ſe tenentur Epiſcopus,& Inquiſitor.

10 Et nota quod cum dicitur quod tenentur ſe inuicem re-

quirere

quirere,& expectare &c. non dicit tenetur alter ire ad forū alterius,ſed expectare per octo dies.ita ꝙ ſi illud actum fuerit infra octo dies, nullum erit, & irritum ipſo iure. Et ideo ſtatim ius antiquum ſeruandum erit,quo videlicet Epiſcopus, vel inquiſitor iure vtatur in cauſa illa.Sed ſic eſt quod citatus ab Epiſcopo,ſi poſt hæc citetur ab Inquiſitore, deſerto foro Epiſcopi tenetur perſonaliter comparere coram ipſo Inquiſitore,vt tenet Archid.& Io.And.& alij ſequentes in di.c. Per hoc.quanto magis ſi reus præuentus fuerit ab inquiſitore erit expediendus ab ipſo Inquiſitore, requiſito & non expectato, Ordinario,vt ſupra dictum eſt? Et hæc difficultas fuit agitata Bergomi anno M. D. xxxv.

Octo dies ad expectandum Epiſcopo et Inquiſitori aſſignati.

Ab Epiſcopo, & Inquiſitore citatus

Adde quod inquiſitor (vt dictum eſt) eſt delegatus Papæ 11
c. Ne aliqui.de hære.li. 6.quia alias tale officium ſibi nō competit. Vnde in crimine hæreſis vices Papæ gerit, & locū eius tenet.di.93.c. nobiliſſime.& cum poteſtas delegata ſit ſtricti iuris ſecundum glo.in c.ſolet de ſent.exco.id ſolum poteſt inquiſitor quod ſibi commiſſum eſt, & ſine quo cauſa expediri non poteſt c.1.de off.deleg.non autem id propter quod facilius poſſet expediri,niſi expreſſe inueniatur cōmiſſum. Quare dum quis citatur ab Epiſcopo & inquiſitore,cum maior in hoc ſit inquiſitor quam Epiſcopus, quia eſt delegatus,Epiſcopus autem eſt ordinarius, debet coram Inquiſitore comparere .ff. de re iudi .l. contra Pupillum. Et de his (vt dictum eſt in ſuperioribus) Archidiaconus in c. per hoc de hære.li.6. Et in Clem.1.eo. Aduerte tamē quod Epiſcopus dicitur ordinarius non abſolute, ſed dum procedit contra non exemptos, dum autem procedit contra exemptos,ipſe etiam eſt delegatus, c. ad abolendam de hære.§. ſi qui vero,& c. per hoc §. ſi autem de hære. li. 6. maior tamen Epiſcopo eſt Inquiſitor,ſi Epiſcopus procedit vt ordinarius,quia delegatus in quocunque officio ſibi cōmiſſo maior eſt Ordinario, iuxta c. ſane. de offi. deleg. ſi autem procedit vt delegatus, tunc inquiſitor & Epiſcopus pares ſunt. Direct. antiquum q. 4.& 5.

Contra exemptos procedēs Epiſcopus.

Inquiſitor poteſt citare,& de vna in aliam diœceſim trahe 12
re

re teſtes, non obſtante conſtitutione de duabus dietis. cap. Statutum .§. nonnulli de reſcrip. & c. vt officium. de hære.li. 6. idem habetur in literis Clementis tertii, & Alex.ſexti,& Vrbani quarti. Tabien. in vër. Inquiſitor .§. 9.

13 Inquiſitor extra ſuam diœceſim poteſt procedere contra eos, qui iam citati ab eo fugā arripuerūt a ſua diœceſi. Vt puta Inquiſitor Bononien. Martinum ibi exiſtentem hęreticū vel ſuſpectum Bononiæ citet, at Martinus hoc audito inde fugiens Mediolanum properet, in hoc caſu inquiſitor Bononien. Mediolanū ire poteſt, & procedere contra dictum Martinum vſque ad diffinitiuam ſentētiam incluſiue. Cum enim eſſet iam citatus non dicitur mutare forum, cum iam ſit pręuentus. vt ff. de iuriſdi. l. 3. §. cum quædam puella. & c. Propoſuiſti. de foro. compe. ſi vero non ſit citatione pręuentus, contra eum procedere nō poterit ratione domicilii, ſed procedere per eum in cuius prouincia vel diœceſi deliquit, ratione delicti. Calder. in ſuo directorio c. 8. Silueſt. in ver. Hæreſis .§. 9. *Etiam extra ſuam diœceſim quomodo poſſit procedere Inquiſitor.*

14 Inquiſitor ſi in ſua diœceſi ſuſpectum aliquem habet de hęreſi poteſt contra eum procedere, licet in ſua diœceſi non deliquerit, nec tenetur remittere illum ad iudicem loci delicti, niſi pro magno ſcandalo dato in loco illo, & ipſe petat. Calder. in di. direct. c. 8. Et facit 3. q. 6. §. 1. Et ita determinauit Clemens quartus in quadam eius conſultatione quæ incipit, Quoniam illis. §. quo autem. *Extraneum ſuſpectū in ſua diœceſi punire poteſt Inquiſitor.*

15 Inquiſitor & ſi cōtra Epiſcopos procedere non poſſit c. Inquiſitores. de hęre li. 6. poſſet tamen procedere contra Epiſcopum, & hic contra Inquiſitorem, ſi delictum eſſet adeo notorium, quod non indigeret conditione, ſecundū Geminia. in di. c. Inquiſitores. Et regulariter licet vnus iſtorum contra alterum non poſſit procedere, poteſt tamen ſe informare de negocio, & omnia ad Papam mittere. vt per direct. antiquum. q. xxx. & per Io. mona. in di. c. Inquiſitores. *Notoriū delictum, Epiſcopi vel Inquiſitoris*

16 Si autem crimen hæreſis obiiciatur ſummo Pontifici viuēti, vel mortuo, quis de hoc cognoſcat, vide plene per Archid. *Si ſuſpicio cōtra Papā oriatˉ.*

in

in c.Infidei. de hære.li.6.Et di.40 c.ſi Papa,& Io.Calder.in ſuo directorio c.8. & directorium Antiquum q.27.

Qui Domicilium tranſtulerunt.

Inquiſitor poteſt procedere contra eos qui deliquerũt in ſua diœceſi, licet ad alias partes domicilium trãſtulerint,vel alio modo ſe abſentauerint c. vt commiſſi. Et c.cum cõtumacia.de hære.li.6.quod intellige de omnibus delinquentibus ſiue ſint de prouincia,ſiue non,dummodo in prouincia delinquant, quia ratione delicti facti ſunt ſubditi. c. vbi de crim. agitur l.1.& vide Io. And.& Gemin.in di.c.li.6. 16

Ratione delicti ſubditus.

Vbicumque inuenitur punitur hæreticus.

Poteſt etiam procedere contra eos qui extra ſuam diœceſim deliquerunt ſi in ea inueniantur, quia hæreticus vbicunque inuenitur ibi conuenitur.ad hoc argumentum in di.c.vt commiſſi.& glo.in verſi.procedendi.directorium antiquum quæſt.42. reus enim in criminalibus tres contra ſe ſortitur Iudices. 17

Primo in loco vbi moratur citatus, l.2.c.de iuriſdi.omn. iud.& ibi Bal.& eius ſequaces.

Secundo vbi delictum eſt commiſſum l.1.& auten.qua prouin.& ibi Bal.alijq; ſcribentes.c.vbi de crimine agi.l.1.& l.3.ff.de off.præſid.

Tertio vbi citatus captus fuerit.Bald.in di.l.1.Tabien. in ver.Inquiſitor §.9.& vide Io.Mona.in c.Inquiſitores,de hære.li.6.qui determinat ꝙ hæreticus vbicunque inueniatur poteſt puniri,quia vbique eſt domini tribunal, vnde non eſt dabilis locus in quo principaliter delinquat hęreticus.l.Arriani c.de hæreticis. Et bene conſidera Geminianum in c.vt commiſſi.quia multas adducit opiniones,& optima dicit.Et nota additio.in Gemin.in ver.deliquit.Quare ſoluitur quæſtio illa magna,ſcilicet quid ſit agendum ſi Inquiſitor commiſſi delicti petat ab alio Inquiſitore qui reum cępit in ſua diœceſi,vt ipſum reum ad ſe remittat puniendum, dico enim quod Inquiſitor qui reum cœpit poterit eum punire, quia.vbicunq; ſit male credẽs.ibi peccat.Et vide not.per Cynum C.de ſum. tri.& fi.ca.l.1.in fin. vbi dixit hæreticum alienigenam per Bononiam tranſeuntem Bononiæ puniendum eſſe, etiam ſi pro

prius

prius iudex eum repetat, quia ex quo eſt hæreticus, in omni loco delinquit.l.Ariani.C.de hæreticis.Petrus tamen de Anchar. tenuit ꝙ debet remitti ad locum vbi plus peccauit, & deliquit,& vbi notoria ſunt eius delicta .l. ſi cui .ff. de accuſa. .§.fin.tu potes tenere vtramque partem,diſtinguendo hic cũ Gemin. in di. c. accuſatus,& c. vt commiſſi,de hære.li.6. *In omni loco poteſt puniri hæreticus.*

18 Inquiſitor poteſt in ſpeciali procedere ſi habet vnum, vel duos teſtes, vel aliud quodcũque indicium bene probatum, etiam ſi non adſit infamia. Angel.in tract.maleſi.in c.quod incipit,Hęc eſt quędam inquiſitio.§.4.vbi dicitur ꝙ dum iudex procedit ex mero officio ſuo,non eſt neceſſe infamiam præcedere,tali autem modo fere ſemper procedit Inquiſitor.Vnde propter hoc (ſecũdum Angel.) ſi apparet aliquis cõtradictor non auditur, ſecus ſi ad petitionem partis procederetur. Ad idem eſt Felin.in c. Excommunicamus.primo de hære.§.Addijcio.vbi ait.Eo ipſo quod quis diſcedit a communi conuerſatione fidelium circa cultum diuinum, poteſt contra ipſum procedi,& inquiri de hęreſi abſque infamia. Dicitur autẽ diſcrepare, ſi circa miſſam, & confeſſionem,& ſacramenta alia Eccleſiæ ſit diu negligens. Hoc enim eſt crimen exceptum, & ideo ad inquirẽdum minores requirũtur probationes.Tabien.in ver.Inquiſitor .§. 8. Anan.poſt Cardi.in di.c. excõmunicamus .§. Addijcimus,& glo. etiam in di.c. excommunicamus .§. moribus. *Ex officio procedẽs.* *Contra diſcedentem a cõmuni conuerſatione fidelium.*

Iuquiſitor in cauſis fidei non arctatur ad procedẽdum ſummarie,ſed in eius relinquitur arbitrio,an ſummarie, vel ordinarie procedere velit.Gemin. in c.ſtatuta de hære. li.6.

19 Inquiſitor non omittat procedere vbi eſt procedendũ,nec imponat malitioſe crimen hęreſis,aut fraudulenter,odio,vel amore,vel gratia alicuius commodi,ſeu lucri temporalis,cõtra conſcientiam,& iuſtitiam,& hoc ſub pęna excommunicationis Papalis,vt eſt in c.multorum.de hære.in Clem.nota tamen quod ſi propter timorem, vel ſcandalum omittit procedere,non incurrit hãc pœnam. Et vlterius aduerte quod quoquomodo vexet aliquẽ ſiue in citationibus,ſiue in fideiuſſionibus *Sine malicia, & negligentia procedat Inquiſitor.*

nibus,vel alijs ſimilibus Inquiſitor incurrit hanc pœnam.

Tertio nota ꝙ dicitur contra iuſtitiam, & conſcientiã copulatiue, nõ igitur incurritur talis pœna niſi ambo cõcurrãt.

Inquiſitor caueat quantum poteſt ne ab Epiſcopo diſcordet,quia,vt experientia docet,cum difficultate poteſt ea quę ſunt officii ſui expedire ſine eius fauore,& concordia, Tabie. in ver.Inquiſitor .§. 10.& ſi in aliquo actu diſcordant,conſulenda eſt ſedes apoſtolica c. Per hoc de hære.li.6. 20

Sine peritorũ conſilio iudicans puniendus.

Inquiſitor ſine conſilio peritorum iudicans puniendus eſt ſi illud habere poterat. vnde Abb. in c.ex parte.de conſti.air, quod ſi mandator ex forma mandati voluit requiri cõſilium actus,non tenet niſi requiratur, vt in c.cum veteri,de elect.ſi autem eſt ex diſpoſitione legis, tunc ſi lex a principio quãdo dedit poteſtatem, mandauit cõſilium requiri,ſimiliter nõ valet actus ex defectu poteſtatis,quia eam habuit modificatam, & qualificatam,& ſic intelligerẽ c.nouit.de his quę ſi. a præl. ita quod ſine clauſula decreti actus eſt nullus. ſi autem habenti prius poteſtatem mandauit ſuperior, vt procedat cum conſilio; tũc tenet,licet ſit puniendus. argumentum in c.dilectus 2.de preben.vide glo.ſing.in Clem.1.de iure patro.ꝙ ſi mandatur alias habenti poteſtatem, vt aliquid faciat ſub certa forma,tenet actus,licet forma non ſeruetur, per di.c.dilectus Silueſt.ver. conſilium .§.4. Tabie. eo.§.7. clarum eſt autem quod Papa mandat Inquiſitori in c. ſtatuta. de hære. li. 6. vt cum conſilio peritorum iudicet, & ſententiet. Vide Docto. in c. ſtatuta, vt ſupra. Et maxime. Franch. & Gemin.vtrum autẽ ſequi teneatur cõſilium, diximus ſupra in ver.Conſiliũ. 21

Errãs ex conſilio quomodo excuſetur.

Inquiſitor ſi errat ex conſilio peritorum qui ſint uiri bonæ conſcientiæ, excuſatur etiam a pœna iuris.Feli. in c.quarta, de præſump. qui ait quando quis errat ex cõſilio peritorum, ſaltem duorum qui ſint bonæ conſcientiæ,excuſatur. Et in c. ſuper his,de accuſa.circa ſi.dicit,quod conſiliũ notabilis doctoris,& bonæ conſcientiæ excuſat ſcribentem in cauſa.Intellige hæc vera eſſe, niſi intelligat conſilium malum eſſe, tunc enim non excuſatur,ſed punitur. Abb, in c. cum in veteri.de 22

electi.

electi.Et in c.cum in cunctis. eod.tit.Idem ſentit Bar. in l.1.§. plures.ff. de exer. Tabie. in ver. conſilium. 4.& 8. Siueſt. in ver.conſilium.6.qui allegat Hoſtien.& ratione adducit,quia conſilium debet eſſe iuſtum,vt in l. Titium.ff.de admini.tut. & not.Bar.in l.1.§.ſi pluries.ff.de exer.

23 Et nota quod Inquiſitor,& Epiſcopus quando faciunt excommunicationem coram peritis,ne quis reuelet nomina eorum qui depoſuerunt, nec alia quæ in proceſſu continentur, ſi ipſi Inquiſitor,vel Epiſcopus nõ teneant ſecretũ, ſunt excõmunicati. c. ſtatuta.de hære.li.6. director. q.83. *Excommunicãs quomodo ſeipſũ liget.*

24 Inquiſitor in examinatione teſtium,ſeu delationum nõ debet eſſe ſolus etiam cum ſuo notario,ſed debent eſſe præſentes etiam duæ religioſę perſonæ c.vt officium,de hære.li.6.§. verum. Et dicit Directorium antiquum q.63. quod per perſonas religioſas licet quidam intelligãt, ideſt honeſtas,tamẽ magis videtur, quod intelligi debeant proprie perſonæ religioſæ, vt per Archid. ibi in glo. Et loco notarij poteſt accipere alias duas perſonas idoneas,quæ duę perſonæ examinatiõnibus ſeu depoſitionibus ſubſcribant, in præſentia omnium illorum trium.c. vt officium,vt ſupra.Et hoc ſecundum intellige ſi notarium publicum commode habere nõ poſſit, alias non.vt in di.c.vt officium habetur. *Religioſę perſonæ. Duæ perſonæ idoneæ loco notarij.*

25 Inquiſitor deprehenſum in hæretica prauitate non debet cautioni tradere,ſed ſi eſt relapſus brachio ſeculari conſignetur,ſi autem eſt pœnitens,carceri perpetuo mãcipetur,ſi autem negat, & eſt conuictus, tradetur curiæ ſeculari debito ſupplicio puniendus,Hoſt.in ſum.tit.de hære.§. qualiter deprehendatur. Directorium. q.90. *Cautioni tradi non debet delatus de hæreſi.*

26 Et ſimpliciter, & generaliter loquendo captus pro crimine hæreſis vel alio crimine pro quo pœna corporalis ſit infligenda,vel corporis afflictiua,debet carcerari, & fideiuſſoribus non relaxari. Angel.in li.maleſi. clau. fama publica præcedente. Ibi.decimo quęro.Et eſt incarcerandus,quando adſunt indicia ſufficientia ad torturam. Angel.in di.li.clau. qui iudex dictum Gaium. & quando timetur de fuga alicuius, ſi *Qui incarcerandi.*

DD 2 contra

contra eum habentur bonæ informationes, iudex debet eũ facere incarcerari, nec tenetur illum prius citare. Felin. poſt Salicet. in c. cum non ab homine. de iudi. Facit Abba. in c. 1. de indi.

Etiã poſt mortẽ poteſt procedi contra hæreticum.

Inquiſitor poteſt inquirere contra hæreticos etiam poſt mortem eorum, ad hunc finem vt eorum bona confiſcentur, vt in c. accuſatus, de hære. li. 6.

An autem poſſit poſt mortem inquirere contra fautores, defenſores, vel receptatores eorum, uidetur quod non. argumentum in di. c. accuſatus. §. Porro. & glo. in uer. extincto. & quod dictum eſt de hæreticis, intellige ſecundum glo. niſi incorporentur ante mortem vnitati Eccleſiæ. Quod ſi quęratur, qui dicantur incorporati eſſe Eccleſiæ, reſpondetur per Io. mon. quod fit quando per inquiſitores abſoluũtur, & ad gremium Eccleſiæ abſoluti admittuntur. Et quod dictum eſt quod contra hęreticos inquiritur poſt mortem, intellige ſecundum glo. vſque ad quadraginta annos, & non plus, vt ſupradictum eſt in ver. Cadauera, & ver. Hęreticus. 27

Incorporati eccleſiæ qui dicantur.

Inquiſitor dum hæreticos ad pænitentiam acceptat, facta abiuratione poteſt eos ab excommunicatione abſoluere, & debet eis iniungere pro pęnitentia id quod iniungi conſueuit. c. vt officium, de hære. li. 6. & bene prouideat inquiſitor ne tales redeuntes cum fraude redeant, & fallant ſeipſos, & Inquiſitores. c. vt officium, ſupra. 28

Officium Inquiſitoris durabile.

Inquiſitoris officium morte concedentis ſiue inſtituentis non expirat, etiam quo ad negocia prius non cepta, nec exorta. c. ne aliquo. de hære. li. 6. Et nota quod ſecundum glo. per hoc c. habetur quod ſi tempore mortis Papæ Titius non erat hæreticus, & poſtea fiat hæreticus, quod poterit Inquiſitor contra eum procedere, vt per glo. in di. c. in ver. emerſerant. 29

Brachiũ ſeculare inuocare poteſt Inquiſitor.

Inquiſitor brachium ſeculare poteſt inuocare. c. vt officium, de hære. li. 6. §. denique. Et præcipere Doctoribus ſub pœna excommunicationis, vt ei prębeant conſilium in ferendis ſententijs contra hæreticos, vel pro negotio fidei. c. vt cõmiſſi, de hære. li. 6. Per Doctores autem intelliguntur Theologi, 30

logi, canoniſtæ, & legiſtæ ſecundum Gemi. in di. c. vt commiſſi. Et ii quidem recipere, ſed non exigere poſſunt ſalarium ſecundum eundem Gemi. quia negotium fidei quilibet defendere tenetur. 11. q. 3. c. nolite. imo congregationem fidelium facere poteſt pro concernentibus fidem. c. vt officium. §. compeſcendi. de hære. li. 6. Et quæſtuarios & eorum prędicatores impedire, dum ipſe huiuſmodi cógregationes faciet pro fide. di. c. vt officium, de hære. li. 6. §. vt ſupra.

31 Inquiſitor poteſt conuocare clerum, & populum pro negotio fidei, intellige ad audiendas ſententias, & pœnas quas ipſe infligit, & ad videndum aliquos cruciari. Expedit enim talia fieri publice, vt cæteri inſtruantur, & timeant. Gemin. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. *Clerum, & populum conuocare poteſt Inquiſitor.*

32 Inquiſitor hæreticos, etiam ad fidem redeuntes, ad perpetuos carceres deputare debet, iuxta. c. excommunicamus. 2. de hære. §. qui autem. & hoc fit ad cautelam (ait Gemin.) ne ſcilicet aliis noceant, vel alios inficiant, & vt appareat an in tenebris, vel in luce ambulent. Non tamen diffinitiue damnãtur ad talem pœnam, quia regulariter quis non damnatur ad carceris pœnam. c. quamuis. de pœnis. Aduertẽdum tamẽ ſecundum Archid. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. quod & ſi abſoluti poſtea detruduntur in carcerem, vel aliis pænitentiis leuioribus onerantur, quod nullam propter hoc diffinitiuam recipiunt ſententiam, quia illa abſolutio fit ab excommunicatione, quam ipſo facto incurrunt, non autem a crimine. Et ex hoc habetur ſecundum eundem Gemin. quod ſi tales exiuerint carceres ſine legitima excuſatione, quod poſſunt vt hæretici condemnari, quia finguntur ficte conuerſi. & ſimulate confeſſi, ac priſtini erroris recidiui. Ad hoc. c. 1. de pœniten. di. 2. nam exitus acta probat. 22. q. 2. c. quod autem. & facit 34. q. 1. c. 1. in fin. Io. And. & Gemin. in di. c. vt commiſſi. de hæret. lib. 6. *Ad perpetuos carceres condemnare debet redeuntes.* *Exeuntes carceres ſibi aſſignatos.*

33 Inquiſitor qui tute vult proſequi officium ſuum, ſic procedet ſecundum Zabar. Si aliquis eſt diffamatus, vel ſuſpectus de hæreſi, debet eum citare, & examinare, & ſi confitetur be

ne

ne quidem.ſi autem non confitetur, debet illum in tuto carcere cuſtodiri mādare, & etiam in compedibus ſi opus fuerit ponere,& inquirere,vt in clem. 1. de hęre. inquiſitione autē perfecta,aut plene probatū eſt,aut ſemiplene, aut nullo modo.Si plene probatum eſt,omnia bona hæretici ſunt confiſcata,c.vergentis eo,tit.Et c.cum ſecundum.eo.tit.li.6.& ſi redire voluerit debet abiurare hæreſim,quo facto reſtituuntur ei bona. di.c.uergentis.& ponetur in perpetuo carcere, iuxta c.excommunicamus 2.de hære. hodie tamen poſſunt Inquiſitores hanc pœnam mitigare ſicut eis videbitur.c.vt commiſſi.eo.tit.§.Et illorum, li.2. & ſi poſt abiurationem recidiuauerit,vel ſi a principio ad fidem redire noluerit, vel pęnitentiam iniunctam non adimpleuerit, tamquam relapſus curiæ ſeculari tradatur.c.ad abolendam,de hære.& eo.c.excommunicamus.& c.nouimus.de ver.ſign.Si autē ſemiplene probatum eſt de hæreſi,puta per vnum teſtem,vel per grauem infamiam,& ipſe negat, debet ſubiici tormentis, vt di. clem. 1.§. duro. Nam iſtud crimen graue eſt, & grauius crimine læſæ maieſtatis.c.vergentis,de hære.li.6.in quo crimine reus tormentis ſubiicitur.C. ad legem iuliam maieſt.l. 3. & l. nullus, fortius ergo in hæreſi.6.q.1.c.ſunt plurimi.§. verum. vbi crimen lęſę maieſtatis comparatur ſimonię & hęreſię.Item creditur vni reuelanti inſidias factas contra principem.Et idem de crimine lęſę maieſtatis,di.79.c.ſi quis Papa,notat ſpec.de teſti. §. reſtat,ver. 21.

Bona hæreticorū confiſcātur.

Mitigare pœnā poſſūt Inquiſitores

Vni tantum quomodo credatur.

Item in capitalibus, & atrocioribus, aliter cū veritas haberi non poteſt niſi per tormenta. ff. de quæſtioni.l. 1.& 5.q. 34
1.c.illi qui.& de depoſi.c.1. & crimen eſt pluſquam capitale, & hæc tormenta per iudicem (vt infra dicemus) humaniter tractanda ſunt.Et ſi per tormenta confitetur, niſi poſt tormēta perſiſtat in confeſſione,non nocent antedicta vel confeſſa. ff.de confeſſis.l.1.§.diuus,ſi autem perſiſtat eſt puniendus, vt 2.q.1.c.nos in quenquam. Sed ſi non confitetur,vel non perſiſtat in confeſſione,ſi de hoc grauiter eſt diffamatus,indicet ſibi purgatio cano. c. inter. de purg. cano. in qua ſi defecerit punie-

Ratificatio poſt torturam requiritur.

punietur(vt dicetur infra in ver.purgatio) ſed ſi ſe purgauerit,& eſt vehementer diffamatus,vel ſuſpectus,poteſt ei temporalis pęna imponi.c.inter.de purg.can. & de præſump.c.literas.in fin.ſed ſi eſt leuiter ſuſpectus vel diffamatus,nec in errore perſiſtit pertinaciter,non punietur temporali pœna,ſed poteſt ei imponi pęnitentia.c.Accuſatus,de hęre.li.6.§.ſi vero.Debet tamen ſiue leuiter ſiue vehemēter ſuſpectus de hęreſi abiurare,vt ſupra in ver.abiurare. *Ob pertinaciā tātum quis punitur temporali pœna.*

35 Inquiſitor non poteſt reſtituere hęreticos conuerſos ad fidem honoribus, & dignitatibus, vel famę, & ſimilibus, quia non poteſt excedere fines ſui mandati. de off. deleg. c. 1. Cōmittitur enim ei ſolum vt inquirat reos, puniat, & innocentes abſoluat. c. vt officium,&c. vt commiſſi. de hęre. lib. 6. Calder. in ſuo direct. c. 38. Pertinet ergo hoc ad Papam,vel ad cœtum Cardinalium fidei,quia ſolus Princeps reſtituit famam, vt.ff. de poſtul. l. 1. §. de qua. *Non poteſt.*

36 Inquiſitor ſine Epiſcopo non poteſt aliquem duriori carceri tradere, nec torquere, nec ſententiare, ſed in his tribus debent ſimul procedere. Poſſunt tamen ſibi inuicem ſuas vices committere.c. vt commiſſi. de hære. li. 6. Si autem vnus cum altero non vult, ſiue non poteſt conuenire, alter alterū requirat quatenus infra octo dies conueniat,vel ſuum mittat aſſenſum. Nam tranſacto tali termino, ſi alter non vult, vel non poteſt conuenire, & non mittat aſſenſum ſuum, alter ſine altero procedere poterit. Clem. Multorum. de hære. Et Doctor. ibi. Si autem diſcordant Inquiſitor,& Epiſcopus,cōſulenda eſt Sedes Apoſtolica. *Non poteſt.*

37 Inquiſitor non extorqueat pecunias ab aliquo prætextu officii Inquiſitionis quibuſuis modis illicitis. Similiter ob delictum Clerici bona Eccleſiæ non applicet fiſco ſuo,alias ipſo facto eſt excommunicatus,a qua excommunicatione abſolui non poteſt niſi facta ſatisfactione ipſius pecuniæ ſic extortæ, vel confiſcatæ,niſi in mortis articulo cap. Nolentes. de hæreticis in Clemen. & eſt Papalis ante ſatisfactionem, poſt autē, vt poteſt elici ex verbis textus ipſius capituli, videtur eſſe *Extorquens pecunias Inquiſitor.*

Epiſcopalis,

Epiſcopalis. Tabien. in uerbo Excommunicati. caſu ſeptimo.

Si autem alio prætextu illicite exigat, licet male agat, non tamen incurrit pœnas ibi contentas. Et ſimiliter ſi aliquibus debitis modis aliquid accipiat, vtputa, ſi alicui hoc iniungat in pœnam delicti ſui. Nam pęnitentias pecuniarias dare poteſt Inquiſitor, & etiam eas officio ſuo applicare, quando hęreticum ad miſericordiam recipit. vt per Calder. in ſuo directorio. c. 19. ſimiliter ſi aliquid ſibi ſponte donetur, maxime poſt latam ſententiam, quia Inquiſitor non eſt deterioris cõditionis quam alius amicus, ſeu benefactor.

Pænitentias pecuniarias ĩponeř poteſt Inquiſitor.

Similiter non incurritur talis pœna, ſi bona non Eccleſię, ſed propria, vel iam facta propria, vt ſunt fructus ſiue redditus beneficiorum, confiſcentur, quia ibi expreſſe dicitur bona Eccleſiarum. Et nota in verbo, illicitas, illius cap. ꝙ non prohibet pœnas pecuniarias imponi applicandas officio, ſed illicitas exactiones fieri. ff. de off. pręſid. vide Tabien. in ver. Excommunicatio. 5. caſu 4. Et nota ꝙ nomine pecunię intelligitur omne commodum, vel pecunia extimabile, vt per Zabar. in Clem. 2. de hęre. large enim accipitur. 1. q. 3. c. Per totum. Debent enim Inquiſiti ſoluere Inquiſitori expenſas factas ab officio Inquiſitionis in eorum cauſis. Zabar. vbi ſupra. directorium antiquum. q. 104.

Fructus Eccleſiæ confiſcari poſſũt.

Inquiſitor non tantum a Romano Pontifice, ſed etiam ab 38
alio auctoritatem ab ipſo Romano Pontifice habente, videlicet a Magiſtro generali, vel prouinciali in ordine Prædicatorum, vel a Miniſtro generali, vel prouinciali in ordine Minorum auctoritate Apoſtolica poteſt ab officio remoueri. Ita habetur in priuilegiis ordinis prædicatorum, quæ incipiunt. Virtute conſpicuos, Et ſic dicitur. Illos vero ipſius ordinis fratres qui ad prædicandum crucem, vel ad inquirendum contra hæreticos, ſeu alia huiuſmodi negotia ſint vel fuerint vbicunque a ſede Apoſtolica deputati, tu fili Magiſter tuiq; ſucceſſores, remouere ſeu reuocare penituſque transferre, ipſisq; vt ſuperſedeant iniungere, alioſque ſubſtituere cum expedire videritis licite, & libere valeatis, & in eos ſi contrauenerint

A quo ĩſtitui poſſit Inquiſitor.

nerint

nerint cenſuram Eccleſiaſticam exercere, ac quilibet Prior prouincialis, vel eius vicarius eiuſdem ordinis in ſua prouincia circa fratres dicti ordinis quilibet ab eadem ſede Apoſtolica ſimilia contingeret in illa committi, facere poſſint. Nota tamen quod ex mera, & nuda voluntate huiuſmodi inquiſitores prælati remouere non poſſunt nec debent, ſed exigitur legitima, & rationabilis ac iuſta cauſa, non minus quam in abſolutione, & remotione prælatorum, & officialium ordinis. Nam in præallegato priuilegio eſt clauſula infraſcripta conſideranda, & bene ponderanda, vbi dicitur, Cum expedire videbitur licite, & libere valeatis, &c. In hoc q̃ dicit, cum expedire videritis, iudicium dicit, & iuſticiam, & non voluntatem meram, & liberam, & vt in c. nolentes, de hære. in clem. loquendo de inquiſitoribus, & commiſſariis pecunias extorquentibus committitur Prælatis eorum, vbi ſic dicitur, Qui quidem prælati inquiſitores, & commiſſarios reos inde repertos ab officio remouere, & amotos alias punire debite ſeu corrigere teneantur. glo. Io. And. Paul. & Zenzelin. quod ſit pecunias extorquere, nam pœnas pecuniarias officio applicādas nō prohibet, ſed vt illicitas extorſiones, vt ſupra dictū eſt.

Ex mera voluntate Inquiſitor non poteſt remoueri, ſed cum expediēs fuerit.

39 Nota quod in ſupraallegato priuilegio, continetur quod prælati poſſint iniungere Inquiſitoribus, quatenus ſuperſedere debeant ab inceptis cauſis, quod olim in obſeruatione erat, ſed hodie non ſeruatur, quia priuilegia inquiſitorum, videlicet Alexādri & Vrbani 4. ſunt in oppoſitum, quæ ſunt infraſcripti tenoris, videlicet. Et ſi forſan Magiſter, & Miniſtri generales alijque Priores, & miniſtri Prouinciales, ac cuſtodes ſeu Guardiani aliorum locorum veſtrorum ordinum prætextu quorumcūque priuilegiorum ſeu indultorum eiuſdem ſedis dictis ordinibus conceſſorū, ac concedendorum in poſterum vobis, vel veſtrum alicui, ſeu aliquibus iniunxerint ſeu quoquomodo præceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos, certaſue perſonas in negotio ſuperſedeatis, eadem nos vobis, & ſingulis veſtrum auctoritate Apoſtolica diſtricte inhibemus, ne ipſis obedire in hac parte, vel in-

EE tendere

tendere quomodolibet præſumatis. Nos enim priuilegia ſeu
indulta huiuſmodi (quantũ ad hunc articulum) tenore præ-
ſentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti,
& ſuſpenſionis ſententias, ſi quas in vos, vel in veſtrum ali-
quos, hac de cauſa ferri contigerit, irritas prorſus decerni-
mus, & inanes.

Reddere rationem quibus teneatur.

Reddere autem rationem capitulo prouinciali vel genera 40
li de his quę ad officium eorum pertinẽt, non tenentur, neque
ad id per prælatos ordinis cogi poſſunt. Et ad maiorem horũ
declarationem nota quod inquiſitores ſunt religioſi, ſunt &
ſummi Pontificis delegati. iuxta c. ne aliqui. de hære. li. 6. In-
quantum ſunt religioſi, & ſummo Pontifici, & ſuis ſubſunt
prælatis. Vnde quo ad illa quæ concernunt ſuam religionem
ſunt ſubditi, & Papæ, & ſuis Prælatis ordinariis. Et ideo ſi In-
quiſitores committunt contra uota ſuę regulę, vel alias obſer
uantias regulares, & denuncientur, & interrogentur, tenen-
tur veritatem dicere & de his, & de concernentibus religio-
nem. Et ſi inquiratur quid, vbi, & quantum habeant, & ſimi-
lia, tenentur præſidentibus ſuæ religionis rationem reddere
vt c. cum ad Mona. de ſtatu. mona. Inquantum vero Inquiſito
res ſunt ſummi Pontificis, & nullius alterius delegati, vt in
di. c. Ne aliqui. de hære. li. 6. ſoli Domino Papæ ſunt ſubditi,
vnde quo ad ea quæ concernunt ſuam delegationem ſeu de-
legationis officium, in nullo ſubſunt eorum prælatis, ſed ipſi
Domino Papę. & ideo ſi Inquiſitor indebite aliquem vexaret
captum pro hæreſi, vel ipſi capto videretur, talis non poſſet
appellare ad præſidentem illius religionis, ſed tantum ad ip-
ſum ſummum Pontificem, nec Inquiſitor præſidenti ſuæ reli-
gionis petenti, vt ſibi reſponderet de citationibus, capturis,
proceſſibus, abiurationibus, & ſententiis per eum factis, ſeu
latis, & alijs ad officium ſuum pertinentibus tenentur ei ob-
temperare. Quis enim ſanæ mentis diceret, quod viſitator
ſeu Vicarius minorum ad aliquam prouinciam deſtinatus vi
ſitandam teneretur reddere rationem eorum quæ reperit ac
quæ concernũt ſuum Vicariatum ſeu viſitationem alteri præ
ſidenti

ſidēti illius religionis,ꝗ magiſtro vel miniſtro qui eũ ad huiuſmodi deſtinauit negotiũ? Et certe ſi quis alius a Magiſtro ſeu Miniſtro mandaret, ſi illi obtemperaret vtique ignoranter faceret,& forte dignus pœna, quanto magis ſi pręſidētes ordinis prædicatorum mandarent Inquiſitoribus ſuorum ordinum quatenus de concernentibus eorum officium, eis redderent rationem,& illi obtemperarent? & iſti ignoranter facerent ac digni reprehēſione, & pœna eſſent. Et ſi dicatur ꝙ aliquando ſic factum eſt.

Reſpondetur quod malefactũ eſt,ſed quid fiendũ non quid factum ſit,quærendum eſt. Nam quæ contra ius facta ſunt,debent pro infectis haberi, nec ad conſequentiam trahenda ſunt. Si illi qui hoc fecerunt fuerunt magni,in hoc magni nō fuerunt,qui a iure communi exorbitauerunt. Nam quę a iure exorbitant,nequaquam ſunt ad conſequentiam trahenda. de reg. iur. Nec etiam obuiat ſupradictis quod in c. nolentes. de hære. in clem. mandatur prælatis Inquiſitorum,quod ſi eos reperiant modis illicitis pecunias extorxiſſe,quod eos condemnent,& depoſitos puniãt. Hoc autem (vt videtur) pręſentiam requirit Inquiſitoris, in qua ſi interrogetur Inquiſitor tenetur ſuper huiuſmodi reſpondere. Nam iſta eſt ſola culpa vnica, in qua cōceditur pręlatis deponere Inquiſitorem. in alleg. c. A particulari ad vniuerſalem conſequentia eſt nulla,& etiã quia modis illicitis pecunias extorquere non eſt officii Inquiſitionis ſeu Inquiſitoris. Et quia c. nolētes. eſt introductũ,& ſi teneatur Inquiſitor pręlato ſuo inquirenti an modis illicitis a talibus extorxerit pecunias reſpondere, vnde eſt quod non teneatur alias alijs quibuſcunque, vtpote quos proceſſus fecerit, ſi contra talem proceſſit, quis & quid talis teſtificatus fuit & ſimilia. Nec valet ſi dicatur quod iuxta priuilegium ordinis Prædicatorum Magiſtri & Priores prouinciales, & Miniſtri generales, ac prouinciales poſſunt Inquiſitores ſuorum ordinum remouere,& reuocare cum eis viſum fuerit expedire, quod denotat dictorum præſidentium non meram voluntatem, ſed cauſam rationabilem exigentem, quæ requirit præ-

Contra ius factũ pro infecto habetur.

Culpa ob quam inquiſitor deponitur.

Remouere inquiſitores ꝗ poſſint.

uium diſcurſum,& inquiſitionem.Nam verum eſt quod poſſunt eos remouere cum viderint expedire,& non libera volũtate. Expedire autem videtur Inquiſitorem ab officio remouere, cum illum præſidentes facti euidentia ad laborandum viderint impotentem,infirmitate, ſenectute, ſeu alia cauſa, vel facti euidentia viderint negligentem, & tunc prius eum debent ſolicitare,& ad diligẽtiam exhortari. Quod ſi tẽpore congruo expectatus noluerit vacare,poſſunt eum licite remouere. Si etiam eis conſtiterit euidenter quod pecunias extorſerit modis illicitis, viſo diligenter quod eſt de iure & ſecundum glo.c.Nolentes,de hære.in Clem. hiſdem modis,& ſimilibus expedit Inquiſitores per Dominũ Papam ac per eorum prælatos,& prẹſidentes ab officio reuocare.

Expedire quid ſit.

INQVISITVS.

INquiſitus de vno non debet interrogari de alijs delictis, ſed tãtum de his de quibus, & cum quibus eſt diffamatus, vel denunciatus.Caiet.ſe.ſec.q.69.ar.1. licet Petrus de palude oppoſitum dicat in 4.di.19. ar. vltimo.& ſimiliter Angel. in li. malefi. ſed tutior eſt prima opinio.vt c.qualiter,& quãdo.de Accuſa.& c.Inquiſitionis.eod.tit.Fallit hoc ſecundum Abb.in c.1. de confeſſ.generaliter in crimine læſę maieſtatis,& etiam in crimine hæreſis,vide Tabie. in ver.Inquiſitio. .§. 3.& accuſatio .§. 15. Marſil. in pract. crim. .§.conſtitut. numero 14.& 18. 1

Inquiſitus iudicem recuſare poteſt,ſi illum ſuſpectum habet, vtputa quod procedat ex odio.c.cum ſpeciali.de appell. tenetur tamen aſſignare cauſam ſuſpicionis, vt per Franch. & decium in di.c.cum ſpeciali.Attendat autem Inquiſitor ad cauſam recuſationis, & ſi allegatur quod contra ius aggrauauit eum, tunc inquiſitor habet duas vias,quarum prima eſt, vt cum ſenſerit de recuſatione, antequam recuſatio ipſa ad eum perueniat, remittat vel committat alicui vices ſuas etiã plenarie, & ex tunc nõ poterit recuſari, nec facta commiſſio impugnari,vt c. Iudex.de offi.deleg.li.6.ſecus ſi non committat in totum,& plene vices ſuas,vt in alleg.cap. 2

Iudicem recuſare quando poſſit reus.

Secunda

Secunda via eſt, vt cum Inquiſitori recuſatio fuerit præſentata, ipſe tunc ſuum corrigat errorem, & proceſſum ad talem ſtatum reducat, in quo aggrauatus ſuas poſſit facere defenſiones. & ſic ablato grauamine aufertur cauſa ſuſpicionis, & recuſatio eſt nulla. c. cum ceſſante. de Appel. quādo autem delatus, & inquiſitus pro cauſa recuſationis allegat inimicitiam, vel aliud ſimile, tunc Inquiſitor iuxta c. ſuſpitionis. de off. deleg. & c. ſecundo requiris. de appell. & c. cum ſpeciali. eo. tit. eligat vnum probum virum in arbitrum, & mādet recuſanti, vt eligat alterum, & ſic electis arbitris mandet ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ quatenus citent recuſantem, mandando ei vt eis pręſentet recuſationem, & teſtes producat, eoſque examinent, ac infra tot dies ſuper recuſatione pronuncient, alias ipſe vtetur officio ſuo ſicut prius. Prius tamen ſeruetur id quod in textu di c. cum ſpeciali. de appell. continetur, videlicet, quod recuſans coram recuſato iudice cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet, &c. Quod ſi aduenientе tempore præfixo arbitri non pronunciant, Inquiſitor remanet iudex vt prius, ſi autem contra eum pronunciāt, deſinit eſſe iudex, vt patet per iura allegata, & Doctores in dictis iuribus. & tunc cum Epiſcopus non poſſit ſine Inquiſitore cauſam terminare, ſummo Pontifici cauſam denunciabit, & petet quod non obſtante huiuſmodi recuſatione Inquiſitor cum eo poſſit procedere, vel alium in cauſa velit ſubrogare. Directorium antiquum.

Modus recuſandi inducē.

INSTRVCTIO.

IN ſtructio pro Inquiſitore erit vt infra.

Et primo ſi Inquiſitor videt hęreticum vti duplicitate, ſeu equiuocatione in ſuis reſpōſionibus, nixum faciat quo ipſum ad propoſitum reſpondere faciat.

Secundo ſi audit reum nolle ſuos errores fateri, mittat ad illum aliquem qui ipſum perſuadeat dicere, & fateri veritatem, dicēs Inquiſitorem eſſe pium ac miſericordem. Et dum incipit eum examinare, cum illo bonis vtatur verbis, ac fingat ſe factum ſcire, dicatque infraſcripta vel ſimilia verba, videlicet,

delicet, ego compatior tibi, & ſcio quod maius peccatum habet ille qui tibi iſtos docuit errores, dicas veritatem, quia cum omni pietate tractaberis. Dic ergo quis te docuit hos errores, quo in loco, & quibus præſentibus. Semper enim iudex ſupponat factũ eſſe verum, ſed quærat de circunſtantijs, & ſocijs ſiue complicibus.

Cõuictus in negatiua perſiſtens. Tertio ſi perſiſtat reus in negatiua, & ſit conuictus per teſtes, Inquiſitor faciet legere depoſitiones coram eo, ſic tamẽ quod in cognitione deponentium non veniat, ſi tamẽ teſtes talia ei in faciem dicere eſſent parati, Inquiſitor poterit permittere, vt ſic confuſus verum fateatur.

Non cõuictus in negatiua perſiſtẽs. Quarto ſi videt illum non eſſe conuictũ per teſtes, & ſtare in negatiua, accipiat Inquiſitor proceſſum in manibus, & reuoluat, ac dicat, Quomodo potes negare hoc, & hoc? clarum eſt quod non dicis verum. dicas quomodo ſe habeat res, nec te permittas torqueri. Caueat tamen cautus Inquiſitor ne deſcendat ad ſpeciem dicẽdo ſe ſcire ſic, & ſic, ne reus aduertat ipſum ignorare & fingere, ſed ſemper ſtet in genere, & tangat aliquid ſibi certum.

In negatiua abſolute perſiſtens. Quinto ſi videt reum ſtare in negatiua, fingat ſe longius iturum, & ſic quod niſi verum cito fateatur, ac ſe expediat, in carceribus per plures dies eſt moraturus.

Sexto ſi videt eum ſtare in negatiua, & tamen credit eum eſſe in errore, multiplicet interrogationes, vt ſic veritas habeatur, quia ex multiplicatione articulorum habetur ad minus quod ſi eſt in errorre ipſe variat, & ſic poterit torqueri.

Septimo ſi videt reum nullo modo velle prodere veritatem, non tradat eum cautionibus ſiue fideiuſſoribus. Nam ſi de cetero veritas haberi non poſſet, & ille interim procuraret vt officiũ euadere poſſet, ludificatus Inquiſitor euaderet.

Octauo ſi ſtat in negatiua, mittat Inquiſitor ad reum viros probos, qui ei perſuadeant quod confiteatur, & promittant ei miſericordiam ex parte Inquiſitoris, & quod plus fiet ſibi quam ipſe credat.

Nono ſi aliquis de ſecta ipſius rei ad Eccleſiam reuerſus inueniatur

inueniatur poteſt Inquiſitor eum mittere ad ipſum reum in carcere,& permittere quod cum illo loquatur,ſed cuſtos omnia audiat,& poſtea diligenter referat Inquiſitori,vel ſi commode fieri poteſt iudex ſit in aliquo loco abſconditus, & eos audiat loquentes adinuicem.quod quidem difficile eſt, & nõ multum laudabile, quia Iudex in ſolo iudicio reum audire debet.

Decimo dum reus incipit veritatem aperire, Inquiſitor nullo modo examen differre debet, ſed ipſum continuare, quia per dimidiationem examinis frequenter hæretici ad vomitum redeunt,& verum aperire nolunt.directoriũ antiquũ.

INSTANTIA.

1 INſtantia iudicii in quibus caſibus de iure ciuili non pereat, & nõnulla notanda de eius inſtantia,vide Abb. in c.venerabilis,de iudi.& nota quod licet quando quis abſolutus eſt ab inſtantia,omnia acta ex ipſo iudicio oriẽtia pereant,ſiue ſint præcedentia vt citationes,& ſatisdationes,ac conſilia.vt in l. properandum.§.1.C. de iudi.confeſſiones tamen, & atteſtationes,ac omnia factum reſpicientia quæ ſunt acta litis,perpetuo valẽt inter eaſdem perſonas, & coram eiſdem iudicibus C.de Arbi.l.cum antea.§. fin. *Inſtantia iudicij in quibus caſibus non pereat.*

INTERDICTA.

1 INterdicta quot, & qualia ſint,& quando competunt,& vnde habuerunt originem, vide glo.in c.Paſtoralis. de cauſa poſſeſ.& propr. & ibi de nouem publicis interdictis,& de viginti nouem priuatis.ſpec.eo. tit.§.quia vero.

2 Interdicti ab Inquiſitore ſicut nec excommunicati ab ipſo a nullo,præterque ab eodem poſſunt,vel diſpenſari. vide ſupra, excommunicatio. *Interdicti ab Inquiſitore.*

3 Interdicti generalis ſententiam ab Epiſcopo promulgatã an exempti teneantur ſeruare, & an religioſi non obſeruantes interdictum quando matrix Eccleſia ſeruat illud, ſint excommunicati,vide Abb.in c.cũ inter, & c.1.de præſump. Hoſt. in c. tanta. de exceſ. prę̃la. Io. And. in mercurial. in c. In obſcuris. de reg. iur.

INTER-

INTERPRETARI.

IN terpretari legem ſolus Princeps poteſt.l.fin.C.de legi.c. 1
inter alia de ſenten.exco.& nota ex Io.de tur.cre. in c. ſicut
Magiſtri iudicis cõ ſuetudinis. enim.11.quod bona eſt interpretatio magiſtri,ſed melior eſt
inſtructio Iudicis quia neceſſaria,optima conſuetudinis quia
neceſſaria & generalis,ſed ſuperat omnes interpretatio Prin
cipis.ex quibus ſequitur corrolarie ꝙ ſi ſit opus interpretatio
ne quę in ſcripto redigatur,& ſit neceſſaria omnes cõſtringẽs
ad eius obſeruantiã,& generalis,ideſt ſit lex,& cõſtitutio ſcri
pta, ſolus Princeps eſt requirẽdus ſecularis vel eccleſiaſticus,
quia ſolus poteſt talẽ interpretationẽ facere, vt c. de legi.&
conſt. l. leges, & tali modo ſolus Apoſtolicus eſt interpres iu
ris diuini, & canonũ. Abb. c. Quæ in Eccleſiarum. de conſt.
Et ſolus Imperator interpres iuris ciuilis,vt ſupra dictum eſt.

Interpretari ſtatuta contra hæreticos quandoque poteſt 2
Inquiſitor,vt patet per breue Inno. 4.incipien.Ad perpetuã.

Loci conſuetudo attendenda. Interpretantur iura communia, & priuilegia generaliter 3
loquentia ſecundum loci conſuetudinem,vt c.certificati. de
ſepulturis, Inno. in c.olim de ver.ſign.Bar.in l.omnes populi
.ff.de iuſti.& iur.Abb.in c.certificati. vt ſupra. Nam & lex in-
terpretanda eſt ſecundum vſum praticandi.l.minime.ff. de le
gi.c.cum dilectus,de conſuetud.

Interpretari ſtricte non debet ſententia interdicti,quia ve 4
nit ad correctionem animæ, & ſecurior interpretatio fienda
eſt in concernentibus animam,& eius periculum,glo. in c.cũ
in vnico.de ſcrutinio. Abb.in c.in partibus.de ver.ſig.& in c.
eſtote,de reg.iur.

INSTRVMENTA.

INſtrumenta per notarium confecta poſtquam fuit de falſo 1
in ſuo officio commiſſo damnatus,non debent recipi tamq̃
autentica,quia ex quo damnatus eſt auctor, opera eius nõ fa
ciunt fidem.pro hoc.l.ſi quis C.de ſuſce.& arch.li.10.Inn. op
Poſt falſitatem cõmiſſam. timam diſtinctionem facit dicens.Aut loquimur de inſtrumẽ
tis confectis poſt falſitatem commiſſam per ipſum notarium,
vel ante. ſi ante, tunc ex quo notarius toleratur in officio

valent

valent,licet poſtea ſequatur damnatio,ſeu depoſitio,quia ge ſta ratione publici officij non retractantur propter publicam vtilitatẽ, licet poſtea ſequatur depoſitio .ad hoc l. Barbarius .ff.de offi.prætoris,& 3.q.7.§. tria. Sed inſtrumenta confecta poſt damnationem, pro infectis habentur. Idem a ſimili poteſt dici de notario in hæreſim lapſo. *Poſt dãnationem confecta inſtrumẽta pro infectis habentur.*

2 Sed dubium eſt quando ante damnationem notarij reperitur inſtrumentum habens plura capita,& in vno eſt admixta falſitas,nunquid propter falſitatem in vno capite adinuẽtam reprobetur totum inſtrumentum. Quidam diſtinguunt vt habes per Abb. in c. fraternitatis, de hære. ſed reſolutio eſt talis. Aut defectus nõ prouenit ex vitio notarij,& tunc aut cõcernit ſubſtantialia inſtrumenti, vt quia omiſſa indictio, & dies,& tunc inſtrumẽtum corruit totum,vt in Auctẽ.vt pro po.no.impe.& no.in c.inter dilectos, de fide. inſtr. aut defectus non concernit ſubſtantialia negotij,& tunc diſtinguitur ſic. Aut negotia ſunt connexa,aut non. Primo caſu corruit totum,ſecundo caſu,vt quia debebat ſcribere quod. N.promiſit decem, & ſcripſit viginti, & quod erat conſanguineus,& talia quæ ſunt circunſtantiæ extrinſecæ, licet talia ſint falſa, non reprobatur propter hoc inſtrumentum, quia illa non ſpectant ad officium notarij, vt dicitur de teſte. vide Abba. vbi ſupra. *Inſtrumẽtũ habẽs plura capita.*

INVOCARE.

1 IN uocare brachium ſeculare poteſt Inquiſitor, vt in c. vt officium.de here.li.6.§.denique.

2 Inuocantes dęmones tam Iudæos, quam Paganos atque Saracenos indifferenter Inquiſitor punire non poteſt,ſed tãtum quando directe contra Chriſtianam profeſſionem agũt. Pro quorum intelligentia aduertendum eſt,quod in ſcripturis veteris teſtamenti ſunt quædam quæ ita mordicus a Iudęis tenentur, & creduntur,vt eis inhęrendo,& credendo credant inniti diuinæ auctoritati ac ineffabili veritati. Nam aduertendum puto, quod in veteri teſtamento ſunt quædã moralia,quędã legalia,quędã iudicialia,quædam cęrimonialia, *Moralia legalia iudicialia.*

FF quædam

quædam prophetalia, & quædam figuralia, quæ omnia ſunt genere duplicia. Nam quædam ſunt in eis ſpecialia, per quę a nobis chriſtianis infideles reputantur. Et ſi de his diſcordant a priori eorum credentia, licet hæretici ſint in eorum perfidia, non tamen in fide chriſtiana, imo nobiſcum tunc de nouo conueniunt, & ad nos conuertuntur. Et propter hoc in his a Chriſtianis non ſunt fatigandi, ſed in talibus potius erudiēdi, & defendendi ſunt.

Iudæi hæretici nō ĩ fide chriſtiana.

Quædam alia ſunt Chriſtianis, & Iudæis cōmunia, ꝑ quæ a nobis Chriſtianis non diſtinguntur, nec Iudęi ſunt, nec habentur hæretici, vtpote credere Deum vnum, & illum creatorem omnium, & ſimilia. Et ſi in eis Iudæi ab eorum priori credentia diſcedant, & abnegēt eſſe vera, hæretici & in priori promiſſa fidelitate, & in eorum theologia, vel lege, & cōmuni eorum ęſtimatione ſunt, & habentur hæretici. Et quia in his nobiſcum conueniunt, & talia negare eſt legē chriſtianorū directe impugnare, ideo a Chriſtianis, & fidei chriſtianæ iudicibus, Epiſcopis, & Inquiſitoribus arctandi ſunt ea tenere, & credere, ac fidem quam de his credendo promiſerūt firmiter obſeruare. Si ergo inueniantur Iudæi in his quæ nobis & ipſis ſunt communia deliquiſſe verbo vel facto ea abnegando, vt ſi aſſerendo verbo vnum Deum non eſſe, vel facto dæmonibus ſacrificando, quod eſt facto dæmonem Deum aſſerere, & ſimilia perpetrare, pręſertim in pręſentia chriſtianorum, debent tamquam hæretici in eorum lege, & vt fautores hæreticorum contra legem Chriſti, arctari & puniri per Epiſcopos & Inquiſitores iudices fidei. Si enim infantes iudæorum vel adulti per minas, vel per timorem amiſſionis rerum ſuarum, vel verberum, vel ſimilia etiā metu mortis coacti fuerint baptizari, & receperint fidem Chriſti, ſunt cogēdi ad obſeruandum quod promiſerunt, vt in C. de Iudæis. di. 45. & c. contra Chriſtianos. de hęre. li. 6. quanto magis iudæi qui voluntarie de credendo prędicta moralia, & illa prædicta per quę a Chriſtianis nō diſtinguuntur, Deo fideiuſſerunt, debēt arctari ad ſeruandum illud quod promiſſerūt? præſertim quia 3

Iudæi hæretici in fide chriſtiana.

fidem

fidem Chriſti quam receperunt in figura, vt dicit S. Thom. ſe. ſec. q. 10. art. 5. Et quia iudæi inter cætera adorare vnum Deum, & illum ſolum promiſerunt, iuxt. illud Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & his modernis temporibus, & etiam antiquis frequentiſſime delique runt, ſaltem facto quod eſt plusq̃ verbo idola colentes, eis ſacrificia offerentes, dæmones inuocantes, ad aras dæmoniorum ſacrificia offerentes, reſponſa ſperantes, & obtinentes, & nonnumq̃ Chriſtianos verbo, vel exemplo ad nepharia ſimilia pertrahentes, Epiſcoporum, & Inquiſitorum pro talibus nephandis iudicium non euadunt, imo ſunt durius ab eis puniendi, & hoc patet ex dictis Doctorum. Nam Inno. in c. Quod ſuper. de voto. & vo. redem. ſic dicit. Et propter hoc dicimus, non licet Papæ, vel fidelibus auferre ſua, ſiue dominia, ſiue iuriſdictiones infidelibus, quia ſine peccato ea poſſident. Sed bene credimus, ꝙ Papa qui eſt vicarius Chriſti poteſtatem habet non tantum ſuper Chriſtianos, ſed etiam ſuper omnes infideles. Cum enim Chriſtus habuerit ſuper omnes poteſtatem, vnde pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi da. &c. non videtur diligens paterfamilias, niſi vicario ſuo quem in terra dimittebat, plenam poteſtatem ſuper omnes dimiſiſſet. Item ipſe Petro, & ſucceſſoribus eius dedit claues regni cœlorum dicens. Quodcunq; ligaueris ſuper terram. &c. Et alibi. paſce oues meas. Omnes autem tam fideles, q̃ infideles Chriſti oues ſunt per creationem, licet non ſint de ouili Eccleſiæ. Et ſic per prædicta patet, ꝙ Papa ſuper omnes habet iurisdictionem, & poteſtatem de iure, licet non de facto, vnde per hanc poteſtatem quam habet Papa, credo ꝙ ſi gentilis qui non habent legem niſi naturæ, ſi contra legem naturæ faceret, ꝙ poſſet licite puniri per Papam. Arg. Gen. 19. vbi habes, ꝙ Sodomitæ qui contra legem naturæ peccabant puniti ſunt a Deo. Cũ autẽ Dei iudicia ſint nobis exẽplaria, non video quare Papa qui eſt vicarius Chriſti hoc nõ poſſit, dũmodo adſit facultas. Et idẽ dico ſi colãt idola. naturale .n. eſt vnum, & ſolũ Deum creatorem colere, & non creaturas.

Iudæi quomodo per Epos uel Inquiſitores puniri poſſint, & debeant.

Papa nõ ſup Chriſtianos tãtum, ſed etiam ſuper ĩfideles poteſtatẽ habet.

Iudæi hæretici, a Papa iudicantur. Item Iudęos ſi contra legem Euangelij faciãt Papa poteſt 4
iudicare in moralibus videlicet, & eos ſi eorum Prælati non puniant punire. Et eodem modo ſi hæreſes circa ſuam legem inueniant. Et hac ratione moti Greg. & Inno. Summi Pontifices mandauerunt comburi libros talium, qui multis hæreſibus pleni inueniebantur, mandaueruntq; puniri illos qui prædictas hæreſes ſequerentur, & docerent.

Nota facultatem ideſt ſecularem poteſtatem. De Chriſtianis autem non eſt dubium, quod eos Papa poteſt iudicare ſi contra legem Euangelii faciant. Et licet quandoq; Papa omittat pœnas iuſtas omnibus prædictis inferre, hoc facit, vel quia facultatem non habet, vel propter ſcandala, ac pericula vitanda.

In omnibus autem prędictis caſibus,& alijs in quibus licet 5
Papa eis aliquid mandare, ſi non obediunt compellendi ſunt per brachium ſeculare, & indicendum eſt eis bellum per Papam,& non per alios,vbi quis de iure ſuo contendit. Nec eſt contra.c.Multi. 2.q.1.vbi dicitur quod non pertinet ad nos iudicare de his quæ foris ſunt, quia intelligitur, quod nõ debemus eos iudicare excommunicando, vel compellendo ad fidem,ad quam ſola Dei gratia vocantur. 45.di.c. De Iudæis. Hæc Innoc. vbi ſupra, & Abb. in cap. venerabilem. de electione.

Iudæorum codices hæreſum pleni. Temporibus etiam noſtris videlicet. M.D.LVIII. ex mã 6
dato Pauli eius nóminis quarti ſummi Pont. diligentiſſima Inquiſitione contra Iudæos facta, hæreſum pleni quamplurimi codices penes ipſos inuẽti igne conſumpti ſunt. Io. And. etiam in Nouella ſuper alleg. c. Quod ſuper. idem quod Inno. dicit, & ſuper c. ex graui.§. ſane. de vſuris. in Clem. ſic ait. Non ſolum eſt hæreticum male ſentire de articulis fidei vel ſacramentis Eccleſiæ. c. Ad abolendam, de hęre. ſed etiã quod ꝑuerſum dogma habet,vel falſas opiniones gignit, ac ſequitur. 24.q.4.c. Hæretici. Aut ſi eſt contra doctrinãm Eccleſiæ.eo.tit. & c. Et c.tu.in fin. Iudæi vero qui dicunt hæc iudicãtes auctoritate Deut.23.Non fœneraberis fratri tuo, de quibus videtur facere 23.q.4.c. Ab illo. nõ includuntur hac

conſtitu-

conſtitutione, quia hæreſis proprie non cadit in illos, quæ diuiſionem ſonat, quia numq̃ fuerunt vniti. Item certum eſt ꝙ peccant in articulis fidei, qui ſapiunt humanitatem Chriſti, de quibus in c. firmiter. de ſum. tri. & fi. ca. & hoc ſcit Eccleſia, & tolerat, & nihil ad nos, c. Gaudemus. de diuor. Poſſunt tamen per Eccleſiam compeſci ſuper his, ſi talia dogmatizant inter Chriſtianos, vt dicit Inno. & Hoſtieñ. in c. quod ſuper his. de voto. & vo. redem. Sicut & in alijs caſibus cohercet, qui nominantur in c. Iudęi. de Iudę. Hæc Io. And. *Iudæi dogmatizãtes.*

Paulus de Alza. ſuper eodem. c. concordat etiam cum prędictis. Et S. Tho. ſe. ſec. q. 10. art. 10. ad 2. & ipſe ſic dicit, Eccleſia in infideles non habet iudicium quo ad pœnam ſpiritualem eis infligendam, habet tamen iudicium ſuper infideles quo ad temporalem pœnam, ad quod pertinet, ꝙ Eccleſia aliquando propter aliquas ſpeciales culpas ſubtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium. Et in eadem q. ar. 8. ſic dicit. Infidelium quidam ſunt, qui numq̃ fidem Chriſti ſuſceperunt, ſicut Iudæi, & gentiles, & tales nullo modo ſunt ad fidem compellendi ab Eccleſia, vt ipſi credant, quia credere voluntatis eſt, ſunt tamẽ compellendi a fidelibus ſi adſit facultas, vt fidem non impediant vel blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, vel etiam apertis ꝑſecutionibus, & propter hoc fideles Chriſti frequenter contra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant, quia etiam ſi eos viciſſent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerent an credere vellent, ſed propter hoc vt eos compellant, ne fidem Chriſti impediant. Alij vero ſunt infideles, qui quãdoq; fidem Chriſti ſuſceperunt, & eam profitentur, ſicut hæretici, vel quicunq; apoſtatæ, & tales ſunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod ſemel ſuſceperunt. Hæc Sanctus Thom. *Quandoque Iudæis ſubtrabitur cõmunio, Chriſtianorum.* *Bellũ cõtra infideles quare moueant fideles.*

7 Nonnulli autem aduerſarij veritatis prędictam veritatem nituntur multipliciter impugnare, volentes probare, ꝙ cognitio, & punitio Iudæorum, & Saracenorum in vel contra fidem delinquentium pertinet non ad Epiſcopum, & Inquiſitorem,

rem, ſed tantum ad Dominos temporales. Et primo probant per canones, ſecūdo per leges. Per canones impugnant quintupliciter, & primo ſic.

Iudæus ſic delinquens contra fidem vel eſt ex ſe de iuriſdictione Epiſcopi, vel non ſi ſic, punit eum Epiſcopus, vtpatet c. Poſtulaſti. de Iudæis. Et punit eum pecunia, vel pœna alia temporali. ſi non, punit eum Dominus temporalis, vtpatet per c. alleg. non ergo omnes iudęos contra fidem agentes poteſt punire Epiſcopus, & per conſequens minus ipſe Inquiſitor, cum ille ſit Ordinarius, & non iſte.

Reſpondetur, ꝙ c. alleg. non loquitur de hæreſi vel fide, de quibus cognoſcere per cenſuram eccleſiaſticam prohibetur Dominus temporalis, vtpatet in c. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6. Sed loquitur de exceſſu de quo in iudæo conceditur ꝑ Eccleſiam Domino temporali, ꝙ poſſit cognoſcere, & punire. Dicit etiam ſic. c. Poſtulaſti, qualiter contra Iudęum procedere debeas qui manus iniecit in quendam clericum violẽtas. Ad quod breuiter reſpondemus, ꝙ ſi dictus iudæus tuæ iuriſdictionis exiſtit, ipſum pœna pecuniaria punias, vel alia ſecundum ꝙ conuenit temporali, faciens læſo ſatisfactionem congruam exhiberi, alioquin eius dominum moneas, & inducas, vt paſſo iniuriam, & Eccleſiæ ab eo ſatisfaciat competenter. Quod ſi Dominus eius neglexerit adimplere, tu Chriſtianis per cenſuram eccleſiaſticam interdicas, ne cum ipſo iudæo anteq̃ ſatisfaciat præſumant commercia exercere.

Iudæi ꝑ Principes puniuntur.

8 Secundo ſic arguitur. ſi in contumeliā creatoris prorūpant Iudęi, puniuntur per Principes temporales, vt c. in nonnullis. de iude. ſed fidem Chriſti falſo dogmate impugnare, vel aliter in & contra fidem agere, eſt in cōtumeliam creatoris prorumpere, ergo ſi iudęi ſic agitẽt fidem, non per Epiſcopum, & Inquiſitorem debent puniri, ſed per Principes ſeculares.

Contumelia duplex.

Reſpondetur multipliciter, & primo. ꝙ duplex eſt blaſphemia in Deum, & contumelia. Quædam eſt ſimplex, & quædā eſt hæreticalis, prima non agitat articulum fidei, ſed ſecunda. De primo loquitur c. vnicū de maledicis, & blaſphemis. ſecunda

cunda autẽ trahitur ad titulũ de hæret. & de prima loquitur, non de ſecunda c. alleg. quia loquitur ſimpliciter, & non ad hæreſim contrahendo, nec ſequitur, quod ſi Papa commiſit, & præcepit principibus temporalibus quod puniant quandoque chriſtianum vel Iudęum de prima, quod commiſerit etiã de ſecunda. Et ibi, ſi hoc feceris. quod non facit, cũ contrariũ poſtmodum prædictis dominis temporalibus præcepit in c. vt Inquiſitionis. de hęre. li. 6. vbi eis præcepit quod de fide, & de hæreſi quoquomodo non iudicent, nec cognoſcant.

Secundo reſpondetur, quod non dicitur in di. c. in nonnullis, Pręcipimus quod per Principes pręſumptores huiuſmodi animaduerſione debita puniantur, Papa nõ excludit ſeipſum quin poſſit iudicare, & punire Iudæos contra fidem catholicam delinquentes effectos de foro ſuo, & Eccleſię Romanæ, in foro namque Eccleſiaſtico tales pœna pecuniaria, vel alia temporali pœna citra ſanguinis effuſionem puniuntur, in foro autem ſeculari pœna capitis plectuntur, quod notatur in hoc quod dicitur, animaduerſione debita puniãtur. vt notat, & exponit Hoſt. in c. de indicijs. §. quod ſi Iudæus, ſic dices, cum autem Iudæus Chriſtum blaſppemans, vel in eius ſæuiens puniatur, multo fortius ſi Deum blaſphemauerit eſt ꝑ poteſtatem ſecularem pœna legitima feriendus, vt eodem c. Nonnullis. §. vlti. ſed quæ ſit pœna hæc, dicunt quod eſt pecuniaria. vt c. Poſtulaſti. eod. tit. & hoc eſt verum in eccleſiaſtico, ſed in ſeculari foro hoc non credo verum, imo legali pœna quæ eſt decapitatio, etiam in chriſtiano (vt dicetur infra.)

Præcipiẽdo alijs ꝙ faciãt nõ priuat ſe auctoritate.

Et hoc ſignificat Papa quando dicit, per poteſtatẽ ſecularem condignę animaduerſionis, adiectionem. Animaduerſio enim merum imperium denotat, vnde & in hoc caſu eſt animam a corpore vertere. ff. de iuriſdi. omn. iudi. l. 3. Nec excuſabit ſe aliquis cum Iudice cauſa ludi. Quis enim ludos appellet ex quibus crimina oriũtur? vt manifeſte in conſtitutione. ff. vet. §. illud, non ſane. Nam ludus noxius in culpa eſt. ff. ad l. Aquiliã. Nam ludus ad hoc. de pręſump. c. 1. hæc Hoſt.

Animaduerſio q̃d ſignificet

Ludi ex quibus crimina oriuntur.

Tertio reſpondetur, quod in crimine hęreſis iudicis Eccle

ſiaſtici eſt cognoſcere,& iudicare,ſed iudicis ſecularis eſt exe qui,& punire vt c.ad abolendam,de hære.& c. vergentis, & c.excommunicamus. vtroque eo.tit.ſic in propoſito,Eccleſia iudicat.quod ſignificatur in eo quod Papa in di.c. nonnullis, dicit. Pręcipimus quod pręſumptores huiuſmodi &c. ſed do minus ſecularis exequitur,& punit, in eo quod præcipit fieri per Principes ſeculares tãquam per executores, & etiã quia dicit,quod cõdignę animaduerſionis volumus,&c.Per quod ſupplicium deſignatur,vt ſupradictum eſt.

Rex Siciliæ papæ miniſter fuit, non dominus.

Tertio arguitur ſic,Rex Siciliæ commiſit Epiſcopis, vt pu nirent Saracenos,qui mulieribus Chriſtianis,& pueris abute bantur,vt c.In Archiepiſc.de rapto.Igitur ſi Rex eis cõmiſit, punitio Saracenorũ directe pertinet ad Principes ſeculares. 9

Reſpondetur quod Papa commiſſionem factam Epiſcopis per Regem ſuper Saracenos narrat,ſed eos procedere ex tali commiſſionę non approbat, nec proceſſerunt ex illa, ſed pro pria ordinaria,vnde dicit ſic. Conſultationi tuæ taliter reſpõ demus,quod tales in iuriſdictione tua exiſtentes pœna pecuniaria poteris mulctare,&c. Vel aliter reſpondetur,quod vbi prædicti Epiſcopi in dictis exceſſibus proceſiſſent ex commiſ ſioné Regia,& non poteſtate ordinaria, quod procedebant in caſu de exceſſu,quia de nece,& de damnato concubitu,in quo & de quo poteſt cognoſcere, & punire dominus ſecularis,ſecus autem eſt de fide, & crimine hæreticę prauitatis,de quo iudex ſecularis cognoſcere prohibetur, c. vt Inquiſitionis de hære. li. 6.

Quarto arguitur.alta voce,& publice in terris chriſtiano rum Machometum inuocare, peregrinationes ad ſepulchrũ alicuius Saraceni defuncti tamquam ad locum ſanctum, palam & publice in eiſdem terris facere,& tolerare, cedit in of fenſam,& opprobrium fidei Chriſtianæ, ſed Saracenos talia exercentes mandat Papa caſtigari per Principes chriſtianos, vt de Iudæis c.poſtulaſti.non ergo cognitio & punitio Saracenorum contra fidem chriſtianam delinquentium videtur ad Eccleſiam pertinere. 10

Reſpondetur

Reſpondetur, quod Iudęi & Saraceni (vt dictum eſt) aliqua habent nobiſcum communia, vt credere vnum Deum, & eũ creatorem, hoc eſt commune nobis Chriſtianis, & Iudæis, & Saracenis, vel credere Chriſtum de virgine natum, & illum fuiſſe prophetam verum & ſanctum, quod eſt commune nobis, & Saracenis, & in talibus aſſentire, ab Eccleſia nõ reprobatur, imo tacite approbatur, & ſi poſtmodum diſſentiant in lege, ſeu potius ſecta ſua, hæretici fiunt directe, & in noſtra in directe. Et quia inquirere & cognoſcere de huiuſmodi habet Iudex eccleſiaſticus, ergo poterit iudicare. Habent etiam Iudæi, & Saraceni aliqua quę nobis Chriſtianis, & illis non ſunt communia ſed diſtincta, per quæ hi ſunt, & dicuntur Iudæi, & illi ſunt, & dicuntur Saraceni. Et de Iudæis primum. Nam ii aſſerunt Chriſtum adhuc fore venturum, & legali ob ſeruantia eſſe viuendum, Saraceni autem aſſerunt Chriſtum veniſſe, fuiſſe tãtum purum hominẽ, & Machometum Chriſti nuncium, & Dei prophetam ſanctum extitiſſe, & in his Eccleſia eos non approbat ſed reprobat, & tolerat tamen, ac ne illos ad profitendum fidem catholicam quiſquam cogat, diſtricte prohibet. vt in c. qui ſyncera. di. 45. ſed ſi volũt ab eorũ erroribus reſilire, & fidem Chriſti ſuſcipere, eos recipit fouet & protegit, vt c. Iudęi. de iudęis. Et in proteſtatione huiuſmodi eorum errorum ipſi Iudæi & Saraceni exercent, & obſeruant execrabiles varios ritus ſuos. Hi in ſynagogis ſuis, illi in moſquitis, diſtinguuntur tamẽ ritibus. Nam ritus Iudæorum interdum fuerũt liciti, & ſemper habuerunt, & habent ſignificationem, & repreſentationẽ alicuius veritatis. Nam olim repręſentabant futura, modo autem præterita, ſicut ſerpens æneus, qui adhuc in quibuſdam eccleſijs in Paſchate ſuper palũ exaltatur, & agnus qui immolatur ſignificat, & figurat nobis Chriſtianis præterita, ideſt Chriſtum in cruce exaltatum, & Deo in ara crucis immolatum. Sed olim ſanctis patribus deſignabat talia ĩ Chriſto futura. Nã Io. 3. dicit Chriſtus Sicut Moiſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis. & ideo ritus Iudęorũ ab Eccleſia tolerantur

Cõmunia nobis Iudæis, & Saracenis.

Ad fidẽ Catholicã Eccleſia neminẽ cogit.

11 Quinto arguitur ſic,Iudæi non poſſunt proprie eſſe hæreti ci,nec per conſequens de hæreſi ſuſpecti,nam fidem chriſtianam nunquam receperunt,& per conſequens eã perdere non poſſunt.Epiſcopi autem, & Inquiſitores non ſunt ſimul iudices niſi in materia hæreſis, ergo de eis qualitercunque delinquentibus cognoſcere non poſſunt.

Reſpondetur ſicut ſupradictum eſt,quod Iudęi poſſunt eſſe manifeſti,& clare hæreticorum fautores, receptatores, & defenſores,& ideo poſſunt puniri per Epiſcopos,& Inquiſitores, hæretici autem in lege noſtra directe,& proprie eſſe non poſſunt,nec ſuſpecti, quia fidem Chriſti in re non receperũt, & ſic vt tales puniri non poſſunt. Et hoc niſi credant,vel perſonaliter aſſerant contrarium eorum quibus a nobis diſtincti non ſunt, ſed nobiſcum conueniunt, ut pote Deum non eſſe, vel creatorem, vel legem non dediſſe Moiſi, &c. quibus aſſentire ſeu credere expreſſe vel tacite fideiuſſerunt in circonciſione,vel legis Moſaicæ receptione.Et ideo ſi deuiant arctãdi ſunt credere,& tenere quæ fideiuſſerunt.De fide autem,& hęreſi non habet cognoſcere quoquomodo dominus temporalis,ſed tantum eccleſiaſticus. Poſſunt etiam contra fidẽ Chriſtianam agere,illam prauo dogmate corrumpendo,malis perſuaſionibus impugnando,Chriſtianos ad hæreſes inducẽdo, de hæreſibus informando, ad ritus eorum execrabiles prauis perſuaſionibus pertrahendo,nouas leges contra Chriſti legẽ inueniendo, ſcribendoque, & dogmatizando, & ſimilia peragendo,de quibus iudex ſecularis cum ſit prohibitus non poteſt,ſed Eccleſiaſticus habet cognoſcere,& diffinire.

Iudæi hæreticorũ fautores quomodo eſſe poſſunt.

Iudæi cõtra Chriſti fidem dogmatizantes.

12 Per leges autem veritas prædicta etiam impugnatur multipliciter.Et primo ſic.Iudæi Romanis legibus iudicantur C.de iude.l.Iudæi,vbi ſic dicitur, Iudæi Romano communi iure uiuentes,& infra.Adeant ſolemni more iudicia,omneſque Romanis legibus conferant, & accipiant actiones. ergo debent iudicari Romanis legibus in ciuilibus, ſicut & Chriſtiani, & non legibus moſaicis,nec a ſenibus Iudæorum,imo eos per ipſorum ſeniores prohibet iudicari, vt patet C. de iud.l.ſi qua.

Romanis legibus iudæi iudicantur.

Namque ante Chriſti aduentum ſecundum legem Moiſi in multis habebant immunitatē, quæ omnia reſcinduntur, eo. c. l. Iuſſio, & quædam iuxta legem ſuam inſtituerunt, quæ non licent. eo. c. l. Nemo.

Secundo arguitur ſic. Rectores prouinciarum debent prohibere Iudęos ſi faciunt aliqua in contemptum fidei Chriſtianæ. C. de iudę. l. Iudæos. vbi ſic dicitur, Iudæos quędam feſtiuitatis ſuę ſolemnia ad pœnæ quandam recordationem intendere, & ſanctæ crucis aſſimilatam ſpeciem in contemptū chriſtianæ fidei ſacrilega mente exercere prouinciarum rectores prohibeant. Hęc in glo. ſolemnia, puta, coronam ſpineam, & crucem, ergo non ad Eccleſiam, ſed ad Dominos temporales pertinet Iudæos contra fidem Chriſti delinquentes punire. 13

Reſpōdetur, quod ex iſta lege nil aliud habetur, niſi quod rectores prouinciarū prohibeant Iudęos, ne talia faciant contra fidem, nec per hoc Iudæi fidem peruertebant, ſed contemnebant, vnde in contemptum dicit. Nec per hoc excluditur Eccleſia ad quam de delinquētibus in fide pertinet iudicare, & non ad Dominos temporales, vt in cap. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6.

Tertio arguitur ſic. Princeps ſecularis iudicat pœna ſanguinis Iudæos qui expugnant fidem Chriſti falſa doctrina. C. de Iudę. l. vlti. vbi ſic dicit. Sciant præterea bona ſua pręſcripta, mox pœnę ſanguinis deſtinandos qui fidem alterius, id eſt Chriſti expugnabit peruerſa doctrina. Hęc ibi. Non ergo ad Chriſtianos, vel ad Eccleſiam pertinet punire taliter delinquentes. 14

Reſpōdetur, quod ex iſta lege nihil aliud habetur, niſi quod principes ſeculares Iudæos expugnantes fidem Chriſti puniunt pœna ſanguinis. Hæc autem pœna eſt ſecundum iudicium ſeculare, nec ex hoc excluditur iudiciū Eccleſiæ, cuius eſt cognoſcere, & diffinire, ſicut nec in hæreticis in quos, & cōtra quos eſt eadem pœna ſecundum leges, vt C. de hęre. l. Manichęos, & l. Ariani, & nō procedit ſuper iudicium Eccleſiæ, vt C. de ſum. Tri. & fi. ca. l. 1. & de hære. c. ad abolendam, & c.

& c. vergentis,& c.excommunicamus pri.& ſec. Et Iudæi fidem Chriſti impugnantes eiſdem legibus quibus & hæretici iudicantur. C.de iudæ.l.cœli cœlorum, vbi ſic dicitur. Iudæi niſi ad Dei cultum venerationemq; chriſtianam cõuerſi fuerint,hiſdem legibus quibus præcipimus hæreticos cõſtringi vel aſtringi,ſe quoque nouerint aſtringendos.hęc ibi. Conſtat autem quod non aſtringuntur hiſdem legibus quibus hę retici,niſi impugnent fidem in peruerſa doctrina ſicut hæretici,tunc enim eodem iudicio aſtringuntur,ut C.de hære. l.quicunque.§.eos vero,vbi dicitur, Vltimo ſupplicio cohereeantur,qui illicita tentauerint docere, alias vt principes ſeculares Iudæos ſuſtinet protegit ac defendit,vt C. eo.l.nullus. *Iudæi fidem Chriſti impugnantes hiſdem legibus puniuntur quib. hæretici.*

Quarto ſic arguitur. Occaſione quæſtionis hæreſis nullus debet prouinciam commouere, ergo ſi Iudæus impugnat fidem,nullus ſe debet intromittere de quæſtione ciuili occaſione hæreſum, vel religionũ,ſed præſes debet prouidere ſuper deciſione talis quæſtionis ciuilis.

Reſpondetur, quod nec lex intendit quin iudex eccleſiaſticus de hæreſi debeat iudicare,& vbi lex hoc diceret, tãquam impeditiua officij Inquiſitionis,per Epiſcopum, & Inquiſitorem foret penitus retractanda, vt habetur in c. ſtatutum, de hære. lib. 6. *Lex impediens Inquiſitionis officium retractãda.*

Quinto arguitur ſic. In crimine canonico præſes cum Metropolitano habet diſcernere,& non Metropolitanus per ſe, ſed adiuncto præſide, vt in auctẽ. de manda. prin.§. ſi vero canonicum.fidem autẽ per Iudæos vel chriſtianos impugnare falſo dogmate crimen eſt canonicum, ergo de illa diſcernere pertinet non ſolum ad eccleſiaſticum, ſed etiam ad præſidem,non diſiunctiue ſed copulatiue.

Reſpondetur, prout patet per verba ſequentia legis, illa quæſtio non erat pure canonica, ſed habebat aliquid de ciuili. Dubitabant enim Epiſcopi in quo dubio aliquid erat de fide,& aliquid de temporali iuriſdictione, lex namque dicit ſic,Si vero canonicũ ſit quod qæritur,vna cũ Metropolitano prouinciæ hoc diſponere,& diſcernere prouidebis,ſiue Epi-

ſcopi dubitent ſiue alij quidam,& cauſæ claræ Deo amabilem terminum,qui & decenter orthodoxam cuſtodiant fidem,& indemnitatem procuret fiſcalibus. Ecce patet quod dubitant Epiſcopi in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de fiſcalibus,in quo caſu Metropolitanus,& præſes habeant diſcernere, alias enim Epiſcopi per ſe,& ſine Metropolitano iudicant in quæſtione canonica,vt matrimoniali, & alijs multis. In crimine enim Eccleſiaſtico,vt eſt crimen hæreſis, iudex eccleſiaſticus per ſe cognoſcit,& diſcernit,nec quo ad iudicium habet interuenire iudex ciuilis,vt in Auꝺten.de clerico apud proprios Epiſcopos.§.ſi vero,vbi ſic dicitur.Si vero Eccleſiaſticum ſit delictum egẽs caſtigatione eccleſiaſtica,& mulcta, Deo amabilis Epiſcopus hoc diſcernat,nihil communicantibus clariſſimis prouincię iudicibus. Nec enim volumus talia negocia omnino ſcire ciuiles iudices, cum oporteat talia eccleſiaſtica examinari, & emendari animas delinquẽtium per eccleſiaſticam mulctam ſecundum diuinas, & ſacras regulas quas etiam noſtræ ſi qui non dedignantur leges.hæc ibi.Non obſtantibus igitur canonum,& legum allegationibus, & impugnationibus antedictis manifeſte patet,quod iudęorum,& aliorum infidelium fidem chriſtianam prauis dogmatibus impugnantium, ſeu alijs modis contra fidem Chriſti delinquentium,& agentium cognitio, iudicium,& pęnitentia pertinet de iure ad iudices eccleſiaſticos, quia ad Epiſcopos,& Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & non ad principes, ſeu dominos ſeculares, licet executio pertineat ad ipſos iudices ſeculares, quam vindictam facit ſanguinis punitio, & ſi delinquentes debeant animaduerſione debita, ideſt vltimo ſupplicio caſtigari,prout ſi hæretici de iure & conſuetudine eſſent, eſt faciẽdum. Propter huiuſmodi rationes nonnulli aduerſarij ueritatis tempore Vrbani eius nominis quinti ſummi Pontificis opoſuerunt ſe Epiſcopo Bardonenſi,& Inquiſitori qui in fortijs ſuis tenebant quendam Iudæum nomine Aſtructum de petra Barchinoñ. conuictum pariter, & confeſſum eo quod dęmones inuocauerat, eis ſacrificauerat, & reſponſa ab illis habuerat,

In quæſtione canonica epiſcopi ſoli iudicant.

Iudicium ad Epiſcopos, executio ad iudices ſeculares quomodo pertinẽt.

habuerat, allegantes contra dictos Epiſcopum et Inquiſitorem, præfatum Iudæum non eſſe de eorum foro, ſed potius de foro domini temporalis. Et tandem dictus Iudæus ſequeſtratus fuit in fortijs Epiſcopi Illerdenſis, & cauſa deducta ante Gregorium Papam vndecimum. A quo auditis partibus in publico conciſtorio, mandatum eſt duobus Cardinalibus Bononien. videlicet; & Morinen. quatenus mandarent præfato Epiſcopo Illerden. quod infra taxatum terminum, dictum Iudæum deberet antedictis Epiſcopo, & Inquiſitori reſtituiſſe, & conſignaſſe. Qui Epiſcopus, & Inquiſitor præfati eundem Iudæum recuperatum Barchinonæ in Eccleſia Cathedrali in feſto circuncisionis Domini publice fecerunt abiurare, & eũdem ſententialiter carceri perpetuo mancipauerũt anno Domini. 1385. & hæc habentur diffuſe in directorio antiquo Inquiſitionis. Vide Zanchinum, de hæret. c. 36. cum addit. *Caſus Iudæi in diœceſi Illerdenſi.*

IRREGVLARITAS.

1 IRregularitas non eſt pœna directe inflicta, ſed potius conſequens ſacramenti defectum. Albertus magnus in 4. ſent. di. 27. Io. de Tur. Cre. in c. ſi quis. di. 34 Et ſępe ſine peccato, imo benefaciendo contrahitur, de qua plura vide ſupradictum Io. de Tur. Cre. in c. De his clericis, diſt. 50. & Abb. in c. 1. de vi. & hon. cler. & in c. ſi furioſus. de homicidio. *Irregularitas quid ſit.*

2 Irregularitatem leuare, & ſuper illa diſpenſare poſſunt Inquiſitores ſi contracta ſit in hæreſi, cum redeuntibus ad gremium matris Eccleſiæ, vt patet per priuilegium Clementis Papæ eius nominis ſeptimi, ꝙ incipit, Cũ ſicut, vbi ſic habet. *Quam irregularitatem poſſunt leuare.*

Et cum clericis ſecularibus, ac perſonis religioſis cuiuſuis conditionis ſuper quauis irregularitate, quam tam ex hæreſi q̃ ex apoſtaſia a fide, ſeu etiam ex eo ꝙ cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis tam a iure q̃ ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, & promulgatis quamlibet incurriſſent, aut ligati ſeu innodati diuina celebrando contraxiſſent, ac etiam ſuper irregularitatibus quas clerici cruce ſignati ſententijs, cenſuris & pœnis a iure vel ab homine etiam quauis occaſione, vel cauſa latis, ligati ſeu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis Eccleſiaſtico

eccleſiaſtico

cleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, miſſas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) incurrerint, diſpenſandi, &c.

IVDAEI.

IVdęi quomodo ſubſint Inquiſitori, & in quibus, vide ſupra in ver. Inuocantes 9. 10. 11. & 12. 1

Iudæi quare non ſint cogendi ad fidem Chriſti ſuſcipiendam, vide ſupra in verbo inuocare num. 6. pag. 229. 2

IVDEX.

Sine auctoritate iudex nõ eſt.

IVdex auctoritatem debet habere, quia alias iudex non diceretur, nec eſſet. Secundo debet habere bonam vitã, quia ait tex. in c. forus in fin. de ver. ſign. Non poteſt iuſticia cum ſcelerato habere commercium. Tertio debet habere ſcientiam, vt habeat notitiam boni, & ęqui. vt habet textus in l. 1. ff. de iur. & iura. Quarto debet habere experientiam. vt dicit tex. in Auctẽ. de iudi. Et vt nulla. poſt prin. in ver. Non enim ęſtimauimus, Vbi imperator deteſtatur eorum iudicium etiã nomina qui carent peritia legum, & illorum qui non habent experientiam. 1

Iudex debet eſſe mitis & placidus omnibus, vt in auctẽn. 2
de mand. prin. §. præcipue. In examinando tamen reos ſe debet oſtendere terribilem, vt in di. auctẽn. de mand. princip. §. talem vero, not. in l. obſeruandum. ff. de off. præſid. Non tamẽ debet eſſe nimis crudelis, alias poſſet remoueri, ſicut ſi eſſet nimis negligens. l. 1. & ibi Bar. C. de off. præſid. vrb.

Iudex de facili non moueatur contra delatos, ſed prius be 3
ne omnia examinet, ſcilicet cuius famæ, & qualitatis ſint deponentes, & illi contra quos deponunt, & quare deponant, & nõ ſtatim iraſcatur contra delatos, eos odio proſequendo, vt per ſpec. de iud. prępar. verſic. circa iudicem.

Iudex debet corrigere ſubditos ex dilectione, & non ex 4
odio, vt 23. q. 4 c ita. & quanto maius eſt delictum, tanto ſeuerius eſt iudicandum, vt 24. q. 1. c. non afferamus, & ibi glo.

Iudex quocunque modo procedat ſemper veritatem in- 5
quirere debet. textus eſt in auctẽn. qui ſemel. c. quomodo, & quando

quando iudex ibi, perquiſita veritate, ita dixit Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. ad receptationem. Ad idem textus in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maie. de adult. Et hoc maxime facere debet in crimine hæreſis quod eſt enormiſſimum. vbi enim eſt maius periculum ibi cautius eſt agendum c. vbi periculum de electio. li. 6. quinimo, ſi iudici poſt ſententiam etiam condẽnatoriam appareret de innocentia rei, id principi ſcribere debet, nec ſentẽtiam executioni mandare l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtioni. ita voluit Bart. in loco alleg. quinimo ſi princeps mãdaret contra aliquem fieri executionem alicuius ſententiæ capitalis, non erit illico parendum, quando appareret de innocentia rei poſt ſententiam, ſed expectanda eſſet ſecũda iuſſio, & Principi reſcribendum. facit textus in c. ſi quando de reſcript. & in terminis, textus in leg. ſi vindicari. C. de pœnis, & c. cum apud. 6. quæſt. 3. nec iuſto principi hoc moleſtum eſſe debet. facit quod de Antiocho tertio Aſiæ rege ſcribitur. Is enim omnibus regni ſui vrbibus fertur ſcripſiſſe, quod ſi quid in literis quæ eius nomine ſcriberentur eſſet quod legibus aduerſari videretur, crederent ignaro ſe huiuſmodi literas ſcriptas fuiſſe. Et propterea eis non parerent, facit textus in l. digna vox. c. de legi.

Cautius agendum ubi maius periculũ.

Vbi appa ret de innocentia iudici nõ eſt parendum.

Antiochi ſcriptum.

6 Iudex ſemper debet inclinare in mitiorem partem, & in minorem pœnam ſequens iuris regulam, quod ſemper in obſcuris mitiorem partem amplecti debemus, vt regula. In obſcuris, de reg. iur.

Ad mitiorem tẽdere debet iudex.

7 Iudex ad abſoluendum pronior ſit quam ad condemnandum l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. quia tutius eſt abſoluere quam cõdemnare, ſpec. de aduoc. §. ſequitur videre. fallit hoc in crimine hæreſis ſecundum Io. de Imo. in Clem. 1. de hære. vbi ait quod ad ſalutarem pænitentiam imponendam in dubio tutius eſt condemnare q̃ abſoluere.

Ad abſoluendum pronior debet eſſe iudex.

8 Iudices ſemper prę oculis habere debent, quod ſcribitur in c. cum ęterni. de re. iudi. lib. 6. vbi dicitur. Caueant Iudices, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſſibus nil vindicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium

Fauor, & odium ab ſint a iudice.

aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtet in manibus, & ęquo libramine procedant, vt in omnibus quæ agenda fuerint præſertim in concipiendis, & ferẽdis ſententijs præ oculis Deus habeatur, & lachrymis nullus ſit locus quia iuſtitia lachrymis non regitur, nec officia lachrymis gubernantur.

Lachrymis nullus fiat locus.

9 Iudex cauere debet ne ſit partialis ſed communis. Bald. in tract. de Guelf. & Gibel. nec magis vni parti quam alteri fauere debet, alias recuſari poſſet ſecundum Inno. in c. accedens, vt lit. non conteſt. & Bal. in Margar. ver. Iudex, taliter enim ſe debet habere, vt apud eum non ſit exceptio perſonarum ſecundum ſpecul. in tit. de deleg. verſi. 8. & non debet moueri nec prece nec percio, nec odio vel amore. clem. 1. de hære. & glo. ibi. & Cardin. 11. q. 3. c. quatuor, & debet eſſe omnibus idem, nec alicui complacere contra veritatem, Abb. in c. qualiter, & quando. 2. de accuſa.

A muneribus abſtinere debet iudex.

10 Iudex abſtinere debet a muneribus ſi cupit eſſe rectus, quia dona, & munera euertunt iuſtitiam, & excęcant oculos ſapiẽtum, vt deut. 15. & c. qui recte. 2. q. 3. refert Angel. & poſt eum Iaſon. in l. non dubium C. de teſti.

Secũdum allegata, & probata procedere debet.

11 Iudex non tantum ſecundum conſcientiam, ſed ſecũdum allegata, & probata iudicare debet, Io. de Anna. ſuper c. paſtoralis, de offi. deleg. num. 9. Sanctus Thom. ſec. ſec. q. 67. art. 2. Et ibi Caiet.

12 Iudex non multum debet feſtinare in proceſſibus, Ioan. de Ana. in c. cum Bertoldus, de ſent. & re iudi. nu. 4. & in dubijs opinionem receptam ſequi debet, idem Io. de Ana. in c. canonum. de conſti. nu. 6. nam communis opinio doctorum ſeruari debet, & in iudicando, & in conſulendo graue eſt recedere ab ea. Abb. in c. cum ſecundum, de ſecund. nupt.

De delicto conſtare debet.

13 Iudici debet conſtare de delicto antequam cõtra aliquem procedat, vt in crimine homicidij de corpore interempto. Et in crimine hæreſis de hæreſibus dictis, vel ſuſpitione hæreſis data. Iaſon in l. iuſiurãdum. §. procurator, de iureiur. Bar. in l. fin. ff. de quæſtioni. Blanch. l. fin. eo. tit. nu. 15.

Iudex

14 Iudex dicitur poſſe quod iuſte poteſt, & honeſte. 22.q.2.c. faciat homo,& ff. de condi.inſtit.l.filius,& l.nepos de ver.ſig. & illud dicitur poſſe quod de iure poſſumus, in clem.ſæpe.de ver.ſigni.& ibi Zaber.nu.9. *Poteſt quod iuſte poteſt.*

15 Iudex qui relaxat reum de crimine læſæ maieſtatis humanæ vel diuinæ conuictum, vel confeſſum, vel ante purgationẽ indiciorum, incidit in crimen læſę maieſtatis,& puniri poteſt pœna rei,& dixit Angel.in l.ne quis.ff.de cuſto.reo. *Relaxãs reum.*

16 Iudex debet requirere de inimicitia teſtium illius contra quem inquiritur, eo maxime quod in crimine hæreſis nomina teſtium reo non publicantur, nec poteſt ipſe diuinare. Io. And.in nouella ſuper c.vt officium. de hære.li.6.

17 Iudicis arbitrio relinquitur quod in iure expreſſum non inuenitur.c.de cauſis,de off.deleg.& l.1 ff.de iur.delib. ſed arbitrium iudicis debet eſſe iuri,& ęquitati conſonum ſecundũ Lud. Ro. in conſ.376.incip.quęſtio eſt nũquid,vbi per hoc allegat glo.in l. eas cauſas.ff.de condi.& demonſtra.& ſequitur Marſil.in pract.cri.§.diligenter,nu.24.non igitur cogitet propter hoc iudex omnia ſibi licere. *Arbitrio iudicis relinquitur quod nõ cautum non eſt.*

18 Iudici ſi quid ſit certa notione perſpectum, nullus legum ordo, nulla procedendi recepta forma ſeruanda eſt. Intellige ſi crimen committatur pręſente iudice in loco iudicij,& alijs teſtibus. Nam ſi crimen committatur præſente iudice, vt priuato, tunc ordo iudiciarius ſeruari debet.l.1.& auct. offeratur.C.de lit.conteſt.& c.ſi ſacerdos de off.ordi. *Certa iudici.*

19 Iudex faciat redigi in actis nomen, & cognomen deponentis quærelam, quia alias querela non tenet ſecundum Bald. in l.penult.C.de accuſa.& Alex.in l.libellorum.ff.eo. tit.& tamen allegantibus ſilentium imponat. Bald. in l.1. C. de lega. & appellantibus ab eius ſententijs, dummodo poſſint appellare, iniuriam non inferat, alias puniretur.l.minime. C. de Appellat. *Nomina & cognomina ſcribi debent.*

20 Iudex maleficia puniat, inueſtiget,& multa pertranſire nõ ſinat. Nam maleficia diſſimulantes, & non punientes acriter puniri debent.l.1.de deſert. ſecundum Bar. ibi,& l.fin.C.de

publicis leti.li. 12. & ibi Bart. & punientur ſicut ipſi ſcelerati, vt l. fin. C. Ne ſanct. Bapt. & l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cleri.

In attrocioribus, ſeueritas militat.

Iudex in atrocibus ſeueritate,& non pietate vti debet,ſe- 21
cus autem in aliis l. diuus.ff.de reg.iur.In ver. ſentire. & Bal. in l.ea quæ C.de cond.indec.

Non grauetur quis ultra legem.

Iudex aliquem non grauet pluſquam lex, quia mens iudi- 22
cis præſumitur conformis menti legis.l.& puto.ff.de fami.hercis .§. 1. & l. nam,& ipſum.ff. de iuſt. & iur. ſecundum Bar.in l.2.C.ſi pen.appell.

Iudex in arbitrarijs non ſit nimis fauorabilis, quia cui da- 23
tur laxior habena, magis pręoculis æquitatem debet habere l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cer.lo.& in aucten.de iureiur. quod præſta. ab his,& Inno.in c.cum æterni.de re iud.li.6.

Terribilē ſe oſtēdere quādo oportet.

Iudex delinquentibus vultum terribilem oſtēdat,vt in au- 24
cten.de manda.princ.§.tale.non autem contra innocentiam, niſi ad principia, & præludia inueniendi ipſam veritatem,vt l.ſi.C.ad ſcillan.& ſecundū Alex.in l. 1.ff. quod metus cauſa.

Iudex facit litem ſuam qui admittit non admittenda, ſecū 25
dum Bal.in l.ſancimus C.de iudi.etiam ſi illa verba apponat, videlicet,admiſit ſi & in quantū de iure debet,ſecundū Bart. in l.ſi quando.ff.de lega.quia nihil operatur ſecundum eum. Et facit quod not.in l.cum propter.ff.de le.præſtan. & glo.in l.iudex poſtquam,de re iud.dicit,quod iudex nō debet talem conditionem apponere, ſed prius eſt diſcutiēdum an debeat admitti, & idem dicendum eſt ſi non admittenda admittat, vide Bart.in l. prætor ait.§.1.ff.de re iudi.

Sedere debet iudex

Iudex debet ſedere quādo ad eum venerint aduocati pro 26
ſuorum clientum cauſis, & eos patienter, ac benigne audire,ſpec.in tit.de ſent.iuſte.verſi.Item eſt nulla. Et per eūdem in tit.de diſput.& alleg.§.6.

Nō præceps.

Iudex non ſit facilis ad capturam eorum qui deferuntur, 27
ſed prius omnia bene examinet,inueſtiget,& conſideret.Bal. in l.quod euitandi,in fin.C.de condi.ob turp.cauſ.& per Frā. Aret.in l.ſi quis poſt.ff.de teſt.Brun.in fin.ſui tract.de indicijs & tort.

& tort. & hæc maxime obſeruanda ſunt quando nõ eſt timor de fuga, ſecundum doctores.

28 Iudicis arbitrio, & ſi multa relinquantur a iuribus, non tamen ex hoc cogitet liberam habere poteſtatem faciendi quæcunque voluerit, quia dictum arbitrium debet eſſe regulatũ a iure, & æquitati conſonum. Lud. Ro. in conſ. 376. incip. quæſtio eſt nunquid, vbi allegat glo. in l. eas cauſas .ff. de condi. & demon.

Iudicis arbitriũ quomodo regi debet.

29 Iudex patienter, & benigne audiat de crimine inquiſitos, & pro eis agentes nam benigna iudicum audientia videtur quodammodo pœnæ impoſitæ præſtare tolerantiam, & e cõtra impatientia, & arrogantia iudicum in audiendo reum & pro eo agentes, ſepius reducunt ipſum reum, & affines in deſperationem, & ad querimonias exaggerandas, vt Marſil. in pract. crim. .§. occurrunt, num. 2.

Iudicis benigna audientia.

30 Iudex exiſtens extra prouinciam ſuam non poteſt excommunicare nec abſoluere, niſi de cauſa cognouerit in prouincia exiſtens, ſed tamen poteſt committere cauſas in prouincia. Quod bene nota. Ad hoc facit text. in c. Nouit. de off. lega. & eſt ibi glo. ſingularis.

Iudex extra prouĩciam.

31 Iudex ſi procedit ex præſumptionibus numq̃ pœnam corporalem imponere debet, ſed ciuiliter condemnare, quod patet de ſententia Salomonis. Innocen. c. veriſimile. de præſump. Arch. in c. Accuſatus. de hære. lib. 6.

Iudex ex præſumptionibus, procedẽs.

32 Iudici promittens aliquem præſentare liberatur per primã præſentationem. Ita dixit Benedictus de Plum. in l. duobus .§. 1. per glo. ibi in ver. exhibuit .ff. de iureiur. Alex. in conſ. 360. incipien. Breuiter in caſu, Marſil. in Pract. crimin. .§. Quoniam. num. 2. Et ſi promittitur præſentare totiens quotiens, liberatur bina præſentatione. Ita dixit Angel. in .l. ſi finita .ff. de damn. in fect. & in l. 2. .ff. de cuſto. reo. Marſil. in pract. crim. .§. Quoniam. num. 12.

Per primam præſentationem liberatur fideiuſſor.

33 Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici ſeculari ne procedat in cauſa dependente ex cauſa quæ oritur coram ipſo Iudice Eccleſiaſtico, vide c. tuam. de ord. cogni. & Abb. ibidem,

Iudex eccleſiaſtic. qd in iudicẽ ſecularẽ poſſit.

dem. Et per Corſetum in ſuo repertorio, in ver. inhibitoria 2. Et optime facit ad propoſitum, q Inquiſitor poteſt inhibere Iudici ſeculari, ne procedat contra aliquem vigore proceſſuum inquiſitionis, vel occaſione alicuius confeſſionis factæ coram ipſo Inquiſitore, quod bene nota.

Iudicis ſcripta.

34 Iudicis ſcripta non probant etiam cum tribus teſtibus, niſi Iudex vt notarius ſcripſerit, Inno. in c. cum a nobis. de teſt. & Bal. in ſua Margarita. Probant ſubſcripta a teſtibus. c. 2. de fide inſtru. & etiam non ſubſcripta in multis caſibus, vt per Abb. vt in di. c. cum a nobis. de teſt. & in c. poſt ceſſionem de proba. probat autem omnino ſi ſit ſubſcripta a parte, vt a reo, quia ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ ipſam approbat quo ad omnia in ea contenta, & ſibi ita præiudicat, ac ſi in toto & per totum eam manu ſua ſcripſiſſet. ita notat Bar. & Angel. in l. emptor. §. lucius. ff. de pact. per illum textum not. faciūt quæ notat Alex. in l. cum antiquitas. C. de teſti. vide Abb. & Fel. in c. ſcripta. de fide inſtru. & per Marſi. in repet. rub. C. de proba. col. 59. nu. 295. vnde ſi ſubſcribens poſtea dicat ſe fuiſſe deceptum, oportet quod id probet, alias ſibi non creditur. Et ita dixit Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & Paul. de caſtro in conſi. 358. & per Marſil. de proba. num. 296.

In enormibus nō ſeruatur ordo.

35 Iudex in his quæ ſunt valde enormia non tenetur ſeruare ordinem iuris ſecundū pari. de puteo in ſindic. ſuo fol. 51. col. 2. in fin. ſed contrarium ſentit Marſil. in pract. crim. §. diligēter nu. 169. & bene, ſi intendit de inquiſitione ipſa, quia in inquiſitione enormis criminis non poteſt dici quod ſimus in enormi crimine, cum non conſtat de crimine commiſſo, ſcilicet inquiſitum commiſiſſe tale crimen, ſed ſumus in imputatione talis criminis, modo non ſequitur talis eſt imputatus de tali crimine, ergo eſt reus talis criminis, textus not. in l. fi. C. de accuſa. in verſi. non ſtatim reus exiſtimatur. Debet igitur iudex in inquirendo etiam enormia, ſeruare omnia quæ de iure ſeruanda ſunt, omiſſis tantummodo nō eſſentialibus ad iudicium. & quod dicitur quod in enormibus licet iura

transgredi,

tranſgredi, habet locum in puniendo delictum quando iam vere conſtat reum commiſiſſe crimen, ſecus autem in procedendo,& inquirendo.

36 Item & hoc locum habet tantum in maioribus magiſtratibus,nam minores,vt poteſtates,& iudices terrarum, vicarij Inquiſitorum,& ſimiles,non poſſunt leges,& iura tranſgredi, ita dixit Bal.in auctⁿ.hodie.c.de iudic.Lud.Ro.in l.ſi vero.§. de viro.ff.ſolu.matrimo.vide Marſil.in pract. crim.§.Diligenter.nu.169.170.& 171.

37 Iudex iudicij exercẽdi locum ſecurum habere debet,alias licite poteſt appellari,& qui eſt citatus de citatione poteſt nõ curare,vt in c.Ex parte 1.de appel. ad idem eſt Abb.ibidem, facit ad hoc.c. ſtatuimus de offi.deleg.li.6. & c. Paſtoralis,de re.iudi.in clem.& debet locus eſſe idoneus,& honeſtus, quia non in taberna.Hæc glo.in di.c.ſtatuimus,in ver.ſecurum. *Locus iudicij ſecurus eſſe d3 bet.*

38 Iudex qui in commiſſo ſibi officio iuſte ſe gerit, miniſter Dei dici debet 23.q.5.c. qui malos, omnibus tamen ſiue bonis ſiue malis obediẽdum,iuxta illud Pauli ad Ro. 13.ſiue bonis ſiue diſcolis, quia qui poteſtatibus reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit,quia omnis poteſtas a Deo eſt. Intellige tamen niſi cõtrarium pręcipiatur quid Deo,vel eccleſiæ catholicæ,quia tunc ſeruandum illud, Deo magiſquam hominibus oportet obedire.

39 Iudex qui iuſtitiam baratauit proditor dici debet,& contra illum procedi poteſt, & debet ad inſtar rei criminis lęſæ maieſtatis,vt in l.1.& in auctⁿ.ibi. poſita. C.de pœnis iudi. qui mal.iudica.Et ita dixit Paris de puteo in tract.ſindic.talis enim qui iuſtitiam opprimit, cum ſit poſitus ad illam adminiſtrandam, iuſticiam prodere videtur,vnde dixit Paris de puteo in loco alleg.quod iudicum,qui iuſtitiã peruertunt,arma in ciuitate ſeu palatio depicta deleri debẽt ad eorum vituperium, argu. textus in l.eorum, cum ibi notata per Bartol. .ff. de pœnis. *Baratans iuſticiã.*

40 Iudex ſi vehementer præſumit contra petẽtes dilationes, eos non admittat,nec curet de appellatione,iuxta notata per

inno.in

Inno.in c.poſt electionem,de conceſs,præben.& per Io. And. in c.ſuper eo. de appell.Abb.in c.nullus,de pręſumptio.in fi. Et aduerte quod ex hoc ſolo quod iudex exceptionem proba bilem non admittit,non grauat partem. Nam potuit moueri putando illam eſſe falſam, ideo vt præſumatur grauamen,debet expectari donec probetur ipſius veritas. Et ex hoc infertur quod in facultate iudicis eſt exceptiones dilatorias, vel peremptorias admittere vel repellere, nec ex ſola reiectione infertur grauamen. Abb. in c. interpoſita de appell.

Exceptiones admittere, uel repellere ad iudicē ptinet.

Iudex ſi dubitat an exceptio ſit admittenda,vel non,debet eam admittere cum proteſtatione, ſi & in quantum de iure ſit admittenda, & non aliter nec alio modo, & hoc intellige quādo non poteſt pro tunc diſcuti an ſit admittenda vel nō. & nota quod iudex ex cauſa poteſt recuſare exceptiones cum proteſtatione, & ad vlteriora procedere. Ad hoc eſt textus not.in c. ad diſſoluēdam,de deſponſ.impub.& hoc præcipue quando iudex ex probabili cauſa moueretur,puta quia vehementer contra eum pręſumeret quod exciperet cauſa ſubter fugiendi iudicium,vel quia eſt probabile dubium,vtrum exceptio ſit admittenda,& indago exigit longum tractum.Con ſulit autem Hoſt. quod iudex faciat ſcribi cauſam in actis, vt ſic appareat eum probabili ratione motum.Abb.in c.cum cō tingat de off.deleg.ſupra glo. in uer. nihilo. quam glo. bene nota,& diligenter conſidera,quia facit ad propoſitum.Ad idē facit quod dicit Felin.ſuper di.glo.alleg.Hoſt.ſuper c.nullus, de præſump.& dato quod reus offerret ſe probaturum in con tinenti,tanta eſſe poſſet maliciæ præſumptio, quod non pro baretur per probationem incontinenti. ita intelligit glo. in ver. ſententiæ.in c.ſuſcitante,de in integrum reſtitit. Quam glo.bene nota quia facit multum ad propoſitum, quæ dicit ꝙ licet incontinenti hic velit probare exceptionem ſuam,ſi ta men eſt præſumptio contra ipſum quod malitioſe excipiat, primo mandabitur executioni ſententia, deinde ſi quid proponere voluerit,audietur in modum accuſationis. 41

Cum proteſtatione quādo exceptio admittēda.

Præſumptio malicię quid faciat.

Iudex ſi non ſeruauit modum, vel ordinem Inquiſitionis 42

prudenter

prudenter & caute corrigere ſe debet. nam & ſi in aliquo errauit, non debet ſponte errorem ſuum fateri, ne eius vileſcat auctoritas, nec tamen errorem ſuum defendere debet, ſeu in illo perſeuerare, ſed prudentius, & cautius ſe corrigat quã tum poteſt, vt in c. qualiter & quando 1. de accuſa. & Abb. ibi dem. Et hoc eſt, quia male principiato negotio aliquo non poteſt inde aliquid ordinabiliter ſequi, vt eſt ibi textus. magnæ igitur ſapientiæ eſt, corrigere male inchoata, 22. q. 3. c. magnæ. quod nota contra illos qui volentes vnum defendere errorem, in infinita incidunt incõuenictia. Abb. vbi ſupra. *A principio malo bonum non ſequitur.*

43 Iudex non tenetur ſequi conſilium malum ſapiẽtis, etiam eo caſu quo ex forma ſtatuti debet ſententiare cum conſilio ſapientis. vide ſupra in ver. conſilium. *Conſilum malum ſapientis.*

44 Iudex ex cauſa poteſt pœnas augere, & minuere, vt per l. Hodie. ff. de pœn. Et in l. quid ergo. Lud. Ro. in conſ. 129. incipien. quia pulchre. quod verum eſt tam de pęna a lege vel ſtatuto, q̃ ex conſuetudine, vt per Marſil. in loco prææalleg. & ꝑ Abb. in c. de cauſis. de off. deleg. in fi. vtrũ autẽ poſſit licitè reo pœnã totaliter relaxare, aduerte infraſcriptas diſtinctiones. *Pœnas augere, & minuere.*

Prima quarum eſt, ꝙ differentia eſt inter relaxare, mutare & alterare. nam relaxare pœnam alicui reo videtur eſſe totaliter eum ab ipſa pœna liberare, ſeu ei totaliter pœnam remittere. Mutare vero eſt pœnam debitam in aliam commutare, vt pœnam mortis in pœnam exilij. Alterare autem eſt augere, ſeu mitigare, vel attenuare pœnam. *Relaxare mutare, & alterare.*

Secunda diſtinctio eſt, quod pœna aut eſt a lege determinata, aut non, ſed Iudicis arbitrio relicta.

Tertia eſt, quod pœna ſtatuta a lege aut ſtatuitur vt inferẽda, aut iam iure incurſa.

Quarta erit. Alterare pœnam contingit dupliciter, aut poſt latam ſententiam, aut ante.

Quinta eſt. Alterare pœnam iterum contingit dupliciter, videlicet cum cauſæ cognitione, aut ſine cauſæ cognitione.

Sexta eſt, reus aut eſt puniẽdus ad inſtantiam accuſatoris iniuriati, aut non.

Septima diſtinctio erit, Iudex aut eſt ordinarius, aut eſt delegatus.

Octaua erit. Si Iudex ordinarius eſt, aut eſt habens poteſtatē diſpēſandi in crimine in quo eſt reus accuſatus, aut nō.

Laxare pœnā reo non poteſt.

His præhabitis, ſit iſta prima concluſio. Iudex ordinarius, & multominus delegatus non poteſt reo accuſato, & conuicto laxare licite pœnam in lege ſtatutam ſuper crimine de quo reus eſt condemnatus, reo petente recompenſationem illatæ ſibi iniuriæ. Hæc concluſio quam credimus eſſe Sancti Thom. ſe. ſec. q. 68. ar. 3. Patet primo auctoritate diuinæ legis. nam Deut. 13, de illo qui ſuadet Dijs alienis dicitur. Non parcat oculus tuus, vt miſerearis, & ocultes eum, ſed ſtatim interficies eum. Et de homicidio dicitur Deut. 19. nec miſereberis eius &c. Secundo patet ex .§. præſenti notandum .ff. ad turpil. l. 1. vbi ſic dicitur. Facti quidem inquiſitio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ vero proſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur, non arbitrio iudicis committitur. Et propterea dicitur in auctẽ. de Iudicibus .§. oportet. quod Iudex non debet eſſe minor lege & .ff. ad municipia. l. ordine.

Duo a iudice conſiderāda

Ratione vero probatur pręfata concluſio per ſanctū Thomam vbi ſupra, ex duobus quæ ſunt circa Iudicem conſiderāda, quorum vnum eſt, ꝙ ipſe habet iudicare inter accuſatorē & reum, & aliud eſt ꝙ ipſe non facit iudicii ſententiam quaſi ex propria, ſed ex publica poteſtate. Duplici ergo ratione impeditur Iudex ne reum a pœna abſoluere poſſit. Primo quidem ex parte accuſatoris ad cuius ius quandoq; pertinet, vt reus puniatur, puta propter aliquam iniuriam in ipſum commiſſam cuius relaxatio nō eſt in arbitrio alicuius Iudicis; quia quilibet Iudex tenetur ius ſuum reddere vnicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicę cuius poteſtate fungitur; ad cuius bonum pertinet, quod malefactores puniantur. ſed tamen quantum ad hoc differt inter inferiores Iudices, & ſupremum Iudicem, ſcilicet Principem, cui eſt plenarie cōmiſſa publica poteſtas. Iudex enim inferior non habet poteſtatē

abſoluendi

abſoluendi reum a pœna contra leges ſuperiorum ſibi impo ſitas. vnde ſuper illud Io. 19. nõ haberes in me poteſtatem vllam, dicit Auguſt. talem non dederat Pilato poteſtatem vt eſſet ſub Cæſaris poteſtate, ne ei omnino liberum eſſet accuſatum abſoluere. Princeps qui habet plenariam poteſtatem in republica, ſi ille qui paſſus eſt iniuriam velit eum remittere, poterit licitæ reum abſoluere, ſi hoc publicæ vtilitati viderit non eſſe nociuum. *Pilatus abuſus eſt poteſtate.*

Secunda concluſio eſt. Si iniuriã paſſus cõſentit, vt reo pœna relaxetur, Iudex habens plenam auctoritatem poteſt licite reo relaxare in lege ſtatutam, dum tamen hoc non ſit nociuum aut ſcandoloſum reipublicæ. Patet hæc concluſio ex iam dictis.

Tertia concluſio eſt, cum pro vno eodemque facto diuerſæ pœnæ de iure imponuntur, tunc vtraque pro vno eodemque tempore non eſt imponenda. Hæc concluſio patet in c. at ſi clerici. de iudi. maxime vbi vtraque per ſe ſufficeret, vt ibi notatur, ſed tunc minor eſt imponenda, quia pœnæ potius ſunt molliendę quam exaſperandæ. ff. de pœn. l. interpretatione, & de pęnit. di. 1. c. pęnæ, vel locus erit gratificationi. c. cum autem, de iur. pa. vel illa imponetur quę magis timeatur. C. quoniam frequenter, vt lit. non cõteſt. quia hoc ſolum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. c. prodeſt ſeueritas. 23. q. 5. *Quando diuerſæ pœnæ, pro uno delicto minor eſt imponenda.*

Quarta concluſio eſt. Si pœna ipſo iure cõtrahatur nõ poteſt Iudex eam relaxare, aut commutare, vel alterare, quia talis pœna cum iã quodãmodo inhęreat vſibus ipſius rei, nõ pẽdet ex Iudicis arbitrio, tũ quia (vt Io. And. in c. 1. de ſagit. ait) quando pœna imponitur ipſo iure non reperitur alia pœna condemnatoria ſeu declaratoria delicti.

Quinta concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam non poteſt commutare vel alterare, augendo vel minuendo Iudex delegatus, quia talis non poteſt diſpenſare, ſed iure communi procedere. Cum fines mandati exacta diligentia ſint ſeruandi. c. cum dilecta. de reſcript. Hæc concluſio colligitur ex c. de cauſis. de offi. deleg. *Iudex augere uel minuere legis pœnam non poteſt.*

Sexta cõcluſio eſt, pœnam in lege ſtatutam pro aliquo cri mine Iudex etiam ordinarius non habens poteſtatem diſpen ſandi ſuper illo crimine, non poteſt commutare, minuere, vel augere, vt in c. licet, de pœnis.

Septima concluſio eſt, Iudex ordinarius habens poteſtatẽ diſpenſandi ſuper illo crimine, non poteſt pœnam ſtatutam in lege mutare aut alterare minuendo, vel augendo, ſine cau ſa legitima, & ſine cauſæ cognitione, vt dicit Hoſtien. in ſum. li. 5. tit. de accuſa. §. quis ſit effectus accuſationis. effectus accu ſationis eſt, vt reo conuicto imponatur pœna ordinaria, & certa, ſi in iure ſtatuta inueniatur. Nam Iudex qui meliorem aut duriorem pœnam impoſuerit quam ſcriptam reperit, gra ui infamia notatur, vt C. ad l. iul. de vi publ. vel priua. l. ſimus qui. in fin. & C. ne ſanctum baptiſma reit e. l. 3. & 9. de offi. de leg. c. de cauſis. §. 1. & c. vbi de tranſact.

Duriorem pœnam imponẽs iudex ĩfamia notatur.

Octaua concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam iudex non poteſt commutare poſt prolatam ſententiam, vt ex text. c. ſi quem. 2. q. 3. quod vt ait Lau. & Archi. habet locum poſt ſen-tentiam iam latam. Et. ff. de re iudi. l. actori.

Sed contra talem concluſionẽ aliqui arguunt. Et primo dę c. veniam 35. q. 9. vbi Papa poſt ſententiam cuidam pœnam temperauit, & idem de præſide prouinciæ, qui etiam poſt ſen tentiam poteſt mulctam impoſitam temperare, vt. ff. de offi. præſid. prouin. l. illicito. §. qui vniuerſas.

Sed reſpondetur, quod ſpeciale eſt in Papa, & præcipue qui vocatus eſt in plenitudinẽ poteſtatis, quod poſſit in crimi nali etiam poſt latam ſententiam ipſam temperare pœnã ad iudicatã, ſimiliter, & præſes prouincię, qui etiam habebat ma ximam poteſtatem, & ideo ex hoc non ſequitur, quod regula riter omnes iudices hæc poſſint facere.

Nona concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam de aliquo cri mine poteſt qui habet poteſtatem diſpenſandi ſuper illo cri-mine, commutare, augere vel minuere cum cauſæ cognitio-ne, & ante ſententiã, vel in ipſa ſententię prolatione, vt in c. in Archiepiſcopatu de rapto. & c. eo. tit. l. & ſi ſeuerior. In qua

quidem

quidem cauſæ cognitione, habetur conſideratio locorum, temporum, & perſonarum, atq; cauſæ, multitudinis, ac ætatis, & ſcandali. Namq; ex his omnibus rigor iuris mitigatur. vt colligitur manifeſte ex c. ſuper eo. de ſent. excommuni. Et c. vlt. de tranſa. *Locorum tẽporum, et perſonarũ diſtinctio.*

Item cauſa cognita, & ex prædictis cauſis, & iuribus poterit pœnam augere, & etiam quia multis craſſantibus vindicta opus eſt. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlt. Et l. capitalium, in vlt. §. & in di. l. & ſi ſecurior. & per Inno. de conſti. c. 1.

Decima concluſio eſt. In pœnis extraordinariis iudex poteſt exaſperare, & mitigare, vt. ff. de pœnis. l. Hodie, & de pœni. di. 1. c. Menſuram. In quibus extraordinariis tunc dicitur pœna diminui, vel augeri, cum Iudex non ſeruat id ꝙ in talibus ſeruari conſueuit. arg. ff. de dam. in fi. l. ſi finita. §. 1. & ff. de flum. l. 1. cum ſimilibus.

Vndecima concluſio eſt. Nam talis indulgentia, ſiue remiſſio pœnæ non eſt facienda per Iudicem homini incorrigibili. 23. quæſt. 4.

Duodecima concluſio eſt. Quando pœna non eſt determinata a iure, ſiue in lege ſtatuta, tunc imponitur arbitrio iudicantis, qui debet æquitate ſeruata ſemper in humaniorem partem declinare. c. ex parte. de tranſa. Et ff. de effra. l. 1. & ff. de pen. l. Hodie. & c. de cauſis. de off. deleg. & c. vlt. de tranſa. Cum his concordant Innoc. & Hoſt. maxime in ſum. Archid. in c. ſi ergo. 17. q. 1. Et Henricus Boich. ſuper c. in Archiepiſcopatu. de Rapto. *Ad humaniorem declinare debet iudex.*

Et nota, ꝙ ſi Iudex remitteret pœnam inordinate, nocumentum inferret communitati, cui expedit, vt maleficia puniantur, ad hoc vt peccata vitentur. Vnde Deuteronomij 13. dicitur poſt pœnã ſeductoris. Vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaq̃ vltra faciat quiſpiam huius rei ſimile. *Quibus noceat iudex remiſſus.*

Nocet etiam perſonæ cui illata eſt iniuria, quæ recompenſationem accipit per quandam reſtitutionem honoris in pœna iniuriantis, vt dicit Sanctus Thom. Hæc Io. de Tur. Cre. ſuper c. ſi quem. 2. q. 3.

Iudex

Iuramentum de ueritate di cenda.

Iudex non debet reo dare iuramentum de veritate dicenda, quando facit eum reſpondere inquiſitioni. Facit optime textus in c. Cleros. de cohab. cler. & mulier. vbi habetur, ꝙ non eſt dandum iuramentum ei cõtra quem eſt præſumptio, ꝙ abiuret, & periuret. Per quem textum dixit ſpeculator. in tit. de iuramento calum. §. Nunc dicimus, quod iuramentũ calumniæ de non petẽdis delatoriis fruſtratoriis debet omitti, quia raro eſſet ꝙ litigantes non eſſent periuri, facit textus in l. Ambiguitates c. de iudi. vidui. tol. Per quem textum dicit ibi Bal. ꝙ non dari debet ei materia iurandi ſiue iuramentum, quem veriſimile eſt deierare. Et vide ibi per Iaſon. in fi. Cui autem dubium eſt quod reus in criminalibus, vt euadat mortem, & vitam ſaluet, ꝙ iurabit falſum, non ſemel tantũ, ſed centies? niſi eſſet aliquis homo ita bonæ conſcientiæ, ꝙ potius mori eligeret, q̃ falſum iurare, quorum hominum ſemen rarum eſt in terris. Marſil. in Pract. crim. §. Poſtq̃ nu. 4. qui multa pro hoc allegat. Bar. tamen, & Bal. oppoſitum dixerunt, vt idem Marſil. imponit. Sed opinio ipſius magis pia videtur, licet oppoſitum vbiq; ſeruetur, & forte non ſine peccato. 45

Iudex pro labore nihil petat.

Iudex ordinarius, vel delegatus eccleſiaſticus pro labore in iudicando nihil petere poteſt, vt in c. Cum ab omni. de vi. & hone. cler. & c. ſtatutum. de reſcript. li. 6. Et licet loquatur de ordinario, tamen idem tenendum eſt de delegato, & ordinario, vt per Abb. & Io. And. in di. c. cum ab omni. Si tamen delegatus eccleſiaſticus non habet redditus, vel beneficium eccleſiaſticum vnde viuat, poterit accipere id quod & petere, & accipere poteſt delegatus Principis ſecularis, vide licet ſportulas, Abb. in di. c. cum ab omni, vide Tabien. in ver. Iudex 6. & 11. 46

Iudex poteſt munera accipere ab aliis q̃ a partibus, dummodo non partium nomine, nec aliquo malo fine, arg. in c. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. §. Inſuper, & gratis. Tutius tamen eſt dum quis eſt iudex a nullo accipere munera. Nam Eſai. 33. dicitur, qui excutit manus ſuas ab omni munere hic 47

in excelſis

in excelſis habitabit. A partibus autem durante iudicio non accipiat, quia hoc eſt prohibitum, niſi ſint comeſtibilia, & potabilia parui momenti, quæ paucis diebus poſſunt conſumi, quæ poſſunt indifferenter accipi ſecundum Archid. & glo. in di. c. ſtatutum, alia autem omnia prohibentur accipere Iudices, etiam ſi ſit obolus vnus. ff. de off. præſid. l. plebiſcito, & l. ſolent. ff. de off proconſ. & not. per glo. in l 3. C. de cond. ob. tur. cau. poſt iudicium factum autem, & lata ſententia, ſi ex mera liberalitate aliquid donetur etiam a partibus, licite accipitur ſecundum Gemin. in di. c. ſtatutum, & per Franch. ibidem, Hippo. Marſil. in ſuo ſing. 190. dicit vt infra, Iudex poſt latam ſententiam poteſt a partibus munera accipere, nec poterit puniri de bararia, maxime pacto non interueniente ante prolationem ipſius ſententiæ. & adducit Ancha. in conſ. ſuo 272. incip. de titulis crimi. in penult. col. erit tamen magis ædificatorium nullo modo a nullo accipere, quia licet Iudex ſit ita conſtans, quod muneribus non permittat ſe corrumpi, tamen ſemper erit præſumptio contra eum de corruptione, quia ſecundum Chryſoſt. ſicut matrona non eſt caſta quę cum rogatur munera accipit, ita nec Iudex munera accipiens immunis a corruptione iudicatur.

Munera a iudice acceptabilia.

Præſumptio contra accipientem.

48 Iudex ſi accipit pecuniam, vt male iudicet, non ſolum punitur vt C. de pœn. iud. mal. l. fin. & 11. q. 3. c. quattuor. ſed tenetur ad reſtitutionem pecuniæ, non ei qui dedit quia turpiter dedit, ſed ei in cuius iniuriã recepit. 1. q. 1. c. iubemus, arg. 17. q. 4. c. ſi quis in atrio ſi autem accepit vt bene iudicaret, tenetur reſtituére ei qui dedit. quia cum ex ſuo officio teneatur bene iudicare, turpiter accepit. 14. q. 15. c. non ſane, & crimen concuſſionis commiſit. Et idem dicendum ſi iudex debeat iudicare, & accipit pecunias, vt non iudicet 1. q. 5. c. iubemus, & c. nemo. de ſimo. & 11. q. 3. cap. dicit Auguſt. Non licet Iudici iuſtum iudicium vendere, Guil. tamen dicit quod hoc dictum intelligitur de reſtitutione pecuniarum in hoc ſecundo caſu, quando id conſtat in foro fori, ſed in foro conſcientiæ magis videtur conſilium quam neceſſitas, Debet tamen

Iudex pecuniam accipiens.

men de illis pecunijs fieri ſicut de quolibet alio turpi lucro, Archiepiſcopus Floren. 3. par. ſum. tit. 9. c. 2. §. fi. Tabie. in ver. Iudex. num. 16.

Iudex tenetur compellere aduerſarium ad præſtandam cautionem de non offendendo nec actorem nec ſuos, nec offendi faciendo, quando actor veriſimiliter eius implorat auxilium, vel officium. l. illicitas. §. ne potentiores, C. de his qui ad eccl. confu. & ibi Cyn. Tabie. in ver. Iudex. in 4. 49

Iudex ad omne intereſſe.

Iudex qui fert ſententiam iniuſtam doloſe & ſcienter, tenetur læſo præciſe ad omne intereſſe, niſi poſſit inducere illum pro quo tulit ſententiam ad plenam reſtitutionem C. de pœnis iud. mal. l. fin. 11. q. 3 c. quatuor. & ſecundum iura multas alias pœnas debet ſuſtinere 11. q. 3. c. quicunque. vnde Guil. dicit quod eſt grauius rapina, quia abutendo auctoritate diuina quam habet in iudicando, præter iniuriam proximi Deo iniuriatur. Et ſi eſt Iudex eccleſiaſticus, & contra iuſtitiam in grauamen alterius partis quicquam fecit per gratiam, vel ſordes, puta, pecuniam, incurrit ſuſpēſionem per annum ab executione officij, & debet condemnari ad extimationem boni viri, c. cum æterni. de re iudica. lib. 6. Archiepiſcopus Floren. 3. par. tit. 9. c. 2. §. 1. 50

Iudex p igno rantiam.

Iudex per ignorantiam iniuſte iudicans tenetur ſecūdum leges læſo, inquantum bonum, & æquum videbitur religioni iudicantis, ff. de varijs, & extraordi. cogni. l. fin. ſed in iudicio animæ tenetur ſicut in primo caſu ſuprapoſito, ſi in culpa fuit, ſcilicet quia ſciuit ſe inſufficientem, vel ſcire debuit, & tamen talem cauſam iudicare præſumpſit. Nam Iudex debet eſſe peritus, ita quod non habeat ab aliis quærere quid loqui, & facere eum oporteat c. ex literis. de conſag. & hoc intellige de iudice ordinario. Archiep. Floren. 3. par. tit. 9. c. 2. §. 1. Nam ſi ſit Iudex delegatus, vel ſubdelegatus, & neceſſitate obedientiæ male iudicet bona fide, & de conſilio peritorū, ſecundum Guil. non tenetur, & idem dicendum eſt ſecundū Ray. in ſum. ſi iniquam dedit ſententiam deceptus per aſſeſſorem qui ſufficiens putabatur. Archiep. floren. vbi ſupra. Tabie. in 51

bie.in ver.Iudex.nu.20.Armil.in ver.Iudex,nu. 14.ſi autẽ per negligentiam male iudicauit, vt quia erat ſciens & valẽs, ſed noluit ſtudere, & propter hoc errauit, idem iuris eſt ſicut de ignorante,ſecundum Raymundum in ſum.mitius tamẽ cum iſto agendum erit, quam cum illo qui ſcienter iniuſtum iudicium fecit.Archiep.Floren.vbi ſupra.

52 Iudex ſi inquiſitionem facit ſine indicijs aut fama præcedẽte, quamuis inquiſitum abſoluat, tenetur ad intereſſe omniũ expenſarum, & alia quæ inquiſitus ex tali inquiſitione paſſus eſt.Inno.in c.ſi.quod me cau.& per Amadeum,in tract. ſindicatus ibi.tenetur Iudex malefi. *Sine indicijs aut fama procedens.*

53 Iudex ſi de corruptela accuſatur,vel imputetur,debet eſſe legitime conuictus.l.iudices.c.de digni.& in l.fin.& in auct. ibi.poſita c.de pœn. iud. vbi textus expreſſe dicit, quod accuſans iudicẽ de corruptela debet hoc probare, & dicit ibi per illum textum Iacobus de bel.quod iniuſtitia debet eſſe euidẽs & manifeſta,& non occulta,vel præſumpta,vt ibi, & in .§. illud,adeo quod,& per Pari.de puteo,in tractã.de ſindic.teſtis 2.& contra officiales in ſindicatu debent haberi probationes euidentes, ſecundum Bal. in repeti. .§. proficiſci . q . 10 . in fin .quia pro eis præſumitur, vnde non habebit locum delatio iuramenti in defectum probationis.l.1. vbi Angelus, & 5.q.6.c.Epiphanius,in fin.& cap. at ſi clerici, de iudi. Et qui dicit ſe dediſſe officiali,niſi officialis fugiat a ſindicatu,debet probare per teſtes, nec eius ſtatur iuramento ſecundum Angel. in auctẽ. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. oportet, & adde Bal. in auctẽ. ſed nouo iure. C. de pœn. iud. vbi dixit quod ad hoc vt puniatur Iudex, debet is qui dicit ſe dediſſe, hoc probare, alias punitur, vt ibi eſt textus, & contra officiales nõ debet fieri nimis ſcrupuloſa inquiſitio, nec nimis in ſindicatu vexari debent, arg. l. fin. ff. de diuor. & l. penul. de quæſtioni. Nam ſi permittatur officialibus in fine officij & in ſindicatu fieri ſcrupuloſas inquiſitiones, & ipſos calumniari, frangetur neruus iuſtitiæ, auctoritas iudicum deprimetur, & vileſcet, malefici vires aſſument, & in officio *De corruptela accuſatus.*

eorum ſucceſſores lentò calle procedēt, ſatis enim torquetur officialis contra quem multæ iniuſtæ querelæ contra famam & honorem ſuum offeruntur, & poteſt agere iniuriarum, vt in l. item apud labeonem. §. ſi quis non debitorem. ff. de iniuriis, & l. ſi creditor, quare in dubio fauendum eſt officiali per ſindicatores. Et hęc omnia Paris de puteo in ſuo tract. de ſindic. & vide ibi, per ſindicatores officialis. & aduerte quod punitur in barataria, tam ille qui dat quam ille qui recipit, & eadem pœna. l. 1. C. de iudi. vidu. tol. dum tamen amicus aliquid donat officiali ratione amicitię, non committitur bararia, vel barataria, vt not. glo. in l. 1. c. de condi. ob. nup. cau. & textus in c. & ſi quęſtiones, de ſimo. vbi dicitur quod in crimine ſimoniæ attenditur qualitas perſonæ dantis, & recipientis, & quātitas muneris, & tempus donationis, & in ſumma debet attēdi quid, quale, quantum, & non omnia, & non ſemper, & non ab omnibus accipienda ſunt munera. l. ſolent. ff. de off. præſid. & contra officialem in ſindicatu teſtis eſſe non poteſt qui dedit libellum, vel petitionem contra eum, quia eſt ſuſpectus, vt in c. meminimus, & c. cum P. Maconella, de accuſa. licet in crimine hæreſis, & ſimoniæ leues probationes admittantur, vt in dictis iuribus.

In ſimonia, et dans, & recipiens conſideratur.

Item non poſſunt eſſe teſtes illi qui fuerunt mediatores, & dicunt ſe portaſſe, vel dediſſe officiali, quia criminis participes ſunt. vt eſt textus in c. 1. de teſti. li. 6. & hoc maxime procedit ſi agit criminaliter, ſed ſi etiam ciuiliter agatur plene non probant, quia videntur deponere in facto proprio ſecundum Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſc.

Mediatores facinoris teſtes eſſe non poſſunt.

Item repelluntur carcerati, vel iniuriati ab eo ſecundum Bal. in l. ſi ipſius C. famil. hærciſ. quia præſumuntur ei odioſi, per illum textum, & conſequēter teſtes contra eum eſſe non poſſunt, vt in auten. de teſti. §. ſi vero odioſus.

Inimici capitales.

Item non admittuntur capitales inimici. ff. de arbi. l. licet, & c. per tuas, de ſimo. 2. nec etiam qui habitant cū tali inimico. ſpec. de teſti. §. 1. verſ. quod ſi ab vno. Et non ſolum qui eſt inimicus vere, ſed etiā putatiue apud ipſum vulgus. ſecundū

Odo. &

Odo. & Docto.in l.Athletę.§. dat remiſſionem .ff. de execu. tut.& non ſolum qui eſt inimicus mentis,ſed etiam qui præſumitur eſſe.puta qui habet cauſam inimicitiæ ſecundum Inno. in c.cum. 1.&.ff. de re iudi.vel etiam ſi eſt ſuſpectus de inimicitia ſecundum eundem Inno.in c.cum P.Maconella.de accuſa.& probatur inimicitia ex verbis minatorijs,not.glo. in ſupra alleg.l.Athletę.de execu.tut §.item propter.Et exteditur vſque ad quartum gradum l.lex cornelia.ff.de iureiu. vel quẽlibet de caſſato l.1.C.ſi qua prædi.pote.& ratio eſt quia facile mentiunt̃.l.3.ff.de teſti.Itẽ conſanguinitas querelantis repellit a teſtimonio,& detrahitur ei fides l.lex cornelia .ff. de iureiur.ſi enim amicitia repellit teſtem.ff.de vſuris l. ſciendũ, multofortius conſanguinitas l. 3.§.1 .ff. de teſti. ita conſuluit Oldra.in conſ.quod incipit, quæritur ſi teſtis.Hæc omnia vide in tract. D. Amodei Iuſtini de Caſtello. *Inimicus mentis.* *Conſanguinitas querelantis.*

54 Iudicem corrumpens, vel corrumpere tentans punitur pęna l.corneliæ de ſicar.§.ſed & ſi.& ſic probat textus,quod ita punitur attentatio delicti ſicut ipſum delictum.facit l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cler. & l.ſi qui cum telo,Marſil.in repeti.ad l.Cornel.de ſicar.§. ſed & ſi quis. Et lex imponẽs pœnam aliquid accipienti per barratariam habet locum etiam in dante ſecundum Bal.in l.1.ff.de calum.& per Marſil.ad l.cornel.de ſicar.§.ſeruo nu.6. intellige hæc niſi qui dedit,vel promiſit Iudici reuelauerit, & probauerit, quia tunc abſoluitur,ſed ſi reuelauerit, & non probauerit, & Iudex iuret ſe non recepiſſe, tunc punitur reuelans ſiue accuſans in ciuili in amiſſione,& extimatione litis,& cauſæ,in criminali in confiſcatione bonorum,vt in auctẽn.ſed nouo iure C.de pœnis iud.qui mal.iud.& per D.Amodeum iuſtinum in tract.ſin dic.ibi. quæ ſit pœna. Pœna autem Iudicis committentis barratariam, de iure nouiſſimo eſt in cauſa ciuili pœna dupli, & priuatur dignitate, in criminali mittitur in exilium, & confiſcantur eius bona.vide D.Amadeum vbi ſupra. *Iudicem corrumpere tentans.*

55 Iudex eſſe non poteſt carens aliquo ſenſu corporeo glo, & ibi Abb.in prohemio Grego.in octaua col. nam de carẽte *Carens ſenſu aliquo.*

ſenſu intell.habetur 3.q.7.§.tria. De carente ſenſu viſus legitur in l.cum prætor.ff.de iudi.& in c.fin.de reg.iur.lib.6.vide per Inno.in c.ſciſcitatus,de reſcrip.

Contra clericum quomodo procedere poſſit laicus.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de crimine obiecto clerico 56 vel contra clericum in teſtem producto, quia ſecũdum Inno. tunc non proprie objicitur crimen clerico, vel contra clericum, ſed contra laicum, qui eum produxit, quoniam ipſe ex eius depoſitione patitur pœnam, & non clericus, quia eius teſtimonio non creditur.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere de crimine hæreſis 57 cum ſit mere eccleſiaſticum, neque directe neque indirecte poteſt ſe impedire.in c.vt Inquiſitionis.de hære. li.6.idem putarem(ait Abb.ibidem) dicendum per illum text.vbi crimen eſſet mere eccleſiaſticum.ſed vbi crimina non eſſent mere eccleſiaſtica,tunc ſi traditur quis curiæ ſeculari,vt quando clericus degradatur,Iudex ſecularis non debet illum punire niſi fiat ſibi fides de proceſſu, quia ille efficitur de foro ſuo. Vide Abb.in c.perniciofum,de offi. ord.facit ad hoc idem Abb. in c.cum ſit generale,de for.comp.

Nolens inquiſitoris ſententiam exequi.

Sed quid ſi laicus in ſua opinione perſiſtẽs diceret ſe nolle hæreticum damnatum punire, niſi videat,& examinet proceſſum? Dic, quod Inquiſitor poterit illum compellere per gloſſam in cap. pri. de offic. ordin. in ver. præiudicandum quæ etiam allegat. cap. Adminiſtratores. 23. quæſt. 5. facit etiam ad hoc glo. in cap. ſingul. de maledicis, in ver. Contra eum. Et allegat. cap. Cum ad verum. diſtinct. 96. Habes idem in gloſſa fin. cap. Auctoritatem. 15. quæſt. 6. & 23. quæſt. 4. Si quos. Et quæſt. 5. relegantes, & quæſt. 8. Vt pridem, & 2. quæſt. pri. cap. ſicut ſine iudicio. vbi glo. dicit, quod executio ſententiæ non debet aliqua excuſatione differri, aut retardari, etiam ſi executor ſcit illam eſſe iniuſtam. Pro quo habemus expreſſum, & clarum textum in cap. Paſtoralis. de offic. deleg. §. Quia vero. vbi ſtatuitur, quod ordinarius delegati ſententiam exequatur, etiam ſi ſciat illam eſſe iniuſtam. Quod glo. declarat locum

habere

habere in executore mero, vt in caſu noſtro. Vide Panor. ibi. qui dicit delegatum poſſe mandare Ordinario, vt exequatur ſententiam ſuam, & eum, cui nuda executio mandatur, cognitionem aſſumere non poſſe ſuper ſententiæ iuribus. vide quoq; glo. in c. ſignificaſti eo. in ver. non vult.

Delegatus ordinario mandat.

Quomodo autem Inquiſitor compellet laicum iudicem, vide extrauagantem Vrbani 4. & Clemen. 4. quę incipit. pręcunctis. §. ceterum. vbi Inquiſitoribus præcipitur, vt contra illum tamq̃ contra fautorem hæreticorum intrepide procedat. dicit enim, Ceterum ſi forte (quod non credimus) aliqui cuiuſcumq; conditionis, huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illum præſumpſerit aliquatenus impedire, vt nõ poſſit procedi libere in eodem, imo niſi inquiſiti, ſeu requiſiti id fecerint, & iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſe, contra eos tamq̃ hæreticos, fautores, & defenſores ſecundum ſanctiones canonicas, freti eadem auctoritate intrepide procedatis. & infra, Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo &c. Extat etiam conſtitutio Inno. 4. quæ incipit. Cum ſicut accepimus. vbi decernitur, ꝙ Inquiſitores per cẽſuram eccleſiaſticam compellere poſſunt ſeculi poteſtates ad ea obſeruanda, quæ ipſi Inquiſitores duxerint facienda. Item idem Innoc. in alia extrauag. quæ incipit. Ad extirpanda de medio populi Chriſtiani zizania, ita dicit, Teneatur inſuper poteſtas vel rector quilibet cũ bono & ſecuro comitatu omnes hæreticos quocumq; nomine cenſeãtur, diœceſano &c. ſeu hæreticorum Inquiſitoribus præſentare. damnatos vero de hæreſi per diœceſanum vel eius vicarium, ſeu per Inquiſitorem prædictos, poteſtas vel rector vel eius nuncius ſpecialis, eos ſibi relictos recipiat, ſtatim vel infra quinq; dies ad minus, circa eos cõſtitutiones contra tales æditas ſeruaturus. Et in principio conſtitutionis dat poteſtatem Inquiſitoribus procedendi contra contrafacientes ꝑ excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras, appellatione remota &c.

Contra iudices quomodo procedere poſſit inquiſitor.

Extant inſuper conſtitutiones Imperiales Federici, in quibus

bus præcipitur poteſtatibus ſecularibus &c. vt eccleſiaſticis in hæreticorũ cauſis pareant, vt in illa quæ habetur in li. 2. de ſtatutis, & conſuetudinibus feudorum. §. ſtatuimus, & in alia conſtitutione quæ incipit, commiſſi nobis. §. 1. vbi dicit ſtatuimus itaq; ſancientes, vt hæretici quocumq; nomine cenſeantur vbicumq; damnati fuerint ab eccleſia, & ſeculari brachio aſſignati animaduerſione debita puniantur, & infra. Ad hæc notum fieri volumus, fratres prædicatores ſeu de ordine prędicatorum pro fidei negotio in partibus imperij noſtri cõtra hæreticos deputatos ceteroſq;, &c. ſub imperij noſtri ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes, ſub ope, & re commendatione fideliũ imperij eſſe volumus inoffenſos &c. Et in conſtitutione Patarenorum. §. ſtatuimus ver. ſi vero dominus, vide Boſ. de for. comp. num. 161. & 162. & de denũciatione, vbi damnat opinionem Bartholi in crimine mere eccleſiaſtico prout eſt crimen hæreſis, quamuis dicat poſſe ſuſtineri in mixtis.

Se de hæreſi damnatũ ſciens. Sed vt rem ipſam melius exploremus, ponamus quod laicus dicat ſe ſcire damnatum de hæreſi innocentem eſſe, quid faciet? Reſponde, quod aut hoc ſcit per probationes legitimas puta per teſtium examinationem, aut per aliquid aliud ſibi priuate cognitum. Si primo modo, illę probationes corã illo factæ nullius ſunt valoris, quia ſunt factæ coram iudice incompetente, cum ipſe non poſſit de hoc crimine directe, vel indirecte cognoſcere, vt per ſuperius dicta ex c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, & per alia iam prædicta. Si ſecundo modo, dicitur quod hoc non obſtat, quia non iuxta cognita ſibi vti priuatæ perſonæ, ſed ſecundum allegata, & probata, & ſecundum leges, & iura, vti publica perſona procedere debet. vt 3. q. 7. c. iudicet, & habetur a D. Thom. 22. q. 67. ar. 2. Vlterius dicitur, quod aut vult procedere vt Iudex, aut vt merus executor, ſi vt iudex, quamuis ſit incompetens vt iam diximus, debet iudicare ſecundum iura. At iura & Doctores vbiq; clamant, ꝙ de hæreſi per eccleſiaſticos iudices damnatum puniat, ergo debet eum punire. Si autem ſe merum,

rum, & ſimplicem executorem agnoſcit, quare recuſat. Nã ſi acta coram tam Sancto Tribunali cribrare, & rurſus examinare vult, excutoris limites excedit, quod non licet, & hoc bene perſpecto pereunt limitationes Gondiſalui in tract. eo. q. 19. num. 6. & 7. & 8. conſtat enim quod merus executor nihil de his cogitare debet, ſalua ſemper ſua conſcientia, vt per D. Tho. loco citato, & Alex. de Ales in 3. par. q. 40. membro 6. ar. 2. Richar. q. 26. ar. 3. & Petrũ de Tarantaſia ac Theologos omnes, vt refert D. Soto. de iuſt. & iure li. 5. q. 4. ar. 2. vide Boſſium de homicidio, nu. 95. & ſequen. vſque 102.

58 Iudex poteſt iudicare ſecundum illud quod ſibi notum vt notorium, ſine aliqua probatione fienda in iudicio, text. cum glo. in l. 1. c. qui aduerſus quos. ſecus ſi eſſet ſibi notum non vt notorium, ſed vt priuato, quia tunc requirũtur probationes vt in præalleg. l. & 2. q. 1. §. ſciendum, & §. quando autem Abba. & inno. in c. dilecti. de iudi. *Notum, & notorium quo modo differant.*

59 Iudex eccleſiaſticus non debet ſæuire in clericum pœna laici, niſi prius vſus fuerit pœna eccleſiaſtica, Abba. in c. cũ ab homine. de iudi. *Nota iudex eccleſiaſtice.*

60 Iudex eccleſiaſticus poteſt cohercere iudicem ſecularẽ non adminiſtrantem iuſtitiam eccleſiaſticis petentibus, Abb. in c. cum deputati. de for. comp.

61 Iudex vt ait Bar. in l. admonendi, per tres vel quatuor gradus adducitur ad credulitatem, & fidẽ, videlicet primo cum cauſa introducitur per actorẽ, & ſequitur negatio per reum, Iudex adducitur ad dubitationem. Secundo cum ex aliquo leui indicio, vel argumẽta inducitur in ſuſpitionẽ. Tertio ſi argumẽta inſurgunt fortiora incipit opinari, nec tamen ſufficit ad fidem, & credulitatem, ſed parũ deficit. Quarto ſi aliqua adhuc magis exiguntur in cauſa adducitur ad credulitatem, & fidem ita quod Iudex poterit ferre ſententiam. De his omnibus nõ poterit dari certa ſcientia, & doctrina, ſed Iudex habet ex arbitrio ſuo examinare, an ſint talia quæ inducere debeant animum ſuum in vel ad plenam, vel ſemiplenam probationem Abb. in c. tertio loco, de proba. vide ibi diffuſius. *Gradus ad credulitatem facientes.*

Iudex

Clementior lege eſſe nō debet. Iudex debet procedere ſecundum æquitatem iuris,& iure informatam, quia nō debet eſſe clementior lege, vt in auꝺtē. de iudi.§.oportet.cum lex ſit fundata ſuper ratione, & ęquitate.1.di.c.conſuetudo, & l. placuit, C. de iudi. & in c. erit nunc lex.diſt.4. 62

Iudex quibus ex cauſis poſſit recuſari, vide in c.cauſam.de off.deleg.Io.And.in c.legitima,de appellat.ſpec.eo.tit.§.ſuper eſt.Adducitur & alia cauſa per doctores, ſcilicet cum Iudex ſucceſſiſſet in totum vel in partem litigatori, vt in l. ſenatus .ff.de offi.præſid.Abb.in c.cum contingat. de for.comp. 63

Functus ſuo officio quādo dicatur. Iudex per ſententiam non dicitur omnino functus officio ſuo,ſed demum poſt executionem factam.dicitur tamen certo modo functus, vt non poſſit ſeamplius impedire de cognitione cauſæ,vt in l.Iudex poſtquam.Et in l.conquerebatur.ff. de iuriſd.omni. iudi.Duobus namq; modis Iudex dicitur functus officio ſuo. 64

Primo, quando per ſe mandauit executioni ſententiam.
Secundo, quando præcepit mandari.

Iudex ex diuerſis animi motibus, & ex variis ſuggeſtionibus partium, teſtium,& inſtrumentorum quādoque deuenit ad vnum animi finalem conceptum, non indigentem alio adminiculo quam iuramento.Bal. in rub. de controuer.inueſti. in vſi feu.Barba.in conſ.30.primę partis. 65

Iniuſtam iudicis Eccleſiaſtici ſententiam exequi. Iudex ſecularis iniuſtam ſentētiam Iudicis eccleſiaſtici executioni mandare non tenetur, ſed potius excommunicationem ferre.Inno.in c.prohibemus,de offi. deleg.Iudici tamen petenti proceſſum damnati hęretici, vt videat vtrum iuſte ſit cōdemnatus,denegandus eſt,ſecundū Abb.in c.1.de offi.ord. licet Bar.in l.diuus.ff.de cuſto. reo. Et l. Magiſtratibus.ff. de iuriſd. omn. iud. teneat contrarium. 66

Iudex eccleſiaſticus in eccleſiaſticis uel mixtis cauſis ſe intromittit. Iudex eccleſiaſticus non poteſt ſe impedire de criminibus quæ non ſunt mere eccleſiaſtica,ſeu ſaltim mixta,niſi indirecte quo ad pœnitentiam imponendam, & ad delictum prohibendum,in c.nouit.de iudi. & ibi Abb. niſi delictum ſit notorium,vt notatur per Inno.in c.1.de off.ordi. 67

Iudex

68 Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri, nedum vbi contenditur de ſubſtantia matrimonii, ſed etiam vbi agitur de conſecutiuis ad ipſum matrimonium. Abb. in c. Gemma. de ſponſal. *Matrimoniũ quomodò ad iudicem eccleſiaſticum pertineat.*

69 Iudici delegato Papæ iniuſte procedenti, an ordinarius loci poſſit violenter reſiſtere, vtputa epiſcopus Inquiſitori hæreticæ prauitatis, Abb. poſt Inno. in c. ſi quãdo, de off. deleg. & per Inno. in c. dilecto, de ſent. excõmunicationis li. 6. & glo. in c. non debet 11. q. 3. & glo. in c. non inferẽda 23. q. 3. & glo. in c. paſtoralis, de off. deleg. in ver. Intelligẽtia, quæ vult quod iudici exequenti ſententiam nullam, poſſit reſiſti. Per Bar. in l. deuotum C. de meta, & in l. omnes C. de decur. Sed vide ſupra in ver. Inquiſitor.

70 Iudex recuſari poteſt ſuſpectus ex cauſa probabili, ſiue exiſtat ſolus, ſiue habeat collegas. Abb. in c. cauſam quæ de off. deleg. & facit ad quęſtionem, quod ſi in uniuerſitate iudicum habeo aliquem ſuſpectum, licite poſſum petere quod remoueatur, non obſtante quod alii poſſunt facere ſententiam iuſtam. Abb. vbi ſupra. *Recuſari quomodo poſſit iudex.*

71 Iudex ſi admittit exceptiones, & probationes quas non debebat admittere, tenetur poſtmodum pronunciare ſecũdum illas, alias pars excipiens haberet iuſtam cauſam appellandi, niſi Iudex cum proteſtatione admiſiſſet, vtputa, ſi de iure deberet admitti, & non aliter. Abb. in c. cum contingat, de offi. deleg. in glo. in ver. nihilominus. Poteris tamen diſtinguere in hoc paſſu, vt ibi per eum. *Errans errare cogitur.*

72 Iudex delegatus committens vices ſuas alteri, non poteſt amplius commiſſionem reuocare. quod intellige, ſi ſubdelegatus vti cepit iuriſdictione. ad hoc c. quamuis de off. deleg. li. 6. & per Abb. in c. venerabili. de off. deleg. *Quomodo, & quando iudex pdat ius ſuum.*

73 Iudex ordinarius vel delegatus definit eſſe Iudex, cum cauſam aliquam remittit ad ſuperiorem. An autem poſſit dictam cauſam reaſſumere de conſenſu partium, dic quod ſic, ſi cauſa non eſt præſentata principi. vt in c. licet in glo. 1. de off. deleg. ſecus ſi præſentatio eſſet facta ſecũdũ Doct. & bene, ne illudetur ſuperior. arg. in c. Bone. 2. de poſtu. pręla. Abb. in di. c. licet.

Iudex, & teſtis.

Iudex poteſt deponere tamquam teſtis de geſtis coram ſe, & coram alijs iudicibus, textus eſt ibi. Abb. in c. inter dilectos. de exceſ. præla. & in c. cum nobis, de teſti. & in c. cum dilecti. de accuſa. 74

Quam iniuriam remittere poſſit iudex.

Iudex remittere poteſt iniuriam illatam perſonæ, non autem illatam dignitati, & ſic poteſt intelligi l. vnica. c. ſi quis imperatori maledixerit. & procedit textus ſecundum vnum modum intelligendi, quod debeat remitti iniuria. Sed Acurſ. aliter intelligit, videlicet, quod perſona iniurians debeat remitti ad principem, vt conſiderata qualitate perſonæ ei remittat, vel eum puniat, & iſte intellectus plus applaudit illi literæ ſecundum Abb. in c. 1. de maledicis. 75

A iure diſcedere quando poſſit iudex.

Iudex poteſt, & debet in pœnis imponendis detrahere ſeueritati recedendo a pœnis in iure ſtatutis, ſi cauſa legitima ſubeſt, vt in c. ex parte, de tranſact. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & ibi Bar. dicit Iudicem poſſe moderari pœnam ſtatuti. Abb. in di. c. ex parte. 76

Iudex debet in caſibus in iure non expreſſis inclinare ſemper in partem humaniorem, & habere æquitatem præ oculis, & pœnas imponere habito reſpectu ad perſonas, loca, & tempora, not. glo. fi. in c. ex parte, de tranſact. & ibi per Abb. 77

Indignas perſonas repellere debet a teſtificando.

Iudex ex ſuo officio etiam nemine opponente poteſt indignas perſonas, & inhabiles a teſtimonio repellere, Abb. in c. dilecti. de exceptio. & in c. exceptionem, eo. tit. Et nemine petente ex officio ſuo tenetur quærere defenſiones rei. l. ſi nõ defendantur. ff. de pœnis volut. in l. 1. §. fin. ff. de q. per illum text. & voluit Alexander in conſ. 476. incip. pulchre reſpondet, in fin. & conſ. 4. in 6. vol. & reo etiam non petẽti debet dari copia indiciorum, vt poſſit ſe defendere, vt per Marſil. in pract. crim. §. nunc videndum, nu. 8. & multa iura per eum adducuntur, ibi eum vide diffuſe. 78

Iudex ſi aliquem dolo, vel culpa negligentia, aut alia ratione, aut alio reſpectu iniuſte vexauit, ad ſumptus tenetur l. ſi appellationem C. de appell. & c. cum æterni. de re iudi. li. 6. de quo eſt bonus textus in l. ſi quis in conſcribendo, cum glo. C. de pac. 79

de pac.& habetur per Baldum in l.mancipia. C. de ſer. fugit, & per Bart.in q.ſua incip. Iudex qui per imperitiam, Marſil. in pract.crim.§.ſupereſt,nu.8.& 9.& idem in.§.inique teſtifican. num. 15.

80 Iudex ad capturam aſſerti rei regulariter procedere nõ debet niſi præcedant indicia.ff.de quæſtio.l.1.& in l.penult. vbi eſt glo. notabilis C. eo tit. & habetur per ſcribentes in clem. 1.de homicidio. In quibus autem caſibus aliquando ad capturam deueniatur ſine indicijs, habetur per Auguſtinũ de Arimino ſuper maleficiis in ver.fama publica, car. 13. in vltim. additione. *Indicia capturam præcedere debent.*

81 Iudex non poteſt procedere ad executionem, ubi reus renunciauit ſuis defenſionibus, niſi finito termino primæ dilationis,quia talis renunciatio nõ valet regulariter. vt per glo. dixit Bar.& Bal.in auct.iubemus C.de indic.in rubro, & per Marſil.in pract.crim.§.vlti.nu.23.& 24. ſi tamen timet Iudex quod fiat tumultus,in tali caſu poteſt ad executionem procedere.ut per Lu.Ro.in ſin.589.incip.licet Iudex procedere nõ poſſit, ſi tamen reus poſt renũciationem defenſionum factam ipſam reuocet, non poteſt Iudex vllo modo ad executionem procedere, niſi finito termino primæ dilationis. & ita not.dixit Angel.in di.l.pactum inter hæredem, in vlt. col.ff. de pac. vbi dicit.Cautus debet eſſe aduocatus inquiſiti,vel accuſati, qui ſuis renunciauit defenſionibus, vt faciat talem renunciationem reuocari ab ipſo reo,quia ipſa reuocatione facta,non poterit Iudex procedere ad aliquam executionem contra ipſum reum.& teneas menti,quod Iudex ſemper debet dare terminum defenſionis reo confeſſo vel conuicto,alias non dato ſibi termino non poteſt deueniri ad aliquam condemnationem & ita not.dixit Angel.in di.l.pactum inter hæredes.ff.de pac.pro quo alleg.textum in l.3.§.ſi ad diem.ff. de re milit. Et per Bal.in l. raptores, circa medium C.de Epiſc.& cler.& de hoc plene habetur per Marſil.in pract.crim.§.quæritur, num. 30 31.32.& 33. *Defenſionum terminus expectari debet.*

82 Iudex,vel tabellio ſi ante aperturam teſtium teſtes, ſiue eo

rum dicta manifeſtat,vel legi patiatur,tenetur per l.ff. eo.tit. l,1.§.his qui inſtrumenta. & ea l.in principio,ibi. incipienda ne.ff.de pœn.l.ſi quis aliquid.§ inſtrumentum,& .§.2.ff.de extraord.crimi.l.ſacularii.§.1.& idem dicendum de quolibet re-

Reuelans ſecreta cōſilia.

uelante ſecreta conſilia ciuitatis, vel detegente priuata conſilia ſui. Poteſtatis, vel alterius cuius officio ſubſequitur, & idem in Iudice ſi manifeſtauerit, vel reuelauerit ſententiam quam laturus erat,antequam pronunciet.& facit.ff. eo. tit.& .ff.de off.præſid.l.obſeruandum,vide Gand. de maleſi tit. de falſa.num. 15.

Relaxans reū poſt purgata indicia.

Iudex quando vult relaxare reum qui purgauit indicia, ſi 83
non vult teneri in ſindicatu,antequam eum relaxet,primo aſſignet terminum accuſatori,vel denunciatori ad probandum ſi quæ probare poteſt,& intendit,& ſi nihil de nouo adducetur,vel probabitur,ipſum relaxabit.Ita dixit Angel.de malef. in ver.fama publica,in vlti.col. vbi etiam ſubdit quod eſt bona cautela, quod in ipſa relaxatione rei Iudex faciat apparere in actis, torturam eſſe exhibitam in perſona ipſius rei cum moderamine, ſecundum quod indicia contra eum exiſtentia requirebant, & quia bene fuerunt purgata, & ipſe reus non fuit repertus culpabilis,Iudex illum relaxauit.& dicit hoc notari per Bart.in l.fin.ff.de quæſtioni. Brun.in ſuo tract.de indiciis ad tortu.qui etiam ſubdit quod ſi iudex torſiſſet aliquem indebite,quod vtatur hac cautela in relaxatione, videlicet, quod blandis ſuaſionibus faciat eum confiteri quod fuit legitime tortus,& de hac rogetur notarius, quia non tenebitur in ſindicatu.vide Gandi. in tract.maleſi.ſub rubr.de quæſtioni,& tor.in 4.col.in verſ. quid ſi tortus. Secūdo faciat fiſcum citari,tertio accipiat fideiuſſores a reo depræſentando ſe totiens quotiens ad mandata iudicis, Vide Marſil. in practica crim.§.quoniam,nu.48.49.& 50.

Sine cauſæ cognitione procedens iudex quid.

Iudex procedens ſine cauſæ cognitione facit litem ſuam 84
ſecundum Bal. in .l. obſeruare .§. proficiſci in 25 .quæſt. ff. de offic . proconſ. Et in dolo præſumitur quando tranſgreditur leges, vt Bal . in conſil . 233 . incipien . quæritur . in fi. pri.

pri. vol. & faciens præceptum pœnale ſine cauſæ cognitione, ſi contraueniat quis non cadit in pœnam, quia cenſetur vt priuatus, & ei non eſt obediendum ſecũdum card. in clem. 1. in fin. de celebr. miſſ. quem ſequitur Felin. in c. eccleſiæ ſanctæ, de cõſtitu. & ſi torquet aliquem doloſe, pœna mortis eſt puniendus, vt dixit Bal. in l. decuriones, C. de quæſtioni, & ibi Angel. & voluit Io. de Ana. in c. primo de cler. percuſ. & Angel. de aretio. in tractat. de malefi. in ver. fama publica. verſ. tertio quæro.

85 Iudex nõ debet reum ponere ad torturam, ſi habet plenas probationes ipſius delicti, certus enim certiorari non debet l. 1. in fin. ff. de actio. empti. l. 2. ff. de eden. & ideo dixit Angel. in l. & ſi certus. ff. ad ſill. quod in tali caſu Iudex tenebitur in ſindicatu. Et idem dixit D. Cataldus in ſuo tract. ſindicatus in verſ. 151. incip. adde quando. Et ideo verum eſt quod ſtantibus plenis probationibus non debet ad torturam deueniri, quia tortura eſt in ſubſidium probationum, quod ſi is contra quem eſt plene probatum torqueatur, & perſeueret in negatiua conſtanter, tolluntur illę probationes, tamquam non ſint veræ, & ex his amplius non poterit cõdemnari, vt per Cępol. in conſ. 32. incip. quidam ruſtici. ubi dicit quod hoc etiam videtur de mente Bart. in l. vnius. §. 1. ff. de quæſtioni. In tali caſu non ponat Iudex reum ad torturam, ſed ſi in negatiua perſeuerauerit, ſine alia confeſſione ad condemnationem procedat. Et pro his vide Marſi. in pract. crim. §. quoniam, nu. 40. & §. nunc videndum, nu. 22. 23. & 24. *Tortura uana poſt probationes.*

86 Iudex ſeueriter procedens in criminalibus debet iuriſdictione priuari. Brunus, in tract. de indiciis, & tortur. & per Marſil. in pract. crim. §. expedita, nu. 86. & iniuſte procedens vtputa fauore, vel odio, tenetur l. cornel. de fica. Marſil. in l. quęſtionum modum, in vlt. col. ff. de quęſtioni. *Seuerior iudex priuatione dignus.*

87 Iudex non cõmunem, ſed ſingularem opinionem ſequitur, ſi doctorum communis opinio euidenter eſt falſa, vel poſſit apertiſſimis documentis, vel rationibus cõuinci. not. Io. And. in c. 1. de conſti. Abb. in c. ex literis, de ſponſ. & in c. ſcientes, de cenſi-

de cenſibus,& in c.capellanus.de feri, & allegat in di. c. text. ad hoc.quem dicit eſſe ſingularem in l. 1.§. ſed neque. C. de veter. iure incolæ.

IVDICIVM.

IVdicium dicitur quaſi iuriſdictio, Abb. in c.forus,de verb. ſigni. & ſecundum Thomam ſecunda ſecundę q. 60. art. 1. 1
Iudex quid ſit. dicitur actus Iudicis inquantum Iudex eſt,Iudex autem dicitur quaſi ius dicens,ius autem eſt obiectum iuſtitiæ, & ideo iudicium importat ſecũdum primam nominis impoſitionem, diffinitionem,vel determinationem iuſti,ſiue iuris.Quod autem aliquis bene diffiniat aliquid in operibus virtuoſis, proprie procedit ex habitu virtutis,ſicut caſtus recte determinat ea quę pertinent ad caſtitatem,& ideo iudicium quod importat rectam determinationem eius quod eſt iuſtũ, proprie pertinet ad iuſtitiam, propter quod philoſophus in quinto ethicorum dicit, quod homines confugiunt ad Iudicem ſicut ad *Iudex animata iuſtitia.* quãdam iuſtitiam animatam. Et nota quod iudiciarius ordo in quatuor conſiſtit principaliter, videlicet in trina citatione ad cauſam,vel vna pro omnibus peremptoria, in litis cõteſtatione, in teſtium triplici productione, & in eorum diligenti examinatione,& in ſententię diffinitiua prolatione.Qui quidem ordo iudiciarius ſecũdum Hugu. dicitur duobus modis ſcilicet ſimpliciter,& ſecundum quid.Simpliciter quidem,cũ quis cõdemnatur ſeruata integritate iudiciarii ordinis. Secũdum quid, cum quis cõdemnatur non obſeruata integritate ordinis iudiciarii.His notatis ſit iſta prima concluſio.Licet regulare ſit quod nullus condemnandus ſit non obſeruato ordine iudiciario, nihilominus in notoriis, & manifeſtis non eſt *In notoriis non eſt neceſſe ſeruare integritatem ordinis iudiciarij.* neceſſarium obſeruare integritatem ordinis iudiciarii, quia non eſt quod Iudex aliter informetur per teſtes,quia ibi veritas patet,& eſt manifeſta,nec eſt opus inquiſitione.

Secundo in contumace abſente, qui nihil de abſentia ſua debet lucrari,vt 3.q.9.c.damnamus.

Tertio propter ſcãdali vitationem, vnde clericus publice infamatus de crimine,licet non ſit conuictus,vel cõfeſſus, ſu-

ſpenditur

ſpenditur tamen propter ſcandalum populi, vt in c. presbyter ſi 2. quæſt. 4.

Quarto propter ſuſpicionem dilapidationis, vt 3. quæſt. 2. c. quia ea. *Suſpicio dilapidationis.*

Quinto propter defectum Iudicis, puta cum aliquis intruſus in ſede Apoſtolica, tunc enim quia nō inuenitur ſuperior Iudex coram quo conueniatur, nō obſeruato iuris ordine expellitur, vt 3.q.1.§.patet. *Defectus iudicis.*

Sexto in calumniatore, ut 1.q.3.§.notandum.

Septimo in falſo teſte, vt C.de teſti.l.nullum.

Et nota quod iudicii ordinem tollere non poteſt etiam legatus Apoſtolicus, videlicet a latere, glo.in c.fi.de hęre.li.6. *Iudicij appellatione quid intelligatur.*

2 Iudicii appellatione intelligitur iudicium vſque ad ſententiam, vt dicit Abb.in c.vnico, de plus petito, & eo vſq; Iudex poteſt interrogare, Abb.in c.cum Io.de fi.inſtrum.

3 Et nota quod nullus poteſt iudicare aliquem, niſi ſit aliquo modo ei ſubiectus vel ꝑ cōmiſſionem, vel per poteſtatem ordinariam, Epiſcopus tamen in cuius diœceſi aliquis deliquit efficitur ſuperior eius ratione delicti, etiam ſi ſit exemptus, niſi forte deliquit in re aliqua exempta, puta in adminiſtratione bonorum alicuius monaſterii, ſed ſi quis exemptus furtū vel homicidium committat, poteſt per Ordinarium iuſte cōdemnari. Io.de Tur.Crema. in c.1.cauſæ 2.

4 Iudicii locus debet eſſe ſecurus omnibus qui venturi ſunt ad iudicium in fauorem partium, vnde non ſufficit quòd ſit tutus domino & non procuratori, nec procuratori & non domino. Si locus ſit notorie nō tutus poteſt pars citata appellare, imo poteſt etiam appellationem omittere, & de citatione nō curare, quia citatio nō arctat citatum. Abb.in c.ex parte, de appell'. *Securus ſit iudicij locus.*

5 In iudicio factum aliquid nō dicitur, niſi Iudex ſedeat pro tribunali, Abb.in c.ex parte, de confeſſis. *Sedere debet iudex.*

6 In iudicio æqualis eſſe debet conditio actoris, & rei. Abb. in c.1.de mutui, petitio textus in regula. In iudicijs, de reg. iuris lib. 6. *Actoris, & rei æqualis cōditio.*

Iudicium

Compromiſsũ in fœminam non iuratur.

Iudicium a fœmina nullum,vt in c. ſciſcitatus, de reſcrip. 7
Abb.& canoniſtæ ibi,& in l.fin.C.de mulier.& ſi fiat compro
miſſum in mulierem de amicabili compoſitione,tale compro
miſſum non debet iuramento firmari, quia tale officium mu
lieri non competit,ſpec. eo.titulo. & in c. ſi diligenti, de fo-
ro compet.

IVRAMENTVM.

Iuramẽti diffinitio.

IVramentum aliud veritatis, aliud calumniæ dicitur. l. 2. 1
.§. obſeruari C. de iura. calum. Spec. eo tit.§. Nunc dici-
mus. & tangitur per Bar. & Doctores. Sed vniuerſaliter dif
finiendo iuramentum,dic vt infra videlicet.Iuramentum ſe-
cundum ſummiſtas in ver. iuramentum. ꝙ eſt affirmatio,vel
negatio de aliquo licito probabili, & honeſto facto, vel fien
do,ſacræ rei atteſtatione firmata,quod fit ſiue ore,ſiue facto,
vt cum tangitur litera euangelij etiam ſine verbo,vel aliquid
huiuſmodi. vide Tabien.in verbo iuramentum. Vel ſecundũ
Card. in Clem. 1. ver. Nos. q. 1. Iuramentnm eſt obligatio
animæ alicuius ad aliquid aſſerendum vel ſeruandum, & eſt
ſecundum l. 1.ff. de iureiur. maximum litium expediendarũ
remediũ. Quod quidem multiplex eſt videlicet veritatis,cre
dulitatis, neceſſarium, voluntarium, licitum,illicitum, aſſer
tionis ſiue aſſertiuum, promiſſorium, & iudiciale. vide ſpec.
de iuramento per totum. Sed quia de iuramento iudiciali
tantum tractare intendimus, extraiudiciale ſummiſtis relin-
quendo, iudiciale ipſum ſic diſtinguendum arbitramur.

Iudiciale.

Iuramentum iudiciale eſt duplex. aliud quod defertut a iu 2
dice parti, et hoc appellatur neceſſariũ, quia ſine iuſta cauſa
recuſari non poteſt, vt in l. generaliter .C. de nu. pu. Et
quia etiam Iudex neceſſitatur deferre, vt not. in c. Iuramen
tum. de iureiur. Appellari etiam poteſt litis deciſorium, ſeu
declaratorium, quia præſtatur ad litis deciſionem, vt not. in
l. 2. & l. Admonendi.ff. iureiur. Et c. ſi Chriſtus, eo. tit. Et
hoc iuramentum producit actionem etiam de iure Ciuili, vt
in l. actori.C. eo. & l. ſi duo patroni §. Marcellus.ff. eo.

Parti a parte.

Aliud eſt iuramentum quod defertur a parte parti, & hoc 3

ſtat

ſtat in nomine ſui generis,& appellatur iudiciale, quod recuſari poteſt,& referri, vt infra patebit, & tale iuramentum poteſt (vt dictũ eſt) ſine cauſa libere recuſari etiam non referẽdo, vt probatur in c. iuramento. de iureiur. & l. generaliter .§. ſi autem C. de non nu. pe. quia pars non poteſt neceſſitare partem ad iurandum, vel referendum, ſed ſi Iudex approbat tale delatum iuramentum aperte iubendo, vt iuret, tunc tenetur pars iurare, vel referre, vt in l. generaliter. quæ, ſcilicet niſi adſit cauſa recuſandi tale iuramentum etiam per iudicẽ approbatũ. Quæ quidẽ cauſa multiplex eſſe poteſt eſt nulla vtputa, ſi is cui defertur iuramentũ non eſt informatus de materia, ſup qua nõ poteſt côueniri, vel actor plene ꝓbauit.

4 An autem ex parte rei ſit cauſa legitima recuſandi quia actor nihil probauit, dic quod ſic ſecundum Io, And. quod probatur in l. bonæ fidei C. eo, vbi dicitur, ꝙ cauſa cognita decidi non debet lis per iuſiurandum, ad idem iura vulgaria quæ dicunt reum abſoluendum actore nil probante, etiam ſi nihil præſtitit, ſiue deferatur a iudice, ſiue a parte. Nam ſi ex hac cauſa poſſum recuſare iuramentum neceſſarium, fortius iudiciale, maxime tenendo quæ diximus, iudiciale nõ'ar ctari niſi approbetur a iudice, & ſic limita dictas leges. Quo modo autem per nouos teſtes poſſit recedi a iuramento iudiciali, & appellari a ſententia lata vigore iudicialis iuramenti, vide Abb. in c. iuramentum. de iureiur. *Reus quando abſoluendus.*

5 Iuramentum autem neceſſarium diuiditur in iuramentũ veritatis, & iuramentum calumniæ, ſiue de calumnia. Spec. tit. de iuram. .§. Nunc dicamus. Et tangitur per Bar. & Doct. in auct. Principalis. C. eo tit. Quid autem comprehẽdat iuramentum calumniæ, dic ꝙ multa. Et primo ꝙ actor credit ſe iuſte petere, & non calumnioſe. Secundo ꝙ reſpõdebit veritatem ſuper omnibus de quibus interrogabitur. Tertio, ꝙ non vtetur falſa probatione. Quarto, ꝙ non corrumpet iudicem, neque tabellionem. Quinto, ꝙ calumnioſam dilationem non petet, & nonnulla alia quę notantur per Spec. vbi ſupra. Sed nota differentiam inter iuramentum *Veritatis calumniæ.*

veritatis,& iuramentum calumniæ,quia iuramentum calumniæ, cum ſit credulitatis quæ eſt contraria veritati,nō poteſt qui iurauit redargui de periurio, ſecus de iuramento veritatis. vide Abb. in c. literas, de iuram. calumniæ.

Iuramentum ueritatis.

6 Iuramentum veritatis eſt cum quis iurat reſpondere veritatem ſimpliciter.Spec. vbi ſupra. Et nota quod in cauſa ſpirituali, vel eccleſiaſtica Iudex non debet recipere iuramentum de calumnia, ſed tantum iuramentum veritatis. c. Qualiter & quando. el primo, de accuſa. Ibi Abb. ait. Nota practicam vnam incipiendi iuramentum ab inquiſitis, ſeu teſtibus. Et c. cum dilecti. & ibi Abb.

Iuramēti ſubſtantia.

7 Et nota quod ad ſubſtantiā iuramenti non requiritur hoc verbum, iuro, ſed ſatis eſt quo ad confirmationem veritatis, vt quis interponat Deum explicite, vel implicite, Abb. in c. & ſi Chriſtus, & in c. querelam, de iureiur. & hoc iuramentum veritatis ſecundum glo. in c.dudum, in clem.eod.tit. ſolum debet exigi in ſpiritualibus, in talibus enim non iuratur de calumnia, vt dictum eſt ſupra.

Vſurarū cauſæ ad quos ſpectat.

Et aduerte quia per hoc videtur glo. ſentire quod cauſa vſurarum ſit ſpiritualis, ſed aliter infra glo. fin. dicit quod eſt quaſi ſpiritualis, cū ſit eccleſiaſtici fori poſſit dici ſpiritualis, glo.in c.ſi annum, de iudi. li. 6. videtur dicere eam eſſe ſpiritualem, ſed Io. And. ibi in nouella ſentit quod eſt ſpiritualis large, ideſt eccleſiaſtici fori, Clemen. 2. de iudi. Abb. in c. ex literis, de iureiur.

Iuramentum de ſubſtantia teſtimonij nō eſt.

8 Et nota quod licet iuramentum ſit de validitate teſtimonii, quia ſine iuramento teſtimonium teſtis non valet l.iureiurandi c. de teſtibus, non tamen eſt de ſubſtantia teſtimonii, vt c. 2. de clande. deſponſ. ideo dicit Bar. in l.ſi quis. ff. de falſis, quod teſtis deponens falſum nō iuratus, punitur de falſo, ac ſi iuraſſet, quia iuramentum licet non ſit de ſubſtantia teſtimonii. Abb. in cap. de teſtibus, dicit, quod iuramentum licet non ſit de ſubſtantia, eſt tamen de validitate teſtimonii ex diſpoſitione iuris.& idem ibidem, Nam ſine iuramēto neque depoſitio, neque atteſtatio valet. imo & idem Abb. in

c.tuis

c.tuis quæſtionibus.de teſti.ait,Nota tamen quod eſt ſolemnitas formalis, & ſubſtantialis teſtimonii,ſed concernit fauorē partium principaliter. Ideo poteſt a parte remitti, ſecus ſi nō concerneret. Vnde autem inſurgat hæc poteſtas partibus,vt poſſint remittere hanc ſolemnitatem iudicialem, reſpōdetur quod ex eo quod quilibet poteſt renūciare iuri ſuo,& fauori introducto,vt de reg. iur. ad apoſtolicam. nam principaliter poſſunt communicare verbo alterius,duntaxat l.fi.ff.de fidei com. ibi glo. Abb.vbi ſupra, & quia neceſſitas talis iuramenti ceſſat ex quo partes,quarum fauore principaliter agitur,remittunt.facit c. ſignificaſti,de electione. & per hoc putamus cōſenſum iudicis eſſe neceſſarium,vbi cauſa eſt mere priuata

Iuramentum a parte remitti quando poſſit.

9 Igitur teſtibus ſine iuramento non creditur quantuncumque religioſis,& licet cauſa ſit ſpiritualis & eccleſiæ. vnde infertur,ait Abb.quod etiam Epiſcopo non creditur tamquam teſti ſine iuramento,eximitur tamen vt non tangat,ſed iuret poſitis tantum coram ſe euangeliis,vt in c.fin.de iuram.calū. Abb.in c.nuper.de teſt.& nota quod etiam ſi quis iuraſſet de non teſtificando,ſicut de non ferendo auxilium, iuramētum eſſet nullum,& teneretur teſtimonium ferre, quia ferre teſtimonium eſt munus publicum,ad quod compellitur quis etiā inuitus,vt l. ſi quando C.de teſti.& c.quiſquis.11.q.3.Abb.in c. intimauit.de teſti.& in c.conſtitutis eo.tit. ubi addit quod etiam ſi quis non reuelare ſecretum iuraſſet, ſi in teſtem producatur,tenetur ad teſtimonium reddendum.

Teſtibus ſine iuramento nō creditur.

Iurans non ferre teſtimonium.

10 Quomodo autem,aut ſuper quo ſit iurandum, dic ut notatur in clem.1. de hære. quod ad ſubſtantiam iuramenti nō requiritur tactura,vt in c.& ſi Chriſtus,de iureiur. cum iuramētum ſit inuocatio Dei in teſtem,qui Deus nō facit differētiam inter ſimplicem promiſſionem,& iuramentum. Eccleſia tamen non modicam facit differentiam,ideo exigit iuramentum corporale,tamquam magis reſtrictiuum, vt videtur per iura in c.hortamur.3.q.9.& in c.vt circa,de elect.li.6. hinc dicit Angel.in c.mouet 22.q.1. quanto id quod iuratur magis eſt ſanctum,tanto magis pœnale eſt periurium,eo no. Imol.

Quomodo ſit iurandum.

in c. & ſi Chriſtus. & hoc quia videtur magis contemnere in trangreſſione. Hinc eſt quod quandoque iuratur per Deum omnipotentem,& quattuor Euangelia, vt in c.quotiens cordis 1.q.7.quandoque ſuper altare, quandoque ſuper Euangeliis,quandoque ſuper reliquiis ſanctorum, vt in c.habemus 22.q.1 quandoque ſuper qualibet ſcriptura,vt more italico. Pratica Papien.in for.reſp.rei.Et glo.in clem. 1.niſi fiat ſpecialis mentio de tactura euangeliorum, quia tunc ad id tenetur iurans,niſi ſit epiſcopus,vel ſacerdos,vt C.de epiſ.& cler. in auçten.ſed iudex. Hi enim iurabunt propoſitis ſed non tactis Euangelis,maxime epiſcopi.Hoſt.in ſumma de teſt. & ſic nota quod vbi diſpoſitio legis pro ſolemnitate requirit iuramentum corporale ſeu tacturam, non eſt iuri ſatisfactum ex ſolo verbali iuramento,vt dicit glo.in c.vt circa.de elect.li.6. iurare autem & ante & poſt depoſitionem,vel reſponſionem poteſt uocatus,vel deponens,melius tamen eſt ante, vt dicit Abb. in c.de teſtibus,de teſti.

Modus iurandi Epiſcopis dandus.

Iuramentorū iudices.

Iuramenta licita,vel illicita iudicare non ad ſeculares,ſed ad eccleſiaſticos iudices pertinet C.venerabilem,de elect & ibi Abb. quomodo autem remittantur iuramenta vide in c. cum inter,de renunciatione. 11

Iuramentum non ligās.

Iuramentū contra canones,vel in fauorem publicum non ligat.Abb.in c.ad noſtrā de iureiur. nec obligat vbi reprobatur,& eſt eccleſiaſticū.vnde ſtatuta laicorum nō poſſunt impedire abſolutionem iuramenti.Abb.vbi ſupra c. quē admodū. 12

Iuramentum contra officium charitatis, & pietatis,& proprietatis rationem non ualet,vt de non,prębendo conſilium, ſubſidium cū ſibi coniuncto,vel ei loquendo eſt illicitū.Abb. in c.cum quidem. de iureiur. 13

Iuramētum præſtans alicuius rei,ceſſante re illa abſolutus eſt a iuramento,qui enim iurauit facere reſidentiam in eccleſia aliqua, deſtructa eccleſia auctoritate ſuperioris abſolutus eſt a iuramento eo etiam depoſito a dignitate non tenetur obedire ei,quia ceſſat cauſa cuius ratione iurauit, Abb. in c. cum ex iniuncto. de noui operis nunciatione. 14

Iuramentum

15 Iuramentum quando obligat clericum in præiudicium eccleſiæ Abb.in c. Grauis. de cenſi.& in c.ſignificauit, eo. *In præiudicium eccleſiæ.*

16 Iuramentum præſtitum ad commodum hominis poteſt dimitti ſiue remitti ab eo cui commodum fuit iuratum, puta ſi iurauit tibi ſoluere decem, non eſt periurus ſi remittis iuramentum,vel das dilationem ad ſoluendum.ſi intuitu Dei iurauit,nō poteſt iuramentum remitti ab homine.Abb.in c.prę terea,de ſponſa. *Ad commodum hominis.*

17 Iuramento licito licet contrauenire ſine auctoritate ſuperioris urgente neceſſitate, ſi non poteſt haberi qui abſoluat. Idem eſt ſi vtilitas magna hoc exigat.Abb.in c.quanto, de iu reiur.qui iurauit quod licitū eſt vt canonicus, ſi poſt fiat Epiſcopus, ratione dignitatis non perſonæ poteſt contrauenire Abb.vbi ſup.c.ex noſtris.Quādo poteſt quis propria auctoritate contrauenire,quando oportet abſolutionem petere,quā do omninō ſeruandum eſt, quando poteſt quis compelli ad relaxandum,vide Abb.vbi ſupra in c. cum contingat. *Quando liceat iuramento contrauenire.*

18 Iuramentum eſt deferendum ei qui habet ſemiplenam probationem pro ſe,glo.licet textus hoc nō probet, poteſt tamē iuramentum deferri habenti vnum teſtem pro ſe in ſupplementum probationis, etiam in cauſa nō leui Abb.in c.ex inſinuatione, de procur. numquam deferendum eſt illi contra quem vehementer præſumitur de transgreſſione, imo deferens peccat,quia eſt cauſa illius interitus,ideo prouidendum eſſet quod ſcholares non iurarent obedire rectori.Abb. in c. clericos,de cohabita.cleri.non defertur etiam prælato in defectum probationis,vbi agitur de magno præiudicio, & cum quæſtio eſt multum præiudicialis.Abb. in c.cum dilectus, de ſucceſſio. ab inteſta. *Cui deferendum eſt.*

19 Nota tamen quod iuramentum ſemper exigi debet a reo vbicunque vertitur periculum animæ, licet actor nihil probauerit.Abb. in c. continebatur. de deſponſ. impub. & c. atteſtatio. eo. vide etiam eundem Abb. in c. quod nobis.de clan deſt.deſponſ.

20 Iuraans redire ad carcerem etiam cum periculo mortis.te *Redire ad carcerem.*

netur, niſi carcer ſit iniurioſus, Abb. in c. quanto de iureiur.

Iuramentum quod vertitur circa opus pietatis poteſt dari 21
diebus feriatis, Abb. in c. omnes, de ferijs.

Intentio iurātis quid. Iuramentum quando ſecundum intentionem iurantis, & 22
quando ſecundum intētionem recipientis teneat, vide Abb. in c. literas, de reſti. ſpol.

Iuranti quando non credatur. Iuramento non creditur, ſi ex aduerſo contrarium proba- 23
tur, ſcilicet quæ oculis conſpiciātur, quo caſu fuit doctrina Azonis C. ad l. aquil. Bal. in l. contra negantes, C. ad l. aquil.

Iuramentum non defertur in ſuplementum probationis 24
in criminalibus. Petrus de anchar. in c. mediatores, de teſti. li. 6. Marſil. in pract. crim. §. poſtquam nu. 2.

IVRISDICTIO.

IVriſdictio quid ſit, quid merum, & quid mixtū imperium 1
vide Abb. in c. quod ſedes, de offi. ordi.

Iuriſdictio, honor, & diſtrictum quomodo, & in quibus 2
differant, vide glo. in clem. 1. de for. compet.

Iuriſdictio deuoluitur ad ſuperiorem proximum, ſi ille qui 3
eam habebat erat negligens, Abb. in c. cæterum, de iudi.

Iuriſdictio data pluribus, intelligitur data nō omnibus in 4
ſolidum, ſed omnibus ſimul. Abb. vbi ſupra.

De, & an ſua ſit, iudex poteſt cognoſcere. Iuriſdictio an ſit ſua, iudex poteſt cognoſcere niſi ex iuris 5
dictione ipſa proueniret aliquod ſibi commodum. Io. de Ana. in c. 1. de maled. Inno. in c. ceterum. de iudi. & ibi Abb. & glo.

Iurisdictio delegati integra, morte mandantis expirat, 6
Abb. in c. licet, & in c. gratum, & in c. relictum. de off. dele. & in l. & quia. §. Ideoq; .ff. de iuriſd. omn. iud. Inquiſitor tamen per mortem eius qui illum inſtituit, neque etiam ſummi Pontificis, vim ſuæ iuriſdictionis non amittit. vide ſupra in ver. Inquiſitor.

Quatuor ad iuriſdictionē ſpectantia. Nota ꝙ ad hoc quod aliquis clericus habeat iuriſdictionē 7
ordinariā in clericos, maxime in eccleſijs, requirunē quatuor.

Primo ꝙ vniuerſitas, quæ elegit ipſum, ſit clericorum, vel religioſorum, vel alias.

Idē Prælatus iuriſdic. ab aliquo ꝑlato eccleſiaſtico recipiat.

Secundo

Secundo Prælatus ſit clericus, vel religioſus, vt c. 2. de iud.

Tertio, vt habeat ordinariam iuriſdictionem electus ab vniuerſitate, quod eligatur in prælatum. Nam ſi eligeretur, ad aliquam dignitatem in eccleſia, vt primiceriatum, archipresbyteratum &c. non haberet ordinariam iuriſdictionem vt de off. archipre. per totum. Niſi conſuetudo tribuat eis iuriſdictionem, quod poteſt. C. de emen. libe. l. 1. & vlt. Et de exceſſ. præla. c. 2. vel dic quod hi habeant ordinariam iuriſdictionem ex electione in eo loco in quo proponuntur. argumentum prædictarum decretalium. teneas igitur (inquit archid.) quod habent iuriſdictionem. Quod autem dicitur, quod conſuetudo dat iuriſdictionem, intellige in conſuetudine præſcripta, vel in ea cuius memoria non exiſtit. vt not. Goffr. in ſum. de off. archi. in fin. *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*

Confert etiam ordinariam iuriſdictionem Papa, vel Princeps, qui eſt lex animata, in auctꝫ. de conſul. in fin. Vnde quo ad iuriſdictionem ordinariam conferendam æquipollet lex animata, & inanimata. Vide Io. de Tur. Crem. in cap. Experientiæ. 11.

8 Iuriſdictio comprehendit ea quæ ſunt mixti, & meri imperii, & quæ ſimplicis iuriſdictionis. Imperiũ eſt iuriſdictio quę exercetur officio iudicis nobili, ideſt quod non deſeruit intente alicui actioni per partem. Merum imperium eſt quæ exercetur officio iudicis nobili reſpiciens publicam vtilitatem. Mixtum imperium eſt iuriſdictio quæ exercetur officio iudicis nobili, reſpiciẽs priuatam vtilitatem. Quare autem merũ & quare mixtum, & quotuplex merum, & quotuplex mixtum imperium dicatur, vide Abba. in c. quod ſede. de offi. iudi. ordin. *Quæ ſunt meri, et mixti imperij comprehendit iuriſdictio.*

9 Iuriſdictionem dat delictum, & quare, ſi delinquens enim reperitur in loco delicti eſt de iuriſdictiõe iudicis loci delicti quo ad omnes effectus reſpectu perſonæ, & bonorum quo ad forum contentioſum, non autem quo ad pœnitentiale, ſi non reperitur in loco delicti, & pręuentus citatione poteſt excommunicari, & proceſſus fieri ſuper perſonam, quantum patitur ſtatus, *Delictum iuriſdictionem dat.*

ſtatus,& cauſæ qualitas,& poteſt citari extra territorium ver baliter,quia iam contumax,& præuentus Si non fuit prçuen tus citatione, poteſt citari ad effectum diſtringendi bona, & poteſt requiri Iudex,vbi degit,vt eum citet, aut remittat, & ille debet facere.& ſi ſit citatus, & non comparet poteſt excō municari per iudicem delicti, & proceſſus fieri contra perſo nam vbi ſupra, ſi Iudex vbi degit non facit citationem aut re miſſionem.& multa de hac materia vide diffuſius per Abb.in c. licet, de foro compe.

Inferior in ſuperiorem ius non habet.

In iuriſdictione inferior non poteſt exercere ſententiam 10 cenſurę,vel aliā in maiorē,nec poteſt abſoluere. Archidiaconus qui poteſt delicta corrigere, non poteſt punire epiſcopū ſuū, ſed aliū delinquentem, quia in territorio alieno cēſetur priuata perſona. Suffraganeus non poteſt punire archiepiſcopum ſuum in prouincia ſua, ſecus in aliena ſi in illa habet epiſcopatum. Abb.in c.cum inferior.de maior.& obed. quomodo autem iuriſdictio poſſit prorogari vide Abb. in c. per literas,de offi.delegati,& in c.ad petitionem. de accuſa.

I V S.

IVs eſt ars boni,& æqui,& fit ſecundum communes regulas 1 iuris.Iuris rigor eſt iuris exceſſus, qui quandoque ſtatuitur ad terrorem aliorum,quandoque tamen ſumitur pro ordine iuris,æquitas autem eſt ordinata iuſtitia temperata dulcedine miſericordiæ, Abb.de ſen.& re.iudi.c.iurgantium.

Æquitas quid.

Sed nota quod æquitas omnia bene æquiperat.Bal. C.1.§. ad hæc.de pac.iur.fir.& dicit ſpec.in tit.de off.omn.iud.in di. .§.de ſeruit.ad fi.verſ. item ad iudicis. quod ad iudicem pertinet potius ſequi æquitatem quam rigorem. ego certe dico (ait Zaſius) iudicium cuique ſuum relinquo, verum didici æquitatem quæ non eſt iure ſcripta,ſed ex motu, & affectione animi apparet,contra ius ſcriptum non eſſe ſequendam,vt dicūt Bar.Bal.& Doct.in l.1.C.de ll.l.placuit C.de iud. Abb. in c.fin. de tranſact. alioquin nihil eſſet vel certum, vel perpetuum in iure noſtro,quibuſlibet cauſarum ſtatum ad quālibet imaginatam æquitatem detorquentibus. Qua propter

cum

cum iuris doctrinis tamquam certis remanẽndum eſſe putamus. Iuris apices dicuntur, obiectiones contra proceſſum, & non poſſe poſt publicationem producere teſtes. Abb. in c. cõſtitutus, de teſti. *Apices iuris quæ.*

2 Ius naturale eſt commune omnium gentium di. 1. c. ius naturale & ſecundum glo. ibi diſtinguitur quatuor modis, & eſt nomen generale comprehendens in ſe legem diuinam, legem naturæ, & legem gentium, ita quod aliquando ius diuinum, & ius gentium appellantur iura naturalia, quia naturali ratione ſunt inducta, vt in l. omnes populi. ff. de iure, & iu. Abba. in c. cum tantæ, de conſuetud. *Naturale.*

3 Ius diuinum quandoque limitatur per Ius poſitiuum. Abb. in c. fin. de conſuetud. & quandoque a Principe iuxta notata per Inno. in c. quę in eccleſiarum, de conſti. & per legiſtas, & maxime Bar. in l. fin. C. ſi contra Ius, vel vti lit. imo Princeps ex cauſa etiam priuilegium cõferendo in certis cauſis, vel certa qualitate perſonarum inſpecta, poteſt ſtatuere, vt vni tantũ teſti credatur, & ſic deuiare ab illa iuris diuini regula, in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, Abb. in c. ſuper nobis, de teſti. & in c. ſicut de conſuetudine. de proba. allegando textum Imperatoris dicentis, quod in cauſis vertentibus in ciuili prætorio crederetur ſolius epiſcopi teſtimonio. *Diuinum ius p poſitiuum limitatur.*

4 Ius canonicum in concernentibus animam, & materiam eccleſiaſticam ſeruatur vbique, ſecus in alia materia, quia tãtum ſeruatur in terris eccleſiæ, & Ius ciuile in terris Imperii. nota tamen quod leges ciuiles ſequũtur canonum diſpoſitiones, & ſic in effectu non poteſt dari contrarietas inter canones, & leges, in materia videlicet ſpectãte ad eccleſiam, Abb. in c. clerici, de iudi. *Canonicum in quibus vbique ſeruetur.*

5 Iura habentia plures intellectus debent intelligi ſecũdum intellectum dubitabilem, vt in l. 1. ff. ad muni. & in l. quod labeo. de carbo. edic. facit C. cum iure. de offi. deleg.

6 Iuris appellatione comprehenditur etiam conſuetudo. Abb. in rubr. de conſuet. Io. And. & Antonius in c. quintauallis, de iureiur. *Iuris appellatione uenit cõſuetudo.*

De plano, & ſine ſtrepitu iudicij quomodo procedi debet.

Iuris ordo ſeruandus eſt in inquiſitionibus, & in aliis iudi 7
ciis ordinariis.& hoc verum in ſecularibus, in regularibus ſe
cus, in quibus vſquequaque ſeruatur, quia de plano, & ſine
ſtrepitu iudicij debet procedi.glo.de accuſa.c.ad petitionem.
Cum igitur contra prælatos regulares non ſolum renũciatur
in parte ordo iuris, ſed etiam fit remiſſio iuſtitiæ communis,
quia ex familiaribus cauſis etiam non ſeruato ad vnguem or
dine iuris poteſt remoueri, inter æquales perſonas ſeruatur
æqualitas ſecundum iuſtitiam,ſed non inter inęquales, Abb.
in c.per tuas,de ſimo. & c. qualiter, & quando. de accuſa.

Reſtitutionẽ in integrum cui denegetur.

Iuris ordo.ſi is de cuius crimine conſtat in iudicio petit re- 8
ſtitutionem propter iuris ordinem non ſeruatum,non eſt au-
diendus,ſed tamquam criminoſum notorium debet ſuperior
de nouo punire,Abb.in c.ad petitionem,de accuſa.

Iuris ſolemnitas omiſſa.

Iuris poſitiui ſolemnitas in quocunque actu ſi ſit prętermiſ 9
ſa,non tenetur quis ſibi conſcientiam facerę, ex quo nõ inter
uenit deceptio, & affuit conſenſus eorum qui habent actum
explicare de iure naturæ. In foro conſcientiæ æquitas iuris
naturalis præfertur rigori iuris poſitiui. Abb. in c. requiſiuit,
de teſt. in integr.

L

LAICVS.

LAICVS dicitur quaſi populus.Abb. in c.cle- 1
rici. de vita, & hone. cler. & laicorum appella
tione etiam veniunt fœminę.Abb.in c.1.de vi.
& hon.cler.

Clericus a laico non poteſt accuſari.

Laicus non poteſt accuſare clericum crimi 2
naliter, Abb. in c. nullus. de accuſa. fallit, ſi laicus vult proſe
qui iniuriam ſuam vel ſuorum. Secũdo quando crimen eſt ex
ceptum,ſi laicus ſit bonæ famæ, & non vilis perſona . oportet
tamen quod accuſans poſſit aſcẽdere ad illum ordinem, ideo
irregularis non admittitur ad accuſandum clericos, Abb. in
c.cum P.de accuſa.In notorijs poteſt accuſare clericum.Abb.
in c.cum dilectus,de purgat.cano.

Laycus

3 Laicus poteſt trahere clericum ad iudiciũ eccleſiaſticum intentando conditionem canonis reintegrandam, glo. in c. cum dilectus. de eo ꝙ metus cau. Abb. in c. cum ſit generale. de for. comp. *Tradere clericum.*

4 Laicus non poteſt eſſe adminiſtrator eccleſiæ, vt not. glo. in c. 1. de ſindi. ſcilicet vniuerſalis vel generalis in temporalibus, & ſpiritualibus, licet poſſit eſſe adminiſtrator bonorum temporalium eccleſiæ, vt in di. c. 1. de ſindi. vide c. omni nouatione. 16. quęſt. 1. *Adminiſtrator.*

5 Laicus qui banniuit clericum, condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum ſecundum extimationem iniuriæ in expenſis, & damnis, Abb. in c. olim. de iniur. & damn. datis. hodie attenditur alia pœna, in Clem. de pœnis. *Banniens clericum.*

6 Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec ſacerdotum ſimplicitati detrahant. vt in c. ex iniuncto. §. ſicut. de hæreticis. nec de fide publice, nec priuatim diſputent, vt in c. pri. de hære. lib. 6. Et c. quocumq;. eo. Nec de ſeu in fidei, & Inquiſitionis negotio vllo modo ſe impediãt, neq; de hæreſis crimine cognoſcendo, vel iudicando quouiſ modo aſſiſtentiæ, & fauoris colore, cauſa, vel occaſione (niſi quatenus ab ipſis ordinariis ſiue diœceſanis epiſcopis, aut Inquiſitoribus ſpontanea, & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant. vt patet in Bulla Iulii eius nominis ſecundi contra impedientes officium Inquiſitionis, quæ incipit. Ad perpetuam. In qua quidem Bulla infraſcripta verba continentur, videlicet, Ordinationes, prouiſiones, & leges quaſcumque de ipſius criminis cognitione latas, ſacris canonibus obſiſtentes, & eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes, ſine mora abrogent, & deleant, prout nos eas omnes inualidas fuiſſe, & eſſe decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis, & deletis haberi volumus, & mandamus. *Non prædicent, nec occulta conuenticula faciãt.*

LATA CVLPA.

1 Lata culpa dolo proxima quæ verſutiæ dicitur, vbiq; dolo comparatur. Zaſius in ſingul. ſuis c. 2. nu. 33.

2 Lata culpa quæ ignauiæ eſt, dolo numq̃ equiparatur. l. mu

lier .§. ſi hæreſ.ff. ad trebellia. Quæ tamen impunis non remanet, ſi id ad quod culpatiore negligẽtia patratum eſt, vel ad delictum tendat, aut damnum alterius, vt in l. 1. C. ſi ad uerſ. delictum. Zaſius vbi ſupra.

LAVDVM.

1 Laudum, ideſt arbitrum ſententia iniqua, ideſt enormiter lædens partem, infra dies decem debet retractari .l. cum antea. C. de arbi. Abb. in c. Non ſine. de arbitris.

LEGATVS.

1 Legatus de latere dicitur Cardinalis, & non alius, quia Cardinales ſemper dicuntur aſſiſtere lateri Papæ, vnde cum eorum conſilio ardua Papa explicat, vt in c. Per venera bilem. Qui ſi. ſint. leg. Abb. in c. 1. de off. leg. ibi ſucceſſiue.

2 Legatus de latere princeps eſt in ſua prouincia, c. ſi Abba tem, de elect. li. 6. ideoque habet ius conferendi beneficia c. 2. de offi. leg. & hic cum ſummi Pontificis vices in omnibus vices pleniſſime gerat, etiam ſupra Inquiſitores iuriſdictionem videtur habere, & habet, ſecus autem de delegato, & ſubdele gato, vt patet per literas Vrbani quarti, tenoris ſequentis.

Etiam ſupra inquiſitores legatus de latere non autẽ alij ſunt.

Ne negotium contra damnatam hæreſim prudentiæ veſtræ commiſſum impediri (quod abſit) propter aliquorũ aſtutiam, vel etiam retardari cõtingat, vobis auctoritate præſentium indulgemus, vt nullus ſedis apoſtolicæ delegatus, vel ſubdelegatus ab ea, conſeruator, aut etiam executor a ſede apoſtolica deputatus, ſeu etiam deputandus in vos, vel quatuor notarios ſiue ſcriptores veſtros ſuper his vobis fideliter obſequentes, quamdiu in huiuſmodi proſecutione vos, & ipſi fueritis, poſſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare abſque ſpeciali mandato prædictæ ſedis apoſtolicæ, faciente plenam, & expreſſam de hac indulgentia mentionem, decernentes irritum, & inane ſi ſecus a quoquam fuerit attentatum.

LEGITIMA.

1 Legitima probatio eſt quæ fit per teſtes omni exceptione maiores, glo. in c. & ſi clerici, de proba.

Legitima

2 Legitima eſt tertia pars eius ꝙ ꝓuenit ab inteſtato debita iure naturæ,deducto ære alieno, & funeris impenſa, in audtē. nouiſſima,& ibi glo.& Doctor.& in c.Rainutius,de teſta.Bar. in l.quotiens C. de hære. inſtitut. quod verum eſt quando filii quatuor, vel infra, ſed quando ſunt quinque,vel plures legitima eſt ſemis,ideſt dimidia pars eius quod cuilibet ſpectaret ab inteſtato.legitima autem fratris eſt quarta, Bal.in l.fratres C.de off.teſt.contra glo.in auten.nouiſſime, vide Bertachinum,in ver.legitima. *Legitima qd ſit.*

L E X.

1 LEx noua corrigens antiquam debet de illa facere mentionem ſpecialiter.C.de indic.vidui.l.fin.verſ.ſpeciali.Barba. in conſ.39.primæ partis.

2 Lex præcepti tollitur, ſi moribus vtentium non recipitur, niſi inducat ex ſui natura peccatū ex contrauentione,vt quia concurrit cum lege diuina, vel naturali.Abb.in c.cum olim, de cleri.coniug. *Quæ conſuetudo legē tollat.*

3 Lex ſecularis non approbata per eccleſiam non ligat clerum,dicitur autem approbata quādo eſt fauorabilis eccleſiæ vel eccleſiaſticis perſonis, cū autem eſt odioſa,ſecus. Abb. in c. cum eſſes.de teſti.& in c. Is qui.de ſolutio. *Secularis non approbata ꝑ eccleſiam.*

4 Lex ciuilis, vel canonica quando imponit pœnam ipſo facto,poteſt tolli per contrariam conſuetudinem.in l. 2.c. quæ ſit longa conſuet.ibi.Cynus.& in c.2.vt lit.pend. nil inno.

5 Leges pœnales generaliter diſponētes habent locum etiā in eccleſijs,& rebus earum, ex quo canones nō contradicūt, Abb.in c.eccl.S. Mariæ,de cōſt.& in c.2.vt lit.pend. nil.inno.

6 In legis diuinæ deciſionibus, ſeu interpretatione ſtare debemus diffinitionibus ſummorum Pontificum, magis quam dictis theologorum etiam ſi ſint ſancti. Abb.in c. tua de decimis.& ibidem ſubdit,quod vbi dictum alicuius ſancti auctoritate iuris diuini iuuatur,potius ei quam conſtitutioni ſummi Pontificis eſt ſtandum, & in conceſſione aliquorum iurium ſimpliciter facta non veniunt iura,quæ poſtmodum oriuntur de nouo,licet ſint ſimilia iam ortis. *Legis diuinæ interpres ſolus Papa.*

Legis

Rigor legis a iudice quomodo mitigari poſſit.

Legis rigorem mitigare poteſt Iudex attentis delicti quali tatibus. Nam licet homicida regulariter ſit pœna mortis puniendus, vt l. 1. ff. de ſica. & l. 3. §. legis corneliæ. ff. eo. attamen eſt in poteſtate iudicis non condemnare homicidam pœna mortis, quem impulit iracundia, orta etiam aliter quam ex facto offenſi. per textum in l. lex Iulia. §. fin. ad l. Iul. rapit. vide Marſil. in pract. crim. §. quoniam, nu. 94. 7

Liber decretorum.

Decretorum liber an ſit approbatus, vide Io. An. & Abb. in c. 2. de reſcript. quorum prima rubrica facta per Gratianum, alia autem quædam capitula facta ſiue addita fuerunt per quẽdam Gratiani diſcipulum, qui vocabatur Palea, vt notat Io. And. in addit. ad ſpec. in tit. de diſpu. & alle. §. fin. ad fi. qui quidem Palea in dicto libro contenta fecit Paleas, quas Gratianus non viderat, not. ſalic. & Io. de Imol. in rubr. de verb. obl. 8

LIBELLI FAMOSI.

1 Libelli famoſi auctor punitur vt infra, ſed prius ſic eſt diſtinguendum. Aut certum eſt quod quis compoſuit talem librum, aut non. ſi certum eſt, aut ſponte fatetur, aut conuincitur. ſi conuincitur, ſecundum leges capite punitur, vt l. ſi quis, eo. vel forte deportatur, & efficitur perpetuo inteſtabilis, vt 4. q. 3. c. ob carmen. Secũdum canones vero qui vltimum ſupplicium nulli irrogant, ſubiicitur verberibus, ut 5. q. 1. c. 1. Si vero ſponte fatetur, mitius cum illo agitur, vt c. 2. eo. Si nõ eſt certum quis compoſuerit, ordo procedendi ponitur vt infra.

Scriptum ſuũ non probans.

Debet primo admoneri, vt prodat in publicum, & probet quod ſcripſit, quod ſi non fecerit, primo priuabitur participatione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi vero ex toto contumax fuerit, tunc percutietur mucrone Anathematis, & hoc ſecundum canones. Secundum leges vero, ſi capi, & comprehendi poteſt, capite punitur, ſi innocens illo libello infametur, ſecus ſi nocens, vt dicit Hugu. Nam expedit peccata nocentum nota eſſe, vt. ff. de iniur. l. eum qui. quam ſententiã tenet Lau. & Accur. in di. l. eum qui ſed debet intelligi de criminibus quæ detegi expedit reipublicę.

Hæc vera ſunt (ait hugu) de eo qui nõ vult probare quod

inſcripſit

inſcripſit, ſi vero vult probare, & probat, commendandus eſt, ſi defecerit in probatione, tenetur ad pœnam talionis, & ita ſecundum leges quandoq; punietur capite, quandoq; ſecundum qualitatem delicti in libello conſcripti. vt C. de famoſis libell. l. ſi quis.

2 Quadruplex ergo pœna eſt famoſum libellum conficientibus, vel publicantibus, ſecundum quod quatuor modis poteſt agi de eo.

Famoſi libelli componentis, uel publicantis pœna.

Et primo quidem ſi agitur de eo criminaliter, ſecundum leges eſt pœna capitis tam contra illum qui fecit, quam contra illum qui inuenit, & non corrupit, nec combusſit, vel inuentum nulli oſtendit. C. de famoſ. libell. l. vnica. de qua in c. ſi quis famoſum. 1. q. 1. Et quilibet de populo accuſare poteſt talem, quia etiam accuſatori conſtituitur precium pro modo ſubſtantiæ perſonæ accuſatæ, vel ſi erat ſeruus producitur in libertatem. ff. de iniur. & famoſ. libell. l. lex cornelia. §. fin. & c. eo. l. vnica.

Secundo, ſi autem agatur ciuiliter punietur ſecundum iniuriarum quæ non publici, ſed priuati iudicii continet, querelam. C. de iniur. l. iniuriarum. Et ſic punietur ſecundum iuramentum actoris, & taxationem iudicis. inſti. de iniur. §. pœna.

Tertio ſi agitur ſecundum canones, flagellabitur, & excõmunicabitur, & poteſt deponi cum ſit crimẽ graue, & damnatione digniſſimum. vt 25. di. §. Nunc cap. vnum orarum.

Quarto in foro pœnitentiali, quia tam iſti quam detractores tenentur ad reſtitutionem famæ. Raimon. & Hoſt. in ſumma. Io. de Tur. Crem. in c. 1. 5. in prin. vide etiam not. in cap. quidam. eo.

Doloſe, quid importet.

Nota aduerbium, doloſe, ibi, doloſe manifeſtauerit, vt ſcilicet infametur ille, de quo libellus conſcriptus eſt, quia ſi ex ſimplicitate, non debet ei imputari. Item ſi quis bono zelo hoc faciat ſcilicet vt crimen puniatur, quod locum habet cũ crimen probare poteſt. Item ſi non poteſt illum conuincere quia ſolus ſcit, & ſecrete reuelat ſacerdoti, vel alii perſonæ quæ prodeſſe, & non obeſſe poſſit, talem libellum, vt admoneatur

neatur illa ne talia faciat, non credo eum eſſe culpandum. licite ergo talem libellum poteſt quis ſeruare, colligitur ex illo verbo legis huius, videlicet, aut nulli fatetur inuentum, non obſtantibus verbis Adriani, quod inuentor rumpat, &c. quia intelligenda ſunt. ideſt doloſe non manifeſtet, vel vult forte Papa quod ſemper rumpatur, vel comburatur, ne quis inde infametur, quia a te poſſet ad aliorũ notitiã peruenire.

LIBRI.

Librum ab hęretico compoſitum ſcienter recipiens, & eum penes ſe retinens non cenſetur hæreticus nec credens, ſed inſurgit contra eum vehemens ſuſpicio, quia nullus debet tales libros ſciẽter ſuſcipere, vel tenere, imo is ad cuius manus peruenerint, debet eos ſtatim igne comburere, vel Inquiſitori, ſeu Epõ hoc eſt Eccleſię tradere, vt per ipſos cõburẽtur. vt extra de ſum. tri. c. damnamus, de hęre. c. fraternita. C. de Epiſ. audi. l. mathematicos, & C. de hære. c. quicunque. in fin. & ar. q. 15. c. 1. & c. ſi qui. §. ſi quis. alioquin ex hoc facto, ſeu retentione talium librorum, ſicut ex aliis factis inſurgit vehemens ſuſpicio hæreſis contra aliquem, videlicet ſi cum hęreticis cõuerſetur, ſi euitet communionem, & conſortium fidelium, ſi nunquam vadit ad diuina audienda, vt de hære. c. excommunicamus. el 1. §. addiicimus c. accuſatus in prin. li. 6. adde ꝙ tutius erit libros hæreticorum aut quomodolibet ſuſpectos Inquiſitori tradere, iuxta decretum Pauli eius nominis quarti. talis nempe librorum traditio clarum obedientiæ, & fidei teſtimonium apud Inquiſitorem faciet. Præſumptio quidem cõtra detentorem inſurgere potuiſſet, ſi liber damnatus apud illum repertus fuiſſet, quod in ſimili apparet de falſa ſcriptura apud notarium inuenta, & de falſa moneta, vt c. de falſis. l. ſi falſos. ff. eo. l. Paulus, & de re furata. vt per Carer. in ſuo tract. de hære. nu. 125. qui aſſerit crimen hoc probari, ſi tales libri penes inquiſitum reperiantur. Similem inſuper caſum habemus de falſis menſuris apud quempiam inuẽtis, vt per Gand. de maleficiis, rubr. de falſis, num. 22. & fol. 7. nu. 6. & de inſtrumentis inuentis ad cudendum falſam monetam, vt per Boſ. 1

Vehemens ſuſpicio.

Inquiſitori tradi debent hæreticorum libri.

de falſa moneta nu.7. idem tenet Archid. & Io.Andr. in c. filii eo.tit.li.6. qui dicunt librum damnatæ lectionis probare retẽtorem eſſe hæreticum, & per Roma. ſing. 323. & Marſil. in pract. §. diligenter. nu. 92.

LICENTIA.

1 Licentia dicitur ſeptempliciter, ſcilicet abuſionis, ſiue præſumptionis 21. q. 2. c. placuit. diſpenſationis 1. q. 5. c. vlt. occaſionis 27. q. 2. c. ſi tu abſtines. promiſſionis C. ſacroſanctæ eccl. l. 1. ad gradum aſcenſionis, vel translationis: in di. C. vide Bal. in conſ. 29. tertiæ partis. & Abb. in conſ. 99.

Quid creditur literis cardinalium, & Epiſcoporũ.

LITERAE.

1 Literis Cardinalium, aſſerentium ſe aliquid viuæ vocis oraculo a Papa impetraſſe, creditur, cum eis etiã maiora credantur, vtputa eos Legatos eſſe. Non autem literis aliorum prælatorum. Abb. in c. quod nuper. de fi. inſtrum.

2 Literis Epiſcopi, & cuiuslibet ordinarii autentico ſigillo ſigillatis, & ſuperſcriptionibus teſtium manu propria roboratis, creditur in ſpectantibus ad officium ſigillantis, & in aliis negotiis leuibus, & arduis, ſiue ſint promulgatoriæ, ſiue teſtimoniales. Atteſtationes tamen factæ de præſenti ſecundum datã literarum, ſiue contineant extraiudicialia, ſiue iudicialia, ſine ſubſcriptione non creditur, niſi in caſibus exemptis, niſi tractaretur de modico præiudicio. Idem dicitur de literis delegatorum. Abb. in c. Poſt ceſſionem. de proba.

3 Literis iudicum, & prælatorum nõ ſic creditur, quin poſſint per teſtes reprobari, vbi agitur de præiudicio alterius, excipipiuntur principales. verbis prælatorũ non creditur excepto Pontifice, in his in quibus habet liberam poteſtatem tantum. In cauſis laicorum prophanis, in quibus non poteſt vti poteſtate abſoluta in præiudicium aliorum, non creditur nudo verbo Papæ, quia nec Chriſtus ſic ſibi credi voluit.

Verbo Papæ quando non creditur.

4 Legati verbo in his quæ ſunt modici præiudicii creditur. Cardinali non Legato non debet regulariter credi in prę iudicium alterius. Epiſcopi, & inferiores, quando poſſunt eſſe, vel non eſſe teſtes. Abb. in c. cum a nobis. de teſti.

Literæ pænitentiarii domini Papæ faciunt fidem imperti- 5
nentibus ad officium ſuum. Abb. in cap. ſicut nobis, de ſent. excommunicationis.

Aperiens literas alterius.

Literas alterius aperiens punitur tamquam falſi. Inno. ta- 6
men dicit quod iſte minus peccauit, quam ſi falſaſſet ſigillum, vel ſi raſuram aliquam feciſſet in inſtrumento, vt loquitur c. 1
olim in glo. alleg. ſed punitur pœna arbitraria, ar. c. de cauſis. de offi. deleg. Bar. tamen dicit, ſi quis aperit literas eas oſtendendo aduerſario mittentis, poteſt falſi pœna puniri l. 1. §. is qui. ff. de falſis.

Literas ab hæretico recipiens quomodo puniri debeat, vi 7
de ſupra in ver. hæreticus.

LITIGATOR.

LItigator continuus non poteſt eſſe accuſator, quia præſu- 1
mitur calumniator, c. ſuſpectus, & c. nullus 1. q. 5. & per id quod habetur in c. demum 25. di.

LIBERI.

LIberorum appellatione veniunt filij, & nepotes, non tamẽ 1
ſpurii, filiorum tamen appellatione tantum filij intelliguntur, Zaſius, de ſubſtit. in fi. 1. conditio ſine liberis.

LOCA.

LOca vicina quæ dicantur, poſt doctorum opiniones con- 1
clude ꝙ ſtabitur conſuetudini, vel interpretationi cõmuni, quibus deficientibus recurritur ad arbitrium iudicis. Abb. in c. ſuper ſpecula. de priuileg.

Loca pia dicuntur in quibus exercentur officia pietatis, & 2
hęc priuilegiata ſunt. Abb. in c. de his. de teſtamen.

LOCATIO.

LOcatio in perpetuum largo modo dicitur alienatio, vn- 1
de prohibitus alienare non poteſt in perpetuum locare, glo. clem. 1. de reb. Eccl. non alien. vnde canonicus licet poſſit vſque ad tempus vitæ ſuę locare fructus præbendæ ſuæ, nõ tamen in perpetuum, niſi auctoritate ſuperioris interueniente, vt in c. fin. ne præl. vic. ſu. Abb. in c. ad audientiam. Et nota quod ſterilitas contingens ſine culpa coloni inducit in cõtra

ctu loca-

ctu locationis remiſſionem penſionis pro rata; ſecus in contractu venditionis. Nam venditione perfecta, periculum rei venditæ pertinet ſolum ad emptorem, nec eſt ſienda aliqua remiſſio, etiam ſi nũquam poſſeſſio fuiſſet tradita emptori, ex quo non deficit per venditorem quo minus eam fuiſſet aprehenſus, vt l. neceſſario C. de peri. & commo. rei vend. vide ibi.

M.

MALITIA.

1 MALITIA ſuplet ætatem, exponitur malitia, ideſt vigor naturalis, vel potentia coeundi. Abb. in c. de illis, de deſponſ. impub. *Vigor naturalis.*

2 In maleficiis debet attendi propoſitum, & mens delinquentis, vnde accipiens rem alterius non intẽdens furari, nõ cõmittit furtum. Abb. in c. cum voluntatem, de ſent. exco.

MAVMETVS.

1 MAumetum inuocare. Vide ſupra in verbo, Inuocantes.

MAGNVM.

1 MAgnum vel paruum quid ſit, & quæ cauſa magna, vel parua ſtatur arbitrio Iudicis, glo. in l. 1. C. ſi aduerſus vẽdit. pig. & glo. in c. fin. de re iudi. li. 6. Barb. in conſ. 37. 2. vol.

MAIORES.

1 MAiores qui intelligantur, vide Petrum de Anch. in repe. C. canonum ſtatuta. de conſti. vbi alleg. Bal. concludit quod vbicunque tale verbum, vel ſimile profertur, a cõſuetudine vel ſtatuto, in materia indifferenti intelligitur de maiori quo ad etatem.

2 Maior quis tanto eſt, quanto dignioribus, & melioribus preeſt. in auctẽ. de feu. ciuit. & in c. ſolite. de maior. & obed. Abb. in c. cum cæterum, eo.

3 Maior pars collegij nõ ſufficit, niſi ſit ſanior c. 1. de his quę fi. a maio. par. ca. & Decius in c. cum omnis, de conſtit. Abb. in c. licet, de electione.

Maior pars poteſt tollere quod omnes ordinauerunt, uidelicet rationabiliter, non voluntarie, delictum tamẽ factum a maiori parte vniuerſitatis non ligat omnes. Decius, in c. ne innitaris, de conſt. 4

Maior cõſenſus, qui a maiori, vel digniori ordinatur. quod facit ad quæſtionem de duobus militibus, quorum alter a maiore, alter a minore accepit militiam, in c. per tuas, de maior. & obed. & in l. fi. de alb. ſcriben. 5

MANIFESTVM.

MAniſeſtum dicitur quod colligitur ex coniecturis, & veriſimilibus præſumptionibus, vt in l. licet. ff. de lega. 1. vbi dicitur euidens voluntas teſtatoris, quæ coniecturis elicitur, Abb. in c. 1. de cler. non reſid. & nota hoc ad cognoſcẽdum quando quid manifeſtam ſapiat hæreſim. 1

Manifeſte deprehenſus.

Manifeſte deprehenſus in hæreſi quis dicitur, quando facti euidentia, ſeu teſtium productione legitima, etiam ſine propria confeſſione. & hoc eſt quando ipſe delatus conuincitur legitime de aliqua hæreſi, facti euidentia, vt pote quia hæreſim publice prædicauit, vel per teſtes legitimos, contra quos excipere delatus non poteſt. tamen ipſe conuictus ſit perſiſtit firmiter in negatiua, & confitetur conſtanter fidem catholicam. talis quamdiu ſic perſiſtit in negatiua, hæreticus impœnitens eſt cenſendus, iuxta notata per Hoſt. in ſum. tit. de hære. §. qualiter. 2

MARITVS.

MAritus poteſt agere pro vxore, & nomine uxoris ſine mandato, ex quo non apparet de vxoris contraria volũtate, vt in c. conſtitutus, de pœnis. 1

Maritus tenetur ſequi vxorẽ ſi ex iuſta cauſa ſe abſentat, & ei ægrotanti tenetur ſeruitia neceſſaria impendere, Abb. in c. 1. qui ma. accuſ. poſſ. & in c. 1. de cõiug. lepro. & an in cõtractu matrimoni poſſit apponi pactum, vt vxor non teneatur ſequi virum; ſed vt ipſe vir moretur cum vxore in certo loco, & an committatur pœna ſi fuit appoſita, ſi non ſeruetur tale pactum, Abb. in c. 1. qui maio. accuſ. poſſ. 2

3 Maritus ſi eſt abſens longo tempore, & eſt in longinquo, & dicitur mortuus,ſufficit fama ſola cum aliquibus coniecturis,ad hoc,vt eius vxor poſſit nubere,ſi autē dicitur mortuus in vicinis partibus,requiritur certus nuncius, Ant.de Butr.in c.in præſentia,de ſponſ. Abb.tamen ibi relinquit arbitrio iudicis.& nota etiam quod vbi ceſſet præſumptio fraudis,ſtabitur confeſſioni alterius coniugum cōtra matrimoniū, ex quo confitens ſtat pro matrimonio,vt in c.atteſtationes,de ſponſ. impu. & ibi Abb.ſed ſi fraus præſumitur,relinquitur arbitrio iudicantis,vt not.Hoſt.in c.continebatur,eo.tit. *Quomodo mariti mors certa debet eſſe.*

MARTYRIVM.

1 MArtyrium pati gloriantur hęretici pro eorum pertinacia interfecti,vt ex eorum libris aperte conſtat.nam damnatorum hæreticorum ſupplicia,geſtaque omnia deſcribunt,& illos ita paſſos veluti ſanctos martyres laudant, & venerantur, verum cæci ſunt, & duces cæcorum Matth. 15. nam martyrium actus eſt virtutis,nempe charitatis imperantis, & fortitudinis elicientis, meritumque vniuerſum ex charitate prodit,vt docet D. Tho.22.q.124.a.2.ad.2.Hæretici aūt pertinaciam,& obſtinationem pro fortitudine,& conſtantia,& amorem proprium ſui ipſius,pro charitate habēt, moreque ſimiarum vultum eccleſiæ catholicę,& authoritatem,& veritatem ſibi vindicant, ut ex D. Cypriano habetur. 1. q. 1. ſi quis inquit. & ideo paſſio non illis prodeſt ad vitam, Paulo dicente 1.cor.13.ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatē autem non habuero. nihil mihi prodeſt, & 90. d. c.neque ad Cain. ex D. Cypriano,& de pænit. ex D. Auguſt.di.4.ſi quis autem.in prin.& euangelium beatos illos pronunciat,qui patiuntur propter iuſtitiam,non propter falſam, & impiam doctrinam,Matth.5.& 1.Pet. 3. vide etiam D. Aug. ſuper illud Io. 10. Ego ſum paſtor bonus.

MATER.

1 MAtris delictum quomodo tranſit in filios, vide ſupra in ver. Filii.

MATRI-

MATRIMONIVM.

MAtrimonium ſolemniter per clericum, vel religioſum 1
contractum generat ſuſpicionem de hæreſi, quia videtur male ſentire de ordinationibus eccleſię, vide ſupra, in ver. clericus, & infra in ver. religioſus.

MENDACIVM.

MEndax qui ſolet dicere mendacia quotidiana, licet nul- 1
lum lędat, non admittitur ad teſtimonium ferendum, vel modica ei fides adhibetur. Repellitur magis dicens mendacium cum iactura alterius, & perſeuerans in eo Abb. in c. teſtimonium. de teſti.

Mendacium iudicale quomodo puniatur.

Mẽdacium in iudicio punitur maxime in cauſa fidei, ideſt 2
quicumq; in cauſa fidei iudicialiter cõuictus neget ſe dixiſſe ꝙ antea affirmauerat, vel quod aſſeruit dicit mendaciũ. committit periurium ex vtroq; prædictorũ in cauſa fidei & ſuſpectus fit de hæreſi vehementer, vt in c. literas. de præſumpt. vt ibi dicitur de Gulielmo illo qui ob tale mendacium declaratus fuit ſuſpectus vehementer. de hæreſi.

METVS.

MEtus cadentis in conſtantem virum, vel mulierem diffe- 1
rentiam vide in c. conſultationi. de ſponſ. ibi Abb. Nã minæ parentum faciunt iuſtum metum in muliere. Abb. in c. ex literis. de deſpon. impub.

Reuerentialis metus.

Metus, aut nimia reuerentia præſumitur in facto, prę̨ſente 2
patre in filio, & in vxore præſente marito, ac in clerico præſente Epiſcopo. Barba. in conſ. 30. pri. vol.

Iuſtus metus.

Metus iuſtus infertur ex periculo amiſſionis bonorum om 3
nium, vel maioris partis, & ex precibus tyranni. in l. 1. ff. ꝙ iuſſu. Et Bar. in tract. de tyranno. Abb. in c. Gẽma. de ſponſ. Et metus periculi perſonalis dicitur iuſtus. c. bonæ memoriæ. Et etiam vnius alapæ, vt not. in l. 1. c. vnde vlt. & c. Per laicum. de his quæ vi metuſq;. Metus etiam excommunicationis eſt iuſtus, ſecundum glo. in c. Olim 2. de teſti. ſpol. Abb. ibi. §. Roma. in conſ. 369.

Pœnalis metus.

Metus etiam ſtatuti pœnalis facit iuſtum metum in ſoluen 4
do. Bal.

do. Bal. in l. falſus. c. de fur. ſed proprie metus cadens in conſtantem virum eſt metus amiſſionis maioris partis bonorum vel corporis cruciatus. Abb. in c. cum dilectus de his quæ vi metuſue cauſa fi.

5 Metus purgatus dicitur quãdo ex lõgo interuallo fit actus contrarius, vt ſi vxor mortuo marito perſeueret in monaſterio c. 1. de metu. cad. in conſt. vi. Barba. in conſ. 54. 1. vol. *Purgatus metus.*

MINISTRI.

1 MIniſtros non tantum pro capiendis arreſtandisque hæreticis, & de hæreſi ſuſpectis, ſed etiam pro cuſtodia, & defenſione pſonæ ſuæ poteſt habere inquiſitor, etiã armatos, cauere tamẽ debet ab taliũ abuſu. de hoc enim dicitur in c. nolẽtes, in clem. de hære. porro Inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſſione armorũ; nec officiales niſi ſibi neceſſarios habeant, talesque qui ſe cõferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda. De hoc Io. And. ſuper c. ſtatutum, de hære. li. 6. deficientibus autem ſibi miniſtris poſſunt Inquiſitores inuocare brachium ſeculare, ſicut fit apud nos Placentiæ, vbi res ſecurius agitur, & cum minori ſecularium admiratione, & ſtrepitu. De hoc habetur, in c. vt officium. de hære. li. 6. vide ibi. *Inquiſitor miniſtros habere poteſt.*

MISERABILES.

1 MIſerabiles perſonę ſunt ſub protectione Eccleſiæ, & conueniunt reos ſuos coram iudice eccleſiaſtico. Abb. in c. ceterum de iudi. & in c. ſuper quibuſdam, de ver. ſig. quæ autem ſint tam actu quam habitu, vide Abb. in c. ſignificantibus, de offi. deleg.

MODICVM.

1 MOdicum, vel longum tempus quando dicatur. vide glo. in clem. 1. de reb. eccl. non alien. tandem dicitur quod eſt ad arbitrium boni viri.

MODI.

1 MOdos ſophiſticandi hæreticorũ in ſuis reſponſionibus, & eorũ cautelas, & eas quibus vti debet Inquiſitor pro eruenda veritate, vide ſupra in verbo. Inſtructio.

MONI-

MONITIO.

MOnitio facta per iudicem habet vim trinæ citationis, vt 1
in l.2.C.quomodo,& quando Iudex,& glo.in c.conſulimus,de off.deleg.& ibi.Abb.

Non præiudicialis. Monitio ſeu citatio ſi fieri poteſt quod aprehendat ipſos 2 clericos ſingulariter, vbicunque ad perdendum aliquod præiudicium clericale, iura requirunt trinam monitionem faciẽdam ipſis clericis non rite viuentibus.quod eſt contra quoſdã prælatos,qui faciunt monitionem in generali, vt quilibet clericus incedat in habitu clericali, & raſura, aliter non gaudebit priuilegio ſuo clericali. Abb.in c.fin.de vi.& hone.cler.

Charitatiua. Monitio debet eſſe charitatiua, vt crimen quis emendet; 3 & requiritur triplex, vt in c.nouit.de iudi. ſed ſi fit extra iudicium,ſufficit vnica,vt in clem.1.de ſupplen.negl.cler.& Abb. in c.conſuluit.de off.deleg.

MORA.

MOram trahere extra ſuam prouinciam,& maxime in curia Romana non debent Inquiſitores, ſed ſint diligentes, 1 prouidi, & circumſpecti ad proceſſus ſuos bene fundandos de his quæ concernunt ſuum officium, & nõ de aliis, ad inquirendum teſtes, & delatum diligenter examinandum, ac ipſum delatum in ſua cauſa ad defenſiones legitimas admittendum,contra ius & iuſtitiam illum non vexãdo, & in toto proceſſus diſcurſu a Iuris tramite non diſcedendo, & ſic ſuperuenientibus appellationibus cauſas ad romanam curiam ſigillatas mittant iudicibus aſſignatis, qui iuſtitiam faciant proceſſus meritis actitatis.nec Inquiſitores curent ibi agere contra appellantes,ſed dimittant illos præfatis iudicibus iudicandos, qui Iudices procedere debẽt ex officio ad expeditionem cauſæ.vbi autem ad appellantium inſtantiam citentur perſonaliter, compareant,ſed caueãt litem intrare,attendãt enim proceſſus exhibere, & inſtructam cauſam præfatis iudicibus reddere, & procurrent quam citius expediti remeare, ne ibi tediis affecti, laboribus etiam, & expenſis fatigentur.ex tali namque protracta mora incõueniẽtia quamplurima ſequuntur, quarum

tur, quarum

tur.quarum primum eſt Hæreticorum, & hęreſum multiplicata audacia. ſecundum commiſſariorum ſeu vicariorum humiliatio,& pœnæ contemptus. tertium fidelium remiſſio, & puſillanimitas.

MORS.

1 MOrtis appellatione in iure ciuili intelligitur mors naturalis, non autem ciuilis, vt l.ex ea parte.§.inſulam.ff. de ver.ſign. Abb. in c. cum vintonienſis, de electio.in canonibus autem intelligitur de ciuili non de naturali, ideſt de ſententia excommunicationis, vel depoſitione. Abb. in c. per venerabilem, qui fi. ſint legit. *Naturalis.* *Ciuilis.*

2 Mortuus,& de hęreſi ſuſpectus qualiter poſſit inquiri, vide ſupra in ver. Cadauera.& in ver. Inquiſitor.

MVLIER.

1 MVlier ad accuſandum, niſi certis cauſis, licet non admittantur, ad teſtificandum tamen regulariter admittitur, vt 15.q.3.c.ex eo,& hoc tenet,& declarat. Hoſtien. niſi ex nimia familiaritate, vel vicinitate, vel aliter ſit ſuſpecta, in c.literis, de teſti. Abb.in c.ſuper eo.de teſti.niſi cauſa ſit criminalis, vt c.forus.§.fœmina.de ver.ſig. In exceptis tamen criminibus admittitur, vt Nellus dicit in materia teſtium.

2 Mulieres duę ſufficiunt ad prohibendum ſiue, impediẽdum matrimonium, tam contractum quam contrahendum, ſuper illo teſtimonium perhibendo. Abb. in c. ſuper eo.de teſti. *Ad impediẽdum matrimonium duæ mulieres ſufficiunt.*

3 Mulier non poteſt iudicare neque arbitrari, quia id eſt virile,& non fœminile officium, vt l.fi.C.de mulier. ſecus ſi fieret compromiſſum in mulierem tanquam in amicam communem. Nam tale compromiſſum poteſt mulier acceptare. Vide ſpec. de procur. qui dicit quod compromiſſum factum in mulierẽ non debet iuramento firmari, quia nihil operatur, Abb. in c.dilecti, filii.de Arb.& cap.quintiuallis, de iureiur.pręcedẽtes tamẽ ideſt quę nuptę ſunt principibus, quia dignitatẽ non habent iure proprio, ſed ex radiis viri, admittuntur vt cõpromiſſum recipiant cum Iuramento. ſi tamen mulier habet comitatum, ceſſante omni conſuetudine poteſt exercere iuriſdi

ctionem in ſubditos. Abb. in di. cap. dilecti filij. de arbi.

M V L C T A.

Pecuniaria multa puniri poßunt rei.

MVlctam etiam pecuniariariam reis ſuis Inquiſitor po- 1
teſt imponere,vt patet per quandam extrauag.Innocen
tij quarti quę incipit,ſuper extirpatione.vbi expreſſe dicitur,
quod poſſunt Inquiſitores pœnitentias pecuniarias impone
re,& eas exigere, & expendere in ſuſtentationem ſui officii.
Caueat tamen Inquiſitor ne volens imponere pœnam pecu
niariam,priuetur iure auferendi, & obtinendi omnia inquiſi
ti ſeu condemnati bona. & hęc pœna pecuniaria non debet
pro leui motu imponi ab Epiſcopo,vel Inquiſitore,ſed tãtum
quando videtur magis timeri, & magis reum purgare.

N.

N E C E S S I T A S.

NEceſſitas quando dicatur, & quis dicatur caſus 1
neceſſitatis,diffuſe. vide Abb. in conſ. 17.

Neceſſitas in his quæ ſunt ſecundum ſe mala 2
vt adulterari, nõ excuſat, quia prætextu neceſ
ſitatis,ſeu paupertatis non eſt committendum
adulterium,neq; blaſphemandum. Sed ſi ſint in ſe mala,quæ
tamen tempore neceſſitatis deſinunt eſſe mala, vt furtum in
extrema neceſſitate,excuſant ab omni culpa. ſi autem nõ eſt
tanta neceſſitas alleuiat,licet non excuſet a toto. Abb. in c.
Quoniam. de ſimo. & hoc eſt quod dicitur, quod neceſſitas
quod eſt illicitum, facit licitum. Abb. in c. 2. de obſer. ieiu.
& in c. quod non eſt. de reg. iur.

In malis non excuſat neceſſitas.

N E G O T I A T I O.

NEgotiatio quæ prohibita clericis, & quæ non intelliga 1
tur, vide ſpec. de cler. coniug. D. Antonium.& Abb. in
c. fin. de vita. & hone. cler. vbi dicitur quæ ſit differentia inter negotiationem, & artificium, & quod primum clericis prohibitum eſt,non autem ſecundum.Vide ibi. Abb. in cap. multa ſunt.ne cler. vel monachi.

NECRO-

NECROMANTIA.

1 NEcromantici quomodo ad Inquiſitoris officium pertineant, vide ſupra in ver. Inuocantes.

2 Necromantici per ſigna exteriora, ex apparentia, & collo cutione malorum ſpirituum toruum viſum, & obliquum habent, ponuntq; ſe ad diuinandum de futuris, etiam de illis quæ dependent a mera Dei voluntate, vel huiuſmodi. Nonnulli eorum aſtrologiæ, vel alchimiæ intendentes ſunt. Vnde ſi Inquiſitori aliquis deferatur, quod ſit necromanticus, & appareat manifeſte, quod alias eſt diuinator, vel aſtrologus, vel alchimiſta, maximum ſit ſignum Inquiſitori de veritate, nam diuinatores, vt plurimum, expreſſe, vel tacite ſunt dæmonum inuocatores. *Obliquum uiſum habent.*

NOBILIS.

1 NObilis multipliciter dicitur, ſcilicet reſpectu natalium, reſpectu honorum, & reſpectu diuitiarum. l. nobiliores C. de vecti. tria hæc concurrere debent. Abb. in cap. venerabilis. de præben. *Reſpectu natalium.*

2 Nobilis ſecundum homines dicitur, qui habet iuriſdictionem, & merum, ac mixtum imperium ex priuilegio vel conſuetudine, non tamen tyrannica. Bal. in conſ. 129. 2. vol. ideo non quilibet natus liber etiam virtuoſus gaudet hac nobilitate, qua etiam monachus priuatur propter monachatum, ex quo debet vna cum alijs viuere, & ſine delectu perſonarum in religione ſunt omnes æqualiter tractandi per ſuperiorem. Abb. in c. Nobilis. de purg. cano. *Secūdum homines.*

3 Nobilitas alia eſt generis, & in hac laudantur parentes, alia eſt virtutum, & hæc eſt nobilitas animi, quæ præponitur nobilitati generis. nobilis ex genere nō eſt reſpuendus, in Dei Eccleſia namq; nobiles, & ignobiles ſunt admittēdi, dummodo aliter ſint ſufficientes. Abb. in c. veritatis. de præben. *Generis.*

4 Nobilis moribus pfertur nobili ex genere, quia ille acquirit nobilitatem a ſe, alter ab alio. Abb. in cap. prouidentes. de donat. *Moribus.*

5 Nobiles, imo nobiliſſimi dicuntur omnes literati. l. proui- *Literati nobiliſſimi.*

dendum c.de poſtula.Imo nobilior plebeus æqualis ſcientiæ, nobili.vt glo.in c.numquam,diſt.56.Barba.in conſ.57.2.vol.

In pœnis inferendis nobilitati deferendum. Nobilitati deferendum eſt in pœnis inferendis etiam per 6
Papam,non enim ſeueritas contra omnes eſt æqualiter exercenda,quia ſæpe contingerent ſcandala,& ſchiſmata.Abb.in c. Grauem.de pœnis. nam etiam in perſona mitius quam plebei. puniuntur nobiles,nam in vltimo ſupplicio hi ſuſpenduntur,& illi decapitantur,Bar.& alij,in l.capitalius.ff.de pœnis.

NOTARIVS.

Quid. Notarius dicitur publica perſona, quia gerit officium publicum. quandoque dicitur ſeruus publicus, quia ſeruit 1
publice exercendo officium ſuum l. non aliter .ff. de adoptione.ideo & vilis perſona,& vile officium l.vniuerſos C.de decur.li.10.ideo poteſt torqueri.quandoque dicitur ſcriniarius c.ad audientiam,de præſump.& c.aduerſus de hære. quandoque tabellio.c.penul.de fi.c.pen.de fi.inſtr.quandoque dicitur notarius,c.1.de ſimon. quandoque tabellarius, vt in l.1.C.de tabell.li.10.dicitur etiam ſcriba.vt ibi in rubr.& huius relatio habet plenam probationem, clem.,vnica. Iaco. de Rauen,& Cynus,in l.1. C. ſi aduerſus. & etiam creditur in ſcriptura de factis coram eo,non autem ab eo,nec per eum.Abb.in c.cum cauſam, de teſti.

Infamis. Notarius ſi eſt infamis tali infamia, propter quam eſt ipſo 2
iure priuatus tabellionatu,vel propter ſententiam legis,nihilominus valent inſtrumenta confecta per eum ante declarationem, ne iuſta ignorantia noceat contrahentibus, Barba. in conſ.29.1.vol. poſt autem non valent tamquam auctentica, quia ex quo damnatus eſt auctor, opera non faciunt fidẽ pro hoc notario.in l.ſi quis C.de ſuſcepto.& in l.ſi quis ex argentarijs.ff.de eden.& ibi Alex.Abb.in c.fraternitatis,de hære.

Notarius pro hæretico non poteſt conficere inſtrumẽtum, 3
& ſi conficit,ſuſpenditur.c.ſi aduerſus,de hære.& ibi Abb.

Religioſus. Notarius religioſus quomodo poſſit cogi per Inquiſitorem 4
ad conficiendas ſcripturas pro officio, vide c. vt officium, de hære.li.6.& nota quod de notario ſibi creando, vel eligendo

de iure

de iure communi,cum Inquiſitor non habeat ius expreſſum, notarios publicos Epiſcoporum locorum in quibus officium exercet, eligere poterit qui proceſſus cōficiant,& alia omnia quæ ad negocia fidei pertinent,exequantur.Poterit etiam petere a ſede Apoſtolica creari tres, vel quatuor quos ipſe Inquiſitor nominauerit in notarios ſibi dari, qui auctoritate apoſtolica in partibus ipſi Inquiſitori traditis negotia fidei exequantur,quod ſibi non denegabitur. *Tres vel quatuor notarios*

Poterit etiam habere clericum,vel religioſum(vt ſupradictum eſt) qui alias in ſeculo notariatus officiū exequutus fuerit iuxta c.vt commiſſi. de hære. li. 6. qui idem quod notarius facturus ſit, exequatur. *Religioſus.*

Poterunt etiam Inquiſitores vti duabus honeſtis perſonis loco notarii,vt habetur in c.vt officium.§. verum. vbi ſic dicitur, Verum volumus,& mādamus, vt in examine teſtiū quos accipi ſuper crimine prędicto ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas,& diſcretas pſonas, in quarum pręſentia per publicam (ſi cōmode habere poteritis) perſonam,aut per duos viros idoneos fideliter eorundem depoſitiones teſtium conſcribantur. *Duabus honeſtis perſonis.*

Nota quòd circa duas perſonas per Inquiſitorem, vel aliū iudicem,vt in c.quoniam contra. de proba. loco notarii aſſumendas,dicitur quod debent eſſe idonei,& nullam aliam qualitatem requirit,textus tam in c.vt officium,de hære.li. 6. quā in c. quoniam. de probatio.ex hoc tamen verbo inferunt Io. An.& Hoſtin. quod debent eſſe honeſtæ, & bonæ famæ, de quibus non ſit veriſimile quod falſitatem committant,& ideo requirūtur duo ſecundum Hoſtien.quia nec iurati ſunt, nec eis hoc publicum officium cum ſolita ſolemnitate iniunctum eſt.& nota bene hoc dictum Hoſtien. quia vult quod iſti erūt priuatæ perſonæ,nec iurabunt in aſſumptione officii. Hoc dicebat Abb. (ait Abb.iunior)non eſſe iure cautū quod iurent, tamen dicit, cautius eſſet quod iurent.& mihi ſatis placet(inquit idem Abb. quod iurent.& credo quod licet expreſſe non caueatur in iure,tamen ſatis eſt de mente iuris, cum iſti ſint *Nota idoneas.*

quaſi

quaſi teſtes.ar.l.domitius labeo .ff. de teſti. & optime facit in ſimili c.peruenit. 1. de teſti.cog. vide etiam Abb. in c.propoſuiſti. de probatio.

An autem iſti duo ambo debeant ſcribere,dicit Goff.quod ſic, a ſimili ſicut dicitur de pluribus arbitris, quod aut omnes pronunciabunt,aut nullus.ff.de arbi. l. item ſi vnus.§. item ſi plures.de quo in c.2 .de arbi. li.6.Hoſtien.autem aliter ſentit, & melius dicit ſufficere ſi vnus ſcribat, & alter ſubſcribat, ac teſtificetur coram eo ſic fuiſſe actum.Pro hac parte facit c.cũ ab vno. de arb.li.6. quod videtur tollere argumẽtum Goffr. vbi vnus pronunciat nomine ſuo,& aliorum . & plus dicit inno. in c. quoniam de proba. quod non ſolum per vnum ex ſe ſubſcribere poſſunt, ſed etiam per aliquem extraneum.ille tamen qui propria manu ſe non ſubſcribit ,debet per ſigillum audenticum ſubſcriptionem, vel alio legitimo modo notum facere hæc ſua auctoritate facta fuiſſe .ar. di . c . cum ab uno, & de off.deleg.c.ſignificaſti, & c. paſtoralis . & ſic ſecũdum inno . quilibet tabellio chartis per alium factis auctoritatẽ præſtare poteſt.licet Hoſtien.hoc vltimum reprobet per id quod notatur in c. pen. de fi. inſtrum. ſed pro dicto Inno. (quod eſt notabile, & menti commendandum)facit ſing.in c. inter dilectos, de fi. inſtrum. vbi videtur caſus a contrario iudicio meo (ait Abb.) Ibi enim ponderatur quod tota ſcriptura inſtrumẽti erat vnius manus,& ſubſcriptio erat alterius, ſed notarius in ſubſcriptione dicebat, quod totum propria manu ſcripſerat,& hoc erat indiciũ falſitatis, ſed ſecus ſi dixiſſet,quod propria manu ſubſcripſiſſet. & ſic innuit ꝙ per alium poteſt, dummodo ipſe ſe ſubſcribat auctoritatem præſtando . Item facit pro Inno. quia non qualitas ſcripturæ,ſed fides notárii eſt electa, quæ ſatis habetur ex ſubſcriptione, ex qua atteſtatur de prædictis fuiſſe rogatum.Nota tamen ex primo dicto Inno. ꝙ vbi plures notarii ex forma ſtatuti requiruntur ad certum actum, non eſt neceſſe quod omnes ſcribant geſta, ſed ſufficit ſcriptura unius, cum ſubſcriptione alterius ſiue aliorum .

Notariorum ſubſcriptiones qualiter fiant.

Notarium aut plures etiam clericos ſeculares, vel quorum 5

uis

uis ordinum regulares aſſumere facere,& creare poteſt Inquiſitor, vel commiſſarius ex priuilegio Pii quarti,quod incipit Paſtoralis officii cura. dat. Romæ apud ſanctũ Petrum anno 1561. ſexto Kal. Septemb. Pont.ſui anno 2.Nota tamẽ quod ſi Inquiſitor religioſum aliquem ad ſcribendum acta officij applicaret,ob id ille non diceretur notarius.Perſpicuum quippe eſt quod iubere alicui vt ſcribat, non eſt illum creare notarium.debet itaque Inquiſitor hoc priuilegio caute, & prudenter vti,non autem abuti. Idque faciet ſi notarium cum debita ſolemnitate, iuxta ordinariam formam creabit corã alio notario,& teſtibus,exigendo a creando iuramentum, illique tradendo cum calamo atramentarium,& dicendo, Eſto notarius,& fidelis.de quibus omnibus notarius qui huic negotio interfuit, publicum conficiat inſtrumentum. alioquin ſcripturę,atteſtationes, confeſſiones, abiurationes, & reliqua accepta per notarium abſque tali ſolemnitate factum, erunt prorſus inualida,aut ſaltem non erunt iuridica,& legitima,veluti facta a non exiſtente notario .Nam in electione officialiũ ſeruanda eſt conſuetudo, vt bene probat Paris de puteo in ſuo tract.de ſindi. in ver.in officijs,per totum,& præcipue in quinto,& additi. quod ſeruanda eſt forma antiquitus inſtituta, nu.6.& quod electio aliter facta annullari poterit.nu.7. & omnia ibi probat per iura & doctores.quibus adde dictum.Abb.
1 in c.ſi diligenti, de foro compet. quod ſcilicet non poteſt renunciare iuri, quod in actibus hominum certam formã ſtatuit.& exemplificat de teſtamento,vt fiat cum certo numero te
5 ſtium, & idem in c. tuis.de teſti.

Caute utatur notario a ſe facto.

Quamuis enim Papa facultatem illam Inquiſitoribus dederit,nouam tamen formam creandi notarios non aſſignauit. vt exempli gratia, quod per ſimplicem applicationem ad ſcribendum crearentur, aut per quidpiam ſimile .quod cum ex priuilegio prædicto, vel ex aliquo alio quod nos viderimus deduci non poſſit, ab antiqua conſuetudine,& conſueta forma recedendum non eſt.

Antiqua utatur forma Inquiſitor in creandis notarijs.

6 Notario autem quando magis credatur,quam teſti, Nota

quod

quod quidam dicũt, vt Iacobus Butrius, Aut Iudex examinauit teſtem, & notarius ſcripſit, & tunc ſtandum eſt potius ſcripturæ quã teſti. Aut notarius ipſe examinauit, & ſcripſit ex commiſſione iudicis, vt multotiens occurrit, & tunc ſecũdum aliquos adhuc eſt idem, maxime quia notarius obtinet vices duorum teſtium, & eſt perſona publica, & iurauit ſuũ officium legaliter exercere, vt notatur in c. cum Io. Heremita. de fi. inſtrum. & in l. in exercendis. C. de fi. inſtrum. teſtis autem eſt ſingularis, & pro vno ſolo reputatur, nec eſt ꝑſona publica, ideo præualere debet ſcriptura notarii. ar. ad hoc. l. Cor. de fal. Odo autẽ diſtinguit in tres caſus videlicet.

Notario magisquam teſti creditur ceteris paribus.

Aut notarius eſt bonæ famæ, & teſtis malæ, aut e contra, teſtis eſt bonæ, & notarius malæ famæ, aut vterq; bonæ famæ. Primo, & ſecundo caſu creditur illi qui bonæ famæ eſt in l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re mil. & in l. ſicut. §. hiſdem. ff. de accuſa. Tertio caſu magis creditur notario. ar. in di. l. ſi quis decurio. iuncta ratione de qua ſupra in principio dictum eſt. Vbi autem vterq; eſſet malæ famæ, forte magis eſſet credendum notario, maxime dum notarius toleratur in officio, vt l. Barbarius. ff. de off. præto. in officio autem Inquiſitionis ſemper declinandum eſt ad dictum quod eſt in fauorem fidei. vt in c. in fauorem fidei. de hære. lib. 6.

NOTORIVM.

NOtorium triplex dicitur, iuris ſcilicet, facti, & præſumptionis, vt in c. veſtra, de cohabita. cler. & mul. & ibi, Abb. & quomodo. Io. de Tur. Crema. in c. Manifeſta. 2. q. 1. 1

Iudici notum quid ſit.

Notorium iuris dicitur id, quod eſt in iudicio probatum. c. quæſitum. de temp. ord. Et dicitur iudici notum eſſe, quãdo perfecta probatione in cauſa eſt concluſum. Abb. in cap. a memoria. vt lit. pend. nil. innoue. Notorium autem aliis, ſed non iudici probatione indiget coram iudice, ac ſi factum non fuiſſet notorium, & in hoc caſu iudex habet duplicem viam procedendi. Primo ſeruando iuris ordinem. Secundo recipiendo probationem ſuper notorio. Abb. in c. Bonæ memoriæ, de elect. Et nota, ꝙ in notariis in quibus nulla poteſt 2

competere

competere defenſio, poteſt deueniri ad ſententiam, ſine citatione. Abb. in c. cum olim. de ſent. & re iudi. e contra autē nec Papa poteſt ſine citatione procedere in notoriis, vbi poteſt aliqua defenſio competere etiam contra ſubditos. vide Boſſium in pract. tit. de ſenten. nu. 58. vbi tractat de notoriis excuſabilibus, & inexcuſabilibus. Marſil. in pract. crimi. §. ſecunda. nu. 44. & §. ſequen. nu. 49. *Sententia ſine citatione.*

3 In notorio delicto, contra clericos laici poſſunt teſtificari. Et notorium cauſatur ex eo quod eſt notum vicinis. Et nota modum probandi notorium, nam ſatis eſt reddere ſufficientem cauſam, ſi dicit quod omnes de vicinia dicunt. Abb. in c. cum dilecti. de purg. cano. *Probatio notorij.*

4 In notoriis non requiritur accuſator, nec teſtis, nec inquiſitio, nec denunciatio. Glo. in c. licet Heli. de ſimo. intelligitur de notorio facti permanētis. In notorio iuris requiritur probatio, vt ſi negetur ſententia lata. Idem dic de notorio facti tranſeuntis. Abb. in. quæſitum. de tem. ordi.

5 Notorium redditur probabiliter quod a iudice eſt factum, & non ſolum ſentētia, quia quidquid fit in iudicio, dicitur notorium, ſed non facit rem illam, ſuper qua inducta eſt probatio, notorium, niſi poſtquam concluſum eſt. ita quod nihil poteſt obiici ad obfuſcādum notoreitatem, vel reddit rem notoriam præſumptione Iuris, quia nō pręſumitur reuocatio, nec probatio, quia non facta non præſumitur, iſta notoreitas eſt conturbabilis vſque ad concluſionem in cauſa. Notoriū conſiſtit in facto, non in opinione. Abb. in c. ex parte de ver. ſigni. *Notorium in facto non in opinione.*

6 Notorium pręſumitur quod palam fit in ciuitate ab eo qui eſt in diœceſi, & in eo præſumitur ignorantia, ſi is tunc exiſtebat extra diœceſim. Secūdo ſi in tali etate erat, vt nō valeret eius geſta comprehendere. Tertio ſi in infirmitate patiebatur mentis exceſſum, vel ex alia legitima cauſa. Abb. in c. cum in tua. Qui matri. accuſ. poſſunt. *Præſumptiō.*

NVNCIVS.

1 NVncio creditur non ſolum ſuper nuda citatione, ſed etiā ſuper his quæ ſunt vicina, & proxima citationi, vt quia

reperit citatum in certo loco,&c. Abb.in c.cum Parati,de ap pell.recu.& rel.In aliis autem ſecus,& cuilibet alteri circa officium ſuum.iuxta glo.in l.ſi quis decurio.C.de falſ. Bart. in l. ſi librarius.ff.de reg.iur. Alex. in conſ.90.2. vol. vide. in ver. Nuncius.5.

O

OBEDIENTIA.

OBEDIENDVM eſt ſuperiori in licitis,& ho 1
neſtis, & non in ſcandaloſis,c. ſi quando. de reſcri.& ibi Abb.non enim tenentur ſubditi regulares eorum prælatis,niſi in his quę ad eum pertinent,Inno.in c.ad aures, de tem.ord. Abb.in c. paſtoralis,de his quæ ſi.a prę̨l.Epiſcopo autem ab omnibus de diœceſi,etiam ſi ſint Principes,obediendum eſt,Abb.in c. omnes,de maior.& obed. niſi ſit ſchiſmaticus. Abb.in c.quia diligentia,de elect.

Iniuſto præcepto obedire.

Obedire autẽ iniuſto eccleſiæ pręcepto,quomodo & quan 2
do quis teneatur vide.Abb.in c.literas,de reſti.ſpol.

Obedientes in negotio inquiſitionis.

Obedientes in negotio Inquiſitionis dicuntur,qui moniti 3
infra tempus gratiæ comparentes ab aliis non præuenti ſunt, ad hoc l.1.§.ſi mater.ff.ad tertull. Idem ſi poſt tempus gratiæ re tamen integra,quia perſonaliter requiſiti,nec probationes contra illos receptæ. ad hoc directorium nouum ſecũda parte cap. 16.

OBLIGATIO.

OBligatus ſoluere,vel ſatisfacere, non liberatur præſtita 1
ſatisfactione, imo nec qui tenetur ſatisfacere l. 1. & ibi Doc.ff.qui ſatiſd.cog.Boſſius in pract.tit.de carcerato,nu.28.

Pro hæreticis promittentes.

Obligati pro hæreticis Inquiſitori ad pœnitentiam ab eis 2
recipiendam,& complendam,compelli poſſunt quando ſcilicet pœnitentia non eſt perſonalis, ſed alias proficiens ad ſalutem,in bonis temporalibus exequendam,vt in c.accuſatus.de hęre.li.6.vbi ſic dicitur,Si vero pro his qui in hęreſi receptando,vel defendendo hæreticos, ſeu eis fauendo, nõ tamen exiſtens

ſtens hæreticus quis commiſerit,ſub obligatione ſuorum bonorum Inquiſitoribus ſe aſtrinxerit ad recipiendam ab eis pęnitentiam, & complendam, & ea licet iniuncta non tamen ꝑ acta deceſſit, ſi per huiuſmodi pænitentiam onus impoſitum fuit proficiens ad ſalutem, in eius bonis temporalibus exequẽdum ad complementum ipſius per Inquiſitores cogi debent hæredes, vel alij ad quos cum onere ſuo bona huiuſmodi deuenerũt Porro ſi propter huiuſmodi hęreticorum receptationem, defenſionem,ſeu fauorem quis ad faciendum pænitentiam,quam Inquiſitores ipſi iniungere vellent,bona ſua obligauerunt eiſdem, & anteq̃ ei pænitentia iniungeretur deceſſit, eius hæredibus non eſt ſatisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo vero caſu quo hæredes ad ſucceſſionẽ non debent ob hæreſim ſui actoris admitti, non obſtante per ſententiam declaratam,ad cõfiſcationem bonorum poſt mortem eiuſdem nihilominus procedatur. Eadem verba habentur in literis apoſtolicis Vrbani,& Alexandri quarti,quæ incipiunt. Quod ſuper nonnullis .§. ſunt & alij.

3 Obligati hæreticis quomodo liberantur. vide ſupra in ver. Feudatarij.

O B L I V I O.

1 OBliuio præſumitur ex quinquennio tamq̃ ex multo tempore .ff. de ſepera .§. quod dictum, & .§. ſequen. Zaſius.

O B S C V R A.

1 OBſcura verba teſtis a iudice interrogati, quomodo ipſum teſtem ſuſpectum reddant, vide infra in ver. teſtis.nu.7.

O C C I S O R.

1 OCcidens aliquem iuſſu potentis ſibi comminantis mortem,non erit reus homicidij. Bal. in c. 1..§. furtum. de par. iur. fir. Barba. in conſ. 60. pri.vol.

2 Occidens aliquem a familia captum,cadit in crimine læſæ maieſtatis. Bart. in l. 3.§.transfugas ff. de Sicar.& Feli. in c. iuramento. de homicidio. Et in c. quæ in eccleſiarum. di. 2. Vide Boſſium in pract. tit. de crim. læ. maieſt. num. 64.

OCCVLTVM.

OCcultum duobus modis dicitur, nam aliquid omnino occultum ſimpliciter, & per ſe eſt, aliquid vero occultũ eſt per accidens, quia ſcilicet probari nõ poteſt. Id occultum per ſe, & ſimpliciter eſſe dicitur, quod ſenſitiuę cognitioni ex ſua ratione non ſubditur. at occultum per accidẽs illud eſt, quod & ſi ſenſibus percipi poſſit, actualiter tamen ab aliquo, qui de eo teſtificari valeat, non percipitur. 1

Vlterius nota ex Caietano, quod actus interior dupliciter dicitur. Primo datur actus interior ſolus, vt cum quis malum aliquod facere excogitat aut intendit, vel aliquem odit, aut diſcredit, vel quidpiã aliud tantũmodo in corde ſuo retinet. Secũdo eſt actus interior, qui cauſa eſt cõmiſſionis, vel omiſſionis actus exterioris, vt cum quis ex odio quidpiam facit, ſeu omittit facere ad extra, ſiue illud ſit locutio, ſiue comeſtio, aut quæuis alia operatio. 2

Deduci nunc poteſt ex his, quod actus occultiſſimi per accidens, & actus interiores, qui tamẽ ideo exteriorum cauſa exiſtunt, quia ex his commiſſiones, aut omiſſiones aliquæ proficiſcuntur, Eccleſiæ iudicio, & cenſuris ſubiiciuntur. Nam & ſi tales actus occulti ſint quoad homines quia probari non poſſunt, aliquem tamen actum exteriorem annexum habent, qui illorum interiorum ſignũ exiſtens, internos ipſos actus manifeſtare, & humanę cognitioni ſubijcere ex ſui natura poteſt. & hac ratione dicimus tales internos actus qui externum aliquod ſignum oſtendunt, ad eccleſiaſticum forum pertinere. Hæc enim, & ſi notiora non ſint, poſſunt nihilominus ad multorum notitiam deuenire ob externos actus, quos annexos habent, & ideo eccleſiæ præcepta ſuper his cadunt. Si quis igitur clericum in nemore aliquo, nullo ſpectante percuſerit, aut libros hæreticos etiam in abditiſſimo loco legerit aut tenuerit, vel hæretica verba, nemine audiente pronunciauerit, ſiue dæmoni, aut creaturæ alicui diuinos honores, etiam occultiſſime exhibuerit, mox in canonem incidit. actus quippe iſti ex ſui natura ſenſibiles ſunt, & ꝙ non videantur, audiantur, &c. 3

Occulta ad eccleſiam ꝑtinentia.

inde

inde prouenit, quia nullo ibi exiſtente fiunt. horum quippe iudicium ad eccleſiam ſpectat, quamuis ſententiam non pronũciet quamdiu latẽt. vbi vero ſuſpicio etiam leuis aduerſus aliquem inſurgit, ſtatim Inquiſitor contra eum procedere incipit. Quæ vero ſunt primo modo occulta, quia nullum externum actum producunt quo ſenſibus percipi valeant, ſed in ſola hominis mente conſiſtunt, nec verbo aut ſigno aliquo ad extra prodeunt, ſoli diuino iudicio ſubiiciuntur, & de his eccleſia non iudicat, quia nec ea cognoſcit, nec cognoſcere poteſt quãdiu in ſola mente, & cogitatione latent, vide D. Tho. 1.2.q.91.ar.4.in corpore.4 ſen.di.18.q.2.ar.2.q.1.2.2.q.104. ar.5.& ibi.Caiet.Subſcribunt his omnibus Petrus de Pal. Archi. Flor. & Hoſtien.in c.mulieres de ſent. excom. a Tabie.citati in ver. excom. 5. His addo Feli. in reſponſ. de conatu puniendo, circa prin. fallen. 3. vbi dicit quod conatus non punitur quando non habet actum exteriorem, ſed ſtetit in ſola voluntate etiam cum cõſenſu rationis. & adducit l. cogitationis .ff. de pœnis, Alber. de roſate in ſecunda parte ſtatutorum q. 168. incipien. Cynus quærit. Salic. is qui cum telo. C. de ſica. Card. poſt Matthæum, in clem. 1. in prin. in quæſt. 3. de vſuris. vbi dicit quod errans in corde, non tamen procedens ad exteriora non eſt excommunicatus quo ad eccleſiam, ſed quo ad Deum. & quia difficile, & fere impoſſibile eſt quod aliquis hęreſim in corde teneat, & nihil ad extra effundat, ideo in c. excommunicamus credentes. excommunicati declarantur non ob ſimplicem credulitatem, ſed propter actum externum quo ſe credentes declarãt, nempe verbo aut facto interiorem affectum oſtendunt. ideo eccleſia prohibet ea, quæ vt plurimũ cũ actibus externis cõnectuntur. Adde rurſus id fieri in odiũ errorum, quos ſtudioſa mater eccleſia e filiorum ſuorum cordibus adeo euellere conatur, vt nec etiam de his cogitare liceat propter periculum cõnexionis. frequentior tamẽ eſt Cõciliorum vſus, vt condendo canones potius dicatur, ſi quis dixerit, vel ſi quis aſſeruerit, aut ſi quis damnauerit, ſiue quid ſimile, quam, ſi quis crediderit, occultum.

OFFICIA-

OFFICIALIS.

Quæ negligẽtia puniatur. Officialis non pro omni negligentia, ſed tantum pro ea quæ dolo proxima, punitur, & ſic quando eſt in lata culpa, nõ autem pro leuiſſima culpa, nec etiam pro leui, quicquid dicat Homod. in hoc de leui culpa. vide Boſſium in pract. tit. de official. corrup. 1

Proteſtationem omittẽs. Officialis torquens cõuictum, ſi propter incuriam, vel ignorantiam omittat proteſtationem, abſoluendus eſt reus, ſtantibus rebus prout ſtant, & de hac materia vide modernos in l. repeti. ff. de quæſtion. & Peruſin. in c. dilect. de appel. 2

Cito ditatus Iudex. Officialis ditatus durante officio, præſumitur id feciſſe ex bonis fiſci, vel Principis, vt not. in l. facultas C. de iure fiſci, Boſſius in pract. tit. de Principe, & priuilegijs eius. 3

Statuta tollere non poteſt. Officiales quibus datur plenum, & generale arbitrium ſuper ſtatuta, non poſſunt ſtatuta ſpecialiter edita tollere, niſi aliqua cauſa noua, vel antiqua veriſimiliter non conſiderata emerſerit, poſſunt autem ſtatuta noua facere. Abb. in c. ſtuduiſti. de offi. legati. 4

OFFICIVM.

Officio durante non poſſunt Iudices eſſe teſtes ſuper geſtis coram ſe. Abb. in c. cum dilecti. de accuſa. 1

Officio ſuo functus quando dicatur Iudex. vide Abb. in c. literis, de off. deleg. 2

Ad officium Iudicis etiam delegati ſpectat prouidere de aduocato parti, quæ non poteſt habere, & poterit dare domeſticum. Abb. in c. 2. de off. Iudi. 3

OPINIO.

Opiniones doctorum tantummodo probabilem veritatem faciunt, Ius autem neceſſariam, vt voluere Bartol. Alex. Iaſ. in l. 1. ad fi. ſi cert. pet. & ex naturali ratione colligitur, id quod fortius eſt, per minus forte tolli non poſſe. Nota tamen opinionem nouam vnius doctoris in iudicando teneri poſſe contra communem opinionem, quãdo eſt melioribus, & validioribus rationibus fundata, & ſuffulta, quod Iudex perſpicacis ingenij facile perpendet. Abb. in c. capellanus, de 1

ferijs,

feriis,& allegat Io. Andr. in c.1.de conſt. vide Zaſium, in cõſ. 4.nu. 15. opinio tamen, ſiue fama communis plenam fidem ſuppeditat.Paul.in l.cum aliquis C.de iur.delib. Zaſius.in cõſ. 16.nu.10.

ORDINARIVS.

1 ORdinarij appellatione comprehenditur quilibet habens ordinariam poteſtatem in loco,vt epiſcopi, & inferiores, vt in c. ordinarii.de off. ord. Abb. in c. poſt ceſſionem.de prę ben. Diœceſanus autem ſolus Epiſcopus dicitur.vt in di. c.or dinarii. Abb. in c. olim de præſcript.

2 Ordinarius non interueniens abiurationi ſpontaneæ, & ſe cretę, propter hoc abiuratio illa nõ poteſt dici nulla,propter C. multorum;de hæret.in clem.quia ipſa clem.loquitur quan do proceditur contra aliquem,vt ſonant verba textus,& non quãdo ſponte comparet reus,Quod clarius apparet per Breue Clemẽtis Papæ ſeptimi quod incipit, Cum ſicut ex relatio ne,vbi ſic habetur, Si ad cor reuerſi pœnitentes id humiliter petierint,poſtq̃ hæreſim qua polluti, & infecti erãt abiuraue rint, medio iuramento promiſerint de cætero ab huiuſmodi hæreſibus penitus abſtinere,abſoluendi, illiſque pro præmiſſis pœnitentiam iniungendi ſalutarem, eoſque ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ reſtituendi, & reducendi,Rip. in l. qui cõdemnare,col.2.ff.de re iudi.Alciat. in rubr.ff.de acqui. poſſeſſ. Hier. Cagno. in l. Nemo qui condemnare.ff.de reg. iur. dicunt quod iſta eſt communis opinio, quod ſolus Inquiſitor poteſt procedere abſq; Ordinario in omnibus caſibus.præter quam in illis tribus cõtentis in clemen.præf.multorũ.de hęre. *Abiuratio ſecreta,& ſpontanea.*

ORDO IVDICIARIVS.

1 ORdo Iudiciarius adeo ſeruãdus eſt in iudiciis, quod etiam talem ordinem Iudiciorum non poſſunt partes remittere, vt in l.2.§.ſed quia C.de priuileg.ſchol.li. 12.& Iudex non ſer uans ordinem Iuris dicitur iniuſte facere,ſecundum Angel.de Aret.Inſt.de rati.§. quadrupli. & ideo poteſt ipſi Iudici reſiſti de facto,per regulam quæ habet,quod Iudici iniuſte procedẽ ti.Et nota quod ordo iudiciarius in quattuor conſiſtit principaliter,ideſt in trina monitione ad cauſam, vel vna pro tribus *Trina monitio, vel vna pro tribus.*

bus peremptoria, in litis conteſtatione, in teſtium productione triplici, & eorum diligenti examinatione, & in ſententiæ diffinitiuæ prolatione.

Duplex ordo iudiciarius. Secundo nota ſecundum Hugu. quod ordo iudiciarius dicitur duobus modis ſcilicet ſimpliciter, & ſecũdum quid. Simpliciter, cum quis condemnatur ſeruata integritate iudiciarij ordinis. Secundum quid, cum quis condemnatur non obſeruata integritate ordinis iudiciarii.

Quando integritas iudicij omittitur. His notatis ſit iſta prima concluſio. Licet regulare ſit quod nullus condemnãdus ſit non obſeruato ordine iudiciario, nihilominus in notoriis, & manifeſtis non eſt neceſſarium obſeruare integritatem ordinis iudiciarij, quia vbi veritas patet, non eſt opus inquiſitione.

Secundo in contumace abſente, qui nihil de abſentia debet lucrari, vt 3. q. 9. c. damnamus.

Tertio propter ſcandali vitationem, vnde clericus publice infamatus de crimine, licet non ſit conuictus, vel confeſſus, ſuſpenditur propter ſcandalum populi, vt in c. presbyter 2. q. 4.

Quarto propter defectum Iudicis, puta cum aliquis intruſus in ſede Apoſtolica, tunc enim, quia nõ inuenitur ſuperior, Iudex coram quo conuincatur, non obſeruato Iuris ordine expellitur, vt 3. q. 1. §. patet.

Quinto propter ſuſpicionem dilapidationis, vt 3. q. 2. c. quia cum.

Sexto in calumniatore, vt 1. q. 3. §. notandum.

Septimo in falſo teſte, vt c. de teſti. l. nullum.

ORDINATIO.

Ordinatio cõtra inquiſitionis officiũ eſt nulla. Ordinationes factæ contra inquiſitionis officium ſunt nullæ, vt patet per Bullam Iulij tertii quæ incipit, Ad perpetuã rei memoriam, vide in parte ſexta directorii noui. 1

Non baptizatus non poteſt ordinari. Ordinari non poteſt qui non eſt baptizatus, nec ordinem recipit c. veniens, de presbyter. non baptiz. quales autem eſſe debeant ordinandi ad ſacros ordines vide in c. cum in cunctis de elect. & ibi Abb. & Doct. 2

PACTVM.

PACTVM.

1 PACTVM contra ius non valet. ſi præter ius, valet pœna appoſita, ſed non pactum. ſi ſecundum ius, valet vtrumque. Abb. de pac. c. plerique, & c. pactum. de ver. ſig. & ibi glo. *Contra ius.*

2 Pactum turpe, vel turpis rei non obligat, & dicitur turpe omne pactum contra ius. rei turpis eſt, quando interponitur ſuper re turpi, vt ſi capio decem, vt interficiam hominem, etiam ſi cum iuramento firmetur ex parte iurantis non tenet. quia non poteſt quis ſe ligare ad peccatum nec cõtra bonos mores. ſi contineat turpitudinem ex parte recipientis ſolum, obligat, licet poſt ſolutionẽ poſſit ab eo repeti quod turpiter accepit. Abb. in c. pactio de Pat. *Turpe, vel turpis rei.*

PALLOR.

1 PAllor vultus, & trepidatio in reo ſunt multum arbitraria in Iudice, conſideranda namque eſt qualitas perſonę, ſunt enim aliqui ita timidi, vt quamprimum videant ſe ante trunculatorem ſeueritate famoſum, pre nimio timore immingãt, Boſſius in pract. tit. de iudiciis. & conſi. ante tor. nu. 41. *Trepidatio, & pallor uultus.*

PAPA.

1 PApa in terris Imperii (quod ſecundum communem opinionem pendet ab eccleſia) habet iuriſdictionem, ſi non actu ſaltem habitu. Feli. in c. nouit. de iudi. ſuper glo. in ver. iuriſdictionem noſtram. & ideo propter hanc iuriſdictionem poſſet ſummus Pontifex vel eius delegatus citare ſine literis ſubſidialibus in terris imperii ſubditum Imperatoris, vt per Bart. in extrauaganti ad reprimendam, in ver. per ædictum, & Aret. in conſ. 158. Abb. in c. nouimus, de ver. ſig. verſ. vide ne incurras irregul. *Iuriſdictio papæ.*

Habet etiam poteſtatem Papa extra imperium ſuum quod actu exercet in omnibus ſpiritualibus, quia in his omnes ſunt ſuæ iuriſdictionis, in c. nouit de iud. & in c. cauſam quærit. qui fi. ſint leg. & ideo poteſt iuriſdictionem exercere in quemli-

RR bet

bet etiam non ſubiectum ſuum vbique quo ad hoc, vt ſit habilis ad ſpiritualia illa. c. per venerabilem, qui fi. ſint leg. quæ autem ſit iuriſdictio Papæ, vide per Card. in c. ne Romani. §. irritum, in quinta quæſtione. de elect.

Papa in concernentibus decorem chriſtianæ religionis habet in laicos iuriſdictionem. Abb. in c. perſonas, de teſti. 2

Papa, & imperator in cauſa propria poſſunt eſſe iudices. 3
Abb. in c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. & hi cum ceteris Principibus auctoritatem iuriſdictionis nō autē proprietatis habent in bonis ſubditorum. Abb. in cap. ſi diligenti, de præſcriptione.

Papa contra Concilium, & alium Papam ordinat, & diſponit ſiue diſpenſat quæ ſunt morum, non autem quę ſunt fidei, vt c. ſicut. di. 25. ſecundum glo. & etiam quandoque contra Apoſtolum, & Euangelium, vt in numero teſtium. licet non diſpenſet contra mentem ſecundum Inno. vide c. propoſuit, de conceſ. præb. & c. literas. de reſti. ſpol. 4

Succeſſorem eligere nō poteſt.

Papa non poteſt eligere, ſibi ſucceſſorem, vt not. glo. 8. q. 1. & Arch. in c. ſi trāſitus, di. 71. per Io. de ligna. in clem. ne romani. de elect. & ratio eſt, quia electio refertur ad tempus in quo non futurus Papa, vnde quemadmodum tunc non poſſet ita nec nunc. Nam paria ſunt aliquid gerere tempore inhabili, & non gerere. vt in l. quod ſponſæ C. de donati ant. nupt. facit c. de vxore, de ſepulchris, vide ibi notata. 5

Si in hæreſim labatur.

Papa ſi de hęreſi ſuſpectus, vel hęreticus inueniatur, per Inquiſitorem non poteſt puniri, neque inquiri. qui cum ſit eius delegatus, & conſequenter inferior in ſuum ſuperiorem nullam habet iuriſdictionem, vt 21. di. c. Inferior. & ff. ad trebell. l. a quo. quis autem ſit illius Iudex, uide Archid. in c. in fidei. de hære. li. 6. vide etiam Bullam Pauli eius nominis quarti de tali materia diffuſe loquentem, quam regeſtraui in directorio noſtro nouo in parte ſexta. 6

P A T E R E.

PAtere dicitur id quod conſtat per præſumptiones. vt in l. licet. ff. de lega. Abb. in c. ad noſtram, de empti. & vendi. vbi 1

di. vbi dicitur quod vſurarius conuincitur per ſolas præſumptiones vrgentes, & vide bonum textum in cap. cum in diœceſi. de vſuris.

PATER.

1 PAter quandoq; obligatur pro filio. c. 2. de deli. puer. Et an filio condemnato fiat executio in bonis paternis ſine vllo proceſſu. vide Abb. in c. 1. de ſponſ. impub.

2 Pater priuatur patria poteſtate denegando alimenta filio. Abb. in c. 1. de infami. & langui. expo.

3 Patri, & fratri hæretico in neceſſitate filius magis tenetur benefacere, quam alii catholico, ceteris paribus. glo. in c. In eos qui. de hære.

PATRONVS.

1 PAtronus vergẽs ad inopiam, an indiſtincte alimentari debeat ab eccleſia. vide Abb. in c. nobis. de iurepatro. & ibi an mulier infidelis, hæreticus, iudæus &c. acquirat iuſpatronatum.

PAVPER.

1 PAuper quis dicatur, reſpondeas quod relinquitur arbitrio iudicis ſecundum Bart. & alios legiſtas. in l. ſi conſtante. ff. Io. Ma. Io. And. in cap. ſignificaſti. de offic. deleg. ibi vide diffuſius.

2 Pauper repellitur a teſtimonio in ſuſpectis. vt 2. q. 1. cap. in primis. Sed pauper alias honeſtus non repellitur, imo habet priuilegium, vt ad eum mittatur, ſi verecũdatur exire propter nimiam paupertatem, vide ſpec. in tit. de teſt. §. 1. ver. Item quod eſt pauper. Tãcredus dixit ſe intelligere iura, quæ repellunt pauperem a teſtificãdo in criminali. vide Abb. in c. ſi qui teſtium. de teſti. & melius Barba. in conſ. 29. pri. vol. vbi agit de laudibus paupertatis. *Pauper honeſtus non repellitur.*

3 Paupertas Chriſti, & Apoſtolorum fuit vt in particulari nihil haberent, in communi autem non tantum vſum nonnullarum rerum, ſed & res ipſas pro eorum neceſſaris prouidẽdis haberent. vt patet per extrauag. tres Iohannis vigeſimi ſecũdi. quarũ prima incipit. Cum inter nonnullas. Secunda, Ad cõdi- *Chriſti paupertas qualis fuit.*

torem. Tertia, Quia quorumdam mentes. quas videre pote, ris in ſexta parte directorii noſtri.

PECCATVM.

1 Peccatum nullum eſt adeo veniale, quin conſuetudine fiat mortale. Abb. in cap. audiuimus, de reliquiis, & uenerat. Sanctorum.

2 Peccati grauitas attenditur ex maiori contẽptu apud Deũ non ex qualitate peccati. Abb. in c. veniens, de eo qui cogno. conſangui. vxo.

3 Peccatum in Spiritum ſanctum proprie eſt peccatum obſtinationis, & non remittitur nec in præſenti nec in futuro ſeculo. Abb. in c. immunitatem, de immuni. eccl. & in c. fin. de maled. de pœni. di. 1. §. poteſt, & glo. in c. 1. de uoto, & archid. in c. qualis, di. 35.

4 Peccatum in confeſſione auditum reuelare quid requirat. Abb. in c. omnis vtriusque ſexus, de pœnis, & remiſ. & in c. ſacerdos, de offi. ordi. & in c. Matthęum, de ſimo. & ibi. Abb.

Non impediens delictũ.

5 Peccati complices. Præſtans opem, vt delictum non impediatur non tenetur tanta pœna in foro animæ, ſicut qui commiſit delictum principaliter. Qui non obuiat delicto quando poteſt præſumitur ſocius delinquẽtis. Qui prouocat in odiũ, vel detrimentum alterius, delicto inde ſequuto tenetur de delicto, ſi tamen prouocat ad odium in genere non tenetur de delicto poſt perpetrato, ſed pœna minori, ſed ſi incitauit ad delictũ ſpeciale, eo ſecuto tenetur de delicto. Qui præſtat auxilium quantuncunque modicum in delicto committendo, tenetur de delicto, etiam ſi cuſtodit ueſtimenta delinquentiũ. Qui per ſeuerat diutius in peccato diutius eſt puniẽdus. Abb. in c. ſi dignum, de homicidio.

Peccatum in dignitate conſtituti.

6 Peccanti quãto eſt in maiori dignitate datur maior pœna, in dubio namque præſumitur magis contemnere qui habet dignitatem maiorem, quia magis ingratus. In foro tamen cõtentioſo corporali pœna plus punitur ruſticus quam nobilis, & habens dignitatem, in pecunia e contra. Abb. in c. cum quidam, de iureiur.

PAENI-

PAENITENTIA.

1 PAEnitentiam quę ſibi in iudicio fuit impoſita omittens, vel renuens facere habetur pro relapſo, vel impœnitẽte, & ſic pœna relapſi poteſt puniri Io. de Imo. in Clem. 3. de hære. & ibi glo. & idẽ tenet Frede. de Senis in cõſ. 156. quod incipit, Alexander epiſcopus. & circa hoc Io. Calder. in c. literas de præſumpt. recitat quæſtionem de facto cuiuſdam ſenenſis, qui fuit deprehenſus in hæreſi, & correptus, & poſtmodum fuit ſibi iniunctum in pænitentiam ut non intraret ciuitatem per ſex menſes hic ante dictum terminum intrauit, propter hoc quærebatur verum eſſet relapſus, & vt hæreticus condemnandus, & ſic in multis conſiliis per multos doctores concluſum fuit, quod ſic, ſed durum viſum eſt. Vnde dicit ipſe quod quandoque imponitur pænitentia quæ directe eſt contra hæreſim, vt ſcilicet deteſtetur hæreſim, & prædicet cõtra ipſam. Item quod non conuerſetur cum hęreticis, & ſimilia. & hoc caſu ſi non obſeruat tale mandatum iudicabitur tamquam hęreticus. Quandoque imponitur pænitentia, quæ non eſt contraria directe hæreſi, vt ieiunare, peregrinari, & ſimilia. ſi modo non obſeruat hęc non pro tanto dicitur relapſus. & ſic fuit conſultum ſecundum eum, qui ad hoc alleg. 30. di. c. fin. & de purg. cano. c. inter ſolicitudines. Breuiter dicimus quod tunc dicitur relapſus, quando facit contra pænitentiam illud quod non ſit dubium feciſſe ex conſcientia, & loquela approbati a ſe erroris. & in alleg. c. accuſatus. §. ille quoque de hære. li. 6. Et hoc videntur dicere Doct. in c. vt commiſſi. de hęre. li. 6. dicentes ꝙ carcer datur in pænitẽtiam ne noceat aliis, vel eos inficiat, & vt appareat an ambulet in tenebris, vel in luce.

Durior ſententia.

Relapſus quis.

PEREMPTORIVM.

1 PEremptorium ante ſententiam criminalem requiritur, vt ſi reus ſit in carcere, ſententia ferri debeat ante eius faciẽ, & quod ita ſeruat totus mundus, alleg. Angel. & Bal. Boſſius in pract. tit. de citatio. nu. 8. ſunt tamen caſus in criminalibus in quibus non requiritur peremptorium, vt per Marian. in arti. 2. q. 12. ad fin. quod procedit ex vi commiſſionis. de quo

tamen,

tamen, ideſt per quæ verba, intelligatur ſublata citatio .vide Socin. in conſ. 264. & ne ignores qui ſint citandi in his cauſis criminalibus, actor & reus citari debent .l. ſi accuſatoribus. C. de accuſa.

PERIVRVS.

Periurus quis non eſt ſine dolo. Bal. in l. obſeruare .§. proficiſci .ff. de offi. proconſul. & lege. Iaſ. in l. ſi quis maior. & plenius. in l. qui iuraſſe .ff. de iureiur. & ideo difficultas in materia l. ſi quis maior. excuſat a periurio. Iaſon. vbi ſupra & Alex. in conſ. 92. pri. vol. cauſa tamen quæ allegatur ad dolũ excludendum. & ſic periurium debet probari fuiſſe ſibi notũ & ſemotum fuiſſe ex illa, quia ſibi fuerat dictum poſſe ita facere. Alex. in conſ. vt ſupra. 1

Periuro amplius non eſt credendum, nec ei iuramentum deferendum. quia qui ſemel periuratus fuerit, nec in ſua nec in alterius cauſa iurator exiſtat, dicunt. Doct. 22. q. vlt. cap. paruuli, & ibi glo. cum concord. fa. l. alii de accuſ. vnde dicit Alex. in l. 2. §. ſed quod diximus. Si quis caut. Periuro non plus credi. fa. not. per Bald. in authen. ei qui. C. de ban. aut. iud. poſſ. Zaſius conſ. 9. pri. partis. 2

Non punitur periurus.

Periurus non punitur periurio, ſi accuſatus, vel inquiſitus de aliquo crimine reſpondeat cum iuramento & cõtra veritatem dicat. Ita Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de bon. eorum qui ante ſent. mor. ſibi. conſci. Per dicta Bart. ibi reperio apoſtillã. ad Abb. in c. 1. de teſti. cogen. in qua allegatur dictum Alex. & dicitur paucos illud ſcire, & licet talis peccet, vt dicit. Abb. & ſequitur Felin. in c. cum P. de teſti. cogen. attamen in foro contentioſo non punitur, & ita practicatur. Ad quod etiam vide Puteum in tract. ſuo de ſind. car. 82. vbi ad idem allegat Andream de Iſern. & facit glo. Notabilis. in c. Nequis arbitretur. 22. q. 2. quæ vult vt mendacium benignitatis quod fit ad ſalutem alicuius, nõ ſit peccatum mortale, & loquitur in parte. vide tamen Bal. in l. & ſi legibus. C. ſi contra ius, vel vtilit. publi. fateor quod torquetur propter mendacium, ſed aliter (vt dixi) non punitur. Hæc Boſſius in pract. tit. de periuris. 3

Mendacium benignitatis.

PERSE-

PERSEVERANTIA.

1 PErſeuerantia in dicto etiam in morte nō operatur, vt plus quā velint leges ſit credendum, ſed ideo fit vt magis quieſcat animus. Boſ. in prac. tit. de indiciis & conſid. ante torturā.

2 Perſeuerantia in confeſſione præcedente promiſſione impunitatis a Iudice facta debet eſſe ſine repetitione eiuſdem ꝓmiſſionis, imo admonito confeſſo quod nulla ſit habita ratio talis promiſſionis ad hoc vt valeat, aliter eſſet error nouiſſimus peior priore, & militante eadem ratione in perſeuerantia, quæ militabat in confeſſione principali, non poſſet ſuper ea fieri fundamentum, ſicut dicimus in confeſſione tormentis expreſſa, vt not. Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quæſtioni. Et per Doctores. in §. Celſus. eo. *Promiſſio impunitatis confeſſo non prodeſt.*

3 Perſeuerantia requiritur non ſolum in confeſſione rei, ſed etiam in dicto teſtis, quia teſtis qui poteſt torqueri iuxt. l. ex libero. ff. de quæſtio. & ibi Bart. tortus debet perſeuerare in ſuo dicto, aliter de eo non fit fundamentum. Bart. in l. pen. ff. de quæſtio. Socin. in conſ. 253. Angel. l. fin. C. de quæſtio. Adde tamen, & valde notabiliter ambabus concluſionibus, tam quando pręcedentibus indiciis ſequitur confeſſio in tortura, quam etiam quando ſine indiciis, quod non ſolum procedunt in confeſſionibus tortura extortis, ſed etiam dolo Iudicis. quia ſi præcedebant indicia requiritur perſeuerantia, ſi non præcedebant, centum perſeuerantiæ nihil videntur prodeſſe. Io. de Imo. ſi illum conſideras in conſ. 109. dat exemplum in caſu ſuper, conſuluit, quādo reus negauit deinde cōfeſſus eſt, Iudice ſibi dicente vt fateretur, quia promittebat liberationem, nec aliter erat modus quo liberari poſſet, & in idem reincidit. Puteus in ſuo tract. char. 92. verſ. ſequitur quęſtio quottidiana, & Marſil. in repertorio ſuo ſingul. 201. & in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſtio. & quia materia hæc eſt admodum vtilis, ſed male declarata, ideo nota duplicem eſſe quæſtionem. *Tam in reo quam in teſtibus requiritur.*

Prima quarum eſt, an promiſſio liberationis quæ fit reo ſi fatetur delictum, valeat & ſit ſeruanda.

Secunda,

Secũda, an ſaltem cõfeſſio talis nulla reddatur vel teneat.

Promiſſio liberatiõis quã do teneat.

Circa primam dic, quando Princeps promittit reo impunitatem, ſi fatetur delictum, vel Iudex ipſe nomine Principis habita licentia ita promittendi a Principe, talem promiſſionem eſſe ſeruandam, & hoc per textum in Epiſtola, inter claras C. de Sum. Tri. vbi inquit textus nihil eſſe quod magis præfulgeat in Principe quam recta fides. Hinc eſt quod Princeps tenetur ſeruare fidem etiam hoſti. vt not. in l. conuentionum ff. de pact. & in l. 1. §. Non fuit. ff. de dolo. Facit etiã textus in c. decet. de reg. iur. li. 6. Facit inſuper, quod omnes contractus facti cum Principe habent naturam bonæ fidei, quia in Principe maxime debet exhuberare bona fides. Bal. in tit. de pace Conſtan. in ver. ſupra vero. Et Iaſo. in l. cum fundus ff. ſi certum pet. Et ideo etiam ſi pactum nudum coram Principe habet executionem paratam. Alex. in l. iuris gentium. §. ſed cum nuda. prope fin. ff. de pact.

In Iudice vero fateor promiſſionem non tenere, quia nec etiam poteſt promittere, licet ſit publica perſona. l. Ius publicum. ff. de pactis, vbi Iaſon in ſpecie ampliat etiam in publica perſona, pertinet enim hæc impunitatis promiſſio ad ſolum Principem, imo ad ſummum ſiue ſupremum. l. relegati. ff. de pœnis. Hinc oritur quæſtio an cõfeſſio taliter expreſſa valeat, ad hoc vt ſi reus non poſſit ſe tueri vigore promiſſionis, ſaltẽ vigore nullitatis dictæ confeſſionis poſſit ſe tueri? Et dic regulariter talem confeſſionem debere exiſtimari validam, ſecundum Doctores magis communiter. & hoc ſine dubio quando Iudex dixit, narra mihi veritatem, quia nihil mali eueniet tibi, iuxta di. textum in §. plurimum, & Bart. ibi. ſed ſi etiam promittit quod liberabitur, adhuc magis communis eſt non valere, quando vltra doloſe agẽdo non procedit. Vide Deciũ & apoſtil. ibi in di. l. ea eſt natura, & cognoſces ꝙ tenet confeſſio etiam in hoc vltimo caſu, & ratio eſt potiſſima, quia Iudex etiam ita potuit fingere ad veritatem eruẽdam, iuxta notata in di. §. plurimum.

PERSO-

PERSONAE DIGNITAS.

1 PErſonis ſummæ dignitatis an credatur ſine iuramento, vide Alex. in conſ. 178.2.vol. dic tamen quod eſt ſpeciale in epiſcopo, vt non teneatur tangere ſcripturas quando iurat vide Abb. in conſ. 68.2.vol. & Boſſium in pract. tit. de oppoſitio. contra teſt. nu. 82.

PERTINACIA.

1 PErtinacia. vide in ver. Hæreticus, num. 18.

POCVLA AMATORIA.

1 POcula amatoria mulieri tradere ſuſpectum de hæreſi vehementer non reddere dicit Vlricus in quęſt. q̃ facit in conſ. 206. vbi quæritur an Io. de Polliaco qui dedit pocula amatoria mulieri, ſit ſuſpectus vehementer de hæreſi. Et concludit ſic. Sortilegia ſimplicia, vel propter conſcientiam hoſtiam nõ conſecratam, tamquam conſecratam populo tradere, vel etiã amatoria pocula mulieri porrigere, manifeſtam hæreſim non ſapere conſtat ex criminum diſtinctione, & pœnarum impoſitione. & de primo apparet in rubrica, & in nigro, extra de ſortilegiis, & in c. accuſatus, de hęre. li. 6. de ſecũdo autẽ habetur in c. de homine. extra de celebr. miſſarum. & de tertio, in l. ſi quis. ff. de pœnis.

Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata tradere.

P OE N A.

1 POEna differt a mulcta. l. aliud. §. 1. ff. de ver. ſig & l. ſi qua pœna. eo. & inter cæteraseſt hęc, quod a mulcta etiam appellatur, a pœna autem non. di. l. ſi qua. quod intellige niſi mulcta ex vera cõtumacia proceſſiſſet, ſecundum Decium, in l. ſancimus C. de iudi. per reg. l. properandũ. §. cum autẽ C. de iud.

Multa differt a pœna, & quomodo.

2 Pœna ſi apponatur a iure ipſo facto propter aliquod delictum commiſſum, numquam eſt locus illi pœnæ, niſi illud delictum ſit conſumatum, quantuncunque fuerit inchoatum, licet extraordinarie poſſet puniri, quia delictũ inchoauit, pœna tamen a iure poſita non poteſt puniri. Io. And. in reg. odia, de reg. iur. li. 6. in mercur. Abb. in c. cum in cunctis, de elect.

Iuris pœna delictum conſumatum requirit.

3 Pœna vbi eſt a iure ſtatuta non debet Iudex ab ea recedere, vbi vero non eſt ſtatuta, tunc arbitrio iudicis imponen-

da eſt.in c. de cauſis,de off.deleg.Abb. in c. In archiepiſcopatu.Sed nota quod licet pœna omnis in Principe ſit arbitraria etiam poſt latam ſententiam,ideſt indulgendo, vt C. de ſen. paſſ.per totũ,& l.reſcripta.C.de prec. imp.offe. quia princeps eſt abſolutus legibus.l.princeps.ff.de legi.tamen lex poteſt intelligi duobus modis,aut de legibus per eum conditis,aut prędeceſſoribus ſuis.Primo caſu res eſt clara,niſi de honeſtate,& idem dico de Papa. doctores,in c.1.de conſ.Sed an ſubiaceat ſtatutis ciuitatis,dic non ſubiacere etiam de honeſtate. Card. in conſ 2.Felin.in di.c.1.vide Boſſium in pract.tit. de Principe,& priuilegijs eius,nu.82.In iudice autem mutatur plus, & minus ex cauſa. ita habetur per l. hodie. ff. de pœnis, & in l. quid ergo.& vide Lud. Ro. in conſ. 129. quia pulcre dicit & hoc eſt verum tam de pœna a lege, vel ſtatuto poſita, quam de pœna ex conſuetudine,vt per Marſilium in ſingu.ſuo. 182. & cum hoc ſit generale in omni iudicio, & in omnibus criminibus,vt in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui not infam.& l.& ſi ſeuerior.Et l.ſi poſſidonium.C.ex quibus cau. infam. irrog. Id etiam in crimine hæreſis, quum regula hæc nõ inueniatur violata in hoc crimine, nec exceptuata. & not. Marſi.in di.ſuo ſing.quia videtur velle quod hoc liceat etiam Iudici inferiori.Bal. in l.ſi ſeuerior.C. ex quibus cau.irrog.infam.Abb.in c.reprehẽſibilis,de appellatio. vide infra in ver. Relaxare.

Pœna quomodo in principe ſit arbitraria.

Augendi,uel minuendi pœnam conſideranda.

Quæ autem ſint qualitates conſiderandæ,vt augeri,ſiue minui poſſint pœnæ, docet textus in l.aut facta, vſque ad fi.ff. de pœnis.& ponit cauſas ſeptem ſine conſideratione di. text. Feli vbi latiſſime de hoc materia,in c. qualiter,& quando.§. ad cognoſcendum,col.6.& ſequen.de accuſa.& vide Alex.in l.& ſi ſeuerior. & ætas, ſiue quis ſit iuuenis valde, ſiue admodum ſenex,eſt iuſta cauſa imminuendi pœnam,vt per Dec.in l.fere in omnibus.ff.de reg.iur. maxima etiam peritia in aliquo artificio,vel profeſſore literarum,eſt iuſta cauſa l.ad beſtias.ff de pœnis,& facit l. ſed & reprobari. in ver. valde tamen diſciplinatos,de excu.tut.& ideo Hoſt. in c.de cauſis,de off. deleg.dixit,

xit, quod vbi veniret abſcindēda lingua, vel manus ex aliqua lege, vel ſtatuto propter aliquod delictū, ſi egregius orator, vel poeta, vel pictor tale delictum commiſiſſet, non deberet pictori abſcidi manus, neq; poetę. vel oratori lingua ad quod conferunt dicta Barba. in rubr. de reb. eccle. non alien. vbi loquitur de ſtatuto, quod forenſis nō poſſit ingredi collegium, vt non habeat locum in aliquo eminentis ſciētiæ. Addo quod hæc concluſio procedere in ſententia ipſa nō poteſt, quia tūc requiritur remiſſio principis, Dec. in .§. 1. in col. 1. in c. at ſi clerici de iudi. & Felin. poſt Inno. in di. §. ad corrigendos. poſt ſententiam autem pœnam augere, vel minuere Iudex non poteſt. l. acta. §. 1. ff. de re iudi. ibi Doctores, Zaſius in ſingul. ſuper intellectu di. legis, li. 2 Mitigare, vel mutare citra alterius præiudiciū, an poſſit, vide Abb. in c. niſi ſpecialis, de off. de leg. *Egregius in arte ſua.*

4 Pœna duplicatur duplicatis delicti qualitatibus. Bart. in l. ſanctio legum ff. de pœnis ſed pœna ſecunda duplicati. criminis in pecuniariam mutatur, in c. 1. de pœnis. *Duplicata pœna.*

5 Pœna ſi ſemel impoſita eſt alicui pro ſuo delicto ab aliquo Iudice, is amplius vexari non debet ab alio Iudice, quia Deus non bis iudicat inidipſum. C. de accuſa .l. qui de crimine, & ibi Angel. & Salicetus. & intellige hoc ſi Iudices ſunt eiuſdem ordinis, ſcilicet ambo ſeculares, vel ambo eccleſiaſtici, quia ſi diuerſi ſunt, hoc fallit, quia blaſphemiæ iure canonico imponitur pœna pecuniaria, & pſonalis. c. ſtatuimus, de maled. iure vero ciuili vltimum ſupplicium, vt in aucten. vt non lux contra naturam, vide Siluest. in ver. Iudex 1. .§. 2. partic. 4. pœna .§. 24. *Semel impoſita non iteratur.*

6 Pœna vbi non eſt a iure determinata, arbitrio Iudicis intelligitur eſſe relicta, nam Iudicis arbitrio relinquitur quod expreſſum in iure non inuenitur, c. de cauſis, de off. deleg. & l. 1. ff. de iur. delib. & per Marſil. in pract. crim. §. occurrit. nu. 11. & 12. & a contrario ſenſu, vbi a iure, vel ſtatuto pœna eſt expreſſa, nil operatur arbitrium Iudicis, ſi quidem a iure nō poterit recedere. Paul. de Caſtro. in l. certo generi .§. ſi totus. ff. ſerui. ruſt. præ. in fin. Et quia deficiente lege conſuetudo ſucce- *Arbitraria quando.*

dere debet, quia conſuetudo dicitur altera lex. Pœna, vbi in iure nō eſt expreſſa, debet apponi conſuetudinaria, quam ex cedens Iudex dicitur modum excedere. textus iūcta glo. in l. Hodie.ff.de pœnis,& in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his

Conſuetudo legi ſuccedit deinde arbitrium.

qui not. infam. ſed conſuetudine ceſſante venit arbitrium c. de cauſis,de off.deleg.Abb.in c.licet,de pęnis,ver.vltimo.vbi igitur deficit ius in corrigendis vitijs, loci conſuetudo in modo ſequenda eſt, nec noua introducenda eſt conſuetudo, maxime ſi inde ſcandalum oriatur, quia non ſunt facienda mala, vt eueniāt bona. Rom. 3. Et nota ꝙ ſi apponatur pœna a iure ipſo facta propter aliquod delictum, numquam eſt locus illi pœnæ, niſi illud delictum ſit conſumatum, quantuncunque fuerit inchoatum, licet extraordinarie poſſit puniri, quia delictū inchoauerit. ſingulare fuit dictum Io.An. in regula. odia. de reg.iur.li.6.in mercur. quod refert, & ſequitur Abb. in c. cū in cūctis § clerici de elect.& dicit probari ex illo textu, iūcto. c. Perpetuæ. de elect. li. 6. Et nota etiam quod pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem quantumcunq; occultū.glo. in Clem. 1. de hære. & Abb. in c. fin. de hære. ſcilicet in conſcientia, non tamen quantum ad pœnas in iure contentas, ſi ſit occultum delictum, ſcilicet tantum in animo. vide ſupra in ver. hæreticus occultus.

Conſumatio delicti quando requiratur.

Etiam occultum pœna afficit.

Qua pœna autem de hæreſi ſuſpecti, vel etiam ipſi hæretici ad fidem redeuntes puniri debeant Iudicis arbitrio, vide per Siluestr. in verb. hæreſis. 2. §. 9. in fin. habeas tamen tu Inquiſitor Deum prę oculis ac iuſtitiam, quia arbitrium Iudicis debet eſſe iuri, & æquitati conſonum.

Arbitrium iudicis iuri cōſonum eſſe debet.

Pœnam ſtatim non incurrit, qui iudicis præcepto aliquid fieri, vel non fieri præcipientis non obedit. vtputa ſi præcipiat Inquiſitor alicui exiſtenti in eius carceribus, ne cum aliquibus loquatur ſub pœna conuicti, ſi contrauenerit, non ſtatim dicitur conuictus, quia illa pœna fuit comminatio quædam de pœna infligenda, vt not. ſpec. in tit.de execu.ſent.§. 1.& habes glo.in c. 2.de matri.contract. contra inter. eccl. & in c. 1. de eo qui fur. ord. rece. & in cap. ſicut tuis, de ſimo.& in cap. 7

Iudici ſtatim non obediens pœnam non incurrit.

dura, de

dura. de crim. falſi. & ibi Abb. & in c.ſalonitanæ,di.63.& ibi Doctores.

8 Pœna hæreticorum impęnitentium,ſeu etiam relapſorum pænitentium eſt quod ſine vlla audientia igne comburuntur, Iohannis 15. ſi quis in me non manſerit mittetur foras, & in ignem mittetur, & ardet, & per Hoſtien. Io. And. & Abb. in cap. ad abolendam de hære. & cap. excommunicamus. 2. de hære. de iure autem ciuili eis imponitur pœna vltimi ſupplicij, vt in l. in ver. ariani. ver. Manichæos, & l. ſeq.C. de hære. Per vltimum autem ſupplicium mors intelligitur naturalis. l. vltimum ſupplicium. ff. de pœnis. Conſuetudo etiam eſt vt igne comburantur, vt plene per Paulum Grillandum in tract. de hære.q.3. vbi ponit pœnas indictas a iure canonico,& ciuili cõtra laicos, & eccleſiaſticos, Carer.in tract. de hære.nu.132.& ſi ſunt clerici debent degradari,vt in di.c. ad abolendam,de hære. quod ſi quis dicat eccleſiã numquam claudere gremium ſuum ad illam redeunti,& ſic pænitẽtibus & relapſis non debet miſericordia denegari, reſpondetur ꝙ quo ad ſpiritualia,ſcilicet collationem pęnitentiæ, & euchariſtiæ non claudit vlli gremium eccleſia. Vide Boſſium in pract. tit.de hęre.ſed bene claudit quo ad temporalia, vt in c.ſuper eo de hære.li.6 ſcilicet ipſis impænitentibus,vel etiam pænitẽtibus relapſis,quibus vitam non relinquit, nec officia,nec dignitates, nec bona ipſa, vt per Gemin & Docto. in di. cap. ſuper eodem.

Impænitentium,& relapſorum pœna.

Quibus, & quomodo gremium eccleſiæ omnibus pateat.

9 Pœnas multas incurrunt hæretici.& primo ipſo facto ſunt excommunicati, vt in c.excommunicamus, de hære.& c. ad abolendam.

Hæreticorũ pœnæ.

Secundo,ab omnibus debent euitari,vt di. c.excommunicamus.& nemo cum eis debet habere negociationem, nec in domo,nec in terra ſua eos tenere,vel fouere.c.ſicut ait,de hære. & ibi Doctores.

Tertio, omnia eorum bona mobilia, & immobilia ſunt a die commiſſi criminis confiſcata, vt in c. cum ſecundum, de hære.li.6.& c.vergentis,eo.tit.

Quarto-

Quarto, etiam quod eſſet Papa ab omni dignitate debent deponi, ſiue ſint laici ſiue clerici, vt di. 40.c. ſi Papa,& 24.q. 1.c.qui contra pacem,& omnibus beneficiis,& officiis ſpoliari & ipſi ac eorum credentes, fautores, receptatores, ac defenſores, ipſorumque filii vſque ad ſecundam generationem nullum eccleſiaſticum beneficiũ, vel officium publicum poſſunt adipiſci, vt c.2.de here.li.6.

Medio hæretico beneficia obtinens.

Quinto, ſi quis ad preces hæretici, vel fautoris,& aliorum ſimilium dignitates, perſonatus, & quæcumq; alia eccleſiaſtica beneficia ſcienter eſt adeptus, ipſis eſt priuatus ipſo facto, & inhabilis ad ſimilia in poſterum. ſi vero ignoranter, ſolum ſic habitis eſt priuatus c. quicumq;. eo tit. li. 6.

Emancipatio poſt commiſſum crimen non valet.

Sexto filij eorum ipſo facto a die commiſſi criminis ſui iuris efficiuntur. vnde emancipatio eorum facta poſt commiſſũ crimen non valet, etiam quod adhuc non eſſet ſententiatum contra patres hæreticos. vt in di. c. Quicumq;.de hære. li. 6.

Quando, & quomodo dotes perdũt hæreticorum vxores.

Septimo, vxores ſcienter cum eis cõtrahentes perdunt dotes ipſo facto, non autem ſi ignoranter, licet poſtea ſciuerint vt in c. Decreuit. eo tit. li. 6.

Octauo, non poſſunt ipſi, nec eorum credentes, defenſores, vel receptatores appellare, vt in cap. vt Inquiſitionis. de hære. lib. 6.

Contra hæreticos qui admittantur.

Nono, quia contra hæreticos,& alios prædictos admittuntur excõmunicati, participes criminis, infames,& omnes alii præter capitales inimici, vt in c. in fidei fauorẽ, de hære. li. 6.& officiales, ſi requiſiti fuerint ab epiſcopis, vel Inquiſitoribus, vel eorum delegatis,& licite poſſunt requiri, vt in c. præſidentes, de hære. li. 6.

Hæreditate carent hæretici.

Decimo, ſiue ſint coniuncti, ſiue extranei nõ poſſunt hæredes inſtitui, nec eis eſt aliquid relinquendum, vt in c. ſi quis epiſcopus, de hære. & oppoſitum facientes ſi ſunt clerici, vel etiam epiſcopi ſunt excommunicati etiam poſt mortem, vt in di. cap. notatur.

Vaſſalli hæreticorum abſoluuntur.

Vndecimo, corũ vaſſalli abſoluti ſunt a debito fidelitatis, & totius obſequij, & quicumque alij aliqua alia obligatione

aſtricti,

aſtricti, vt famuli, liberti, & huiuſmodi ipſo facto liberantur, vt notatur in c. fin. eo. titulo.

Duodecimo, morte plectuntur, vt in cap. excommunicamus, eo. titulo.

Tertiodecimo, nullus clericus debet eos eccleſiaſticę ſepulturæ tradere, nec eis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, neque eleemoſynas, vel oblationes eorũ recipere, aliter clericus ſuo officio priuandus eſt. regulares autem ſua priuilegia amittunt in illa diœceſi, in qua contrafecerint. vt in c. excommunicamus 1. de hære. in fin. imo hodie quicunque eos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradiderit, ipſo facto eſt excommunicatus, per c. quicunque eo. tit. li. 6. *Sepultura carere debẽt hæretici.*

Quartodecimo, nullus tabellio publica inſtrumenta, vel ſcripta pro eis, vel credentibus, vel fautoribus, vel aliis ſimilibus facere poteſt, nec poteſt aliquis aduocatus in aliqua cauſa eis patrocinari, aliter ſunt ab officio ſuſpenſi, & perpetuo infames, vt in c. ſi aduerſus, eo. tit. *Aduocatis et tabellionibus priuantur hæretici.*

Quintodecimo, ſunt infames l. 1. in fin. C. de ſum. tri. & fi. ca. & ibi Bar. & l. caſſius, de ſena. quare non poſſunt eſſe teſtes cõtra catholicos, nec eos accuſare. 4. q. 1. diffinimus, ſpec. tit. de accuſa §. 1. verſ. item excipitur quod eſt hæreticus, l. quoniam. C. de hære. ſpec. tit. de teſt. verſ. quid de portantibus. & verſ. Item quod eſt Iudæus. *Infames ſunt hæretici.*

Sextodecimo, poſſunt a quocunque percuti, & occidi, vt per Felin. in c. fin. de hære. & glo. in c. ſi quis epiſcopus, eo. tit. & in auctẽn. Gazarenos. Intellige hanc pœnam ſi ſunt ab eccleſia publicati pro hæreticis, alias non. Vide carer. in tract. de hære. nu. 148. *A quocũque percuti poſſunt hæretici.*

Decimoſeptimo, non poſſunt teſtari etiam ad pias cauſas, vt per Feli. in c. ſi quis epiſcopus, de hære. nec legatum, nec fideicommiſſum, nec hæreditatem poſſunt habere, vt in l. fin. C. de hære. etiam ſi eſt filius, vt per Felin. in di. cap. ſi quis Epiſcopus. *Inteſtabiles ſunt hæretici.*

Decimo octauo, facta monitione niſi corrigantur, non licet cum eis conuerſari, cap. dixit Apoſtolus. 24. quæſt. 3. Et

24. quæſt.

24. quæſt. 4. cap. quæ dignior,& cap. omnis qui.cum ſequen.

Ab hæretico ordinatus quid.

Decimonono, ab hæretico ordinatus deponendus eſt,& ordinatio nulla redditur,c.ordinationes 9. q 1.& c. 1.& 2.de ſchiſmati.iur.ctis dictis per Abb.in rubr.eo.tit.

Contractum cum hæretico matrimoniū nullum.

Vigeſimo, matrimonium ſcienter cum hæretico contractū non tenet,ſpec.in tit.de diuor.verſ.eodem modo,& in c.decreuit. eo. tit. li. 6. licet(vt ſupradictum eſt)ſuperueniens hæreſis ſeparet tantum quoad thorum, ſpec.in di. tit. de diuor. verſi. Item fit.

Vigeſimo primo, ſunt ęternaliter damnati,nec eis proſunt ſuffragia mortuorum,vt in c. firmiſſime, eo. tit. & ibi Abb.& alias pœnas incurrunt hæretici,de quibus per Carer.in tract. ſuo de hære. a nu. 132.vſque ad nu. 158.

Redeūtes hæretici pœnas omnes non euadunt.

Pœnas contra hæreticos inflictas non euadunt hæretici 10
etiam quod redeant ad fidem, & ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ,ſed tantum de iure euadunt pœnas ſpirituales,& ad animam concernētes, & ſimiliter pœnam ablationis vitæ corporalis.vnde Abb.in c. ad abolendā.de hære.ait, tantum vitā eos recuperare per reuerſionem,ſcilicet ſpiritualem,& corporalem.de conſuetudine tamen eis etiam ex miſericordia relinquuntur bona temporalia,vt vitam ſuſtentare valeant.& ſucceſſiue etiam cum eis plus,vel minus diſpenſatur quo ad alias pœnas, c.vt commiſſi. de hære. li. 6. dum recipiuntur autem communiter ad carceres perpetuos cōdemnantur, iuxta c. excommunicamus 2. eo. tit.& imponitur ex cōſuetudine quod portent crucem,vel ſcapulare rubeis crucibus inſignitum per aliquot annos.

Item quod præſentent ſe ſuper hoſtium talis eccleſiæ cum candela accenſa in manibus.item quod ieiunēt tali,& tali die. item quod præſentent ſe ſemel in hebdomada, vel menſe. & alia multa poſſunt imponi ſecundum qualitatem delicti, perſonę,& ſcandali,vt in directorio antiquo in formis ſententiarum habetur.quomodo autem eccleſia diſpenſet cum talibus plus, vel minus. vide Silueſtr. in ver. hæreſis. 1. nu. 14.

Credentiū uel fautorū pœnę

Pœnas multas incurrunt credentes,vel fauentes hęreticis, 11

ſiue

ſiue eos defendentes, vel receptantes. Primo omnes tales ipſo facto ſunt excommunicati, vt in c. excommunicamus. primo de hære. § credentes. Secundo omnes tales ſunt de hæreſi vehementer ſuſpecti, vt per directorium antiquum in c. de vehementer ſuſpectis, & ſi per annum excommunicationem ſuſtinent, ex tunc ipſo facto ſunt infames, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad alios eligendos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium debent admitti, nec teſtamentum condere poſſunt, nec ad alicuius hæreditatem ſuccedere. nullus quoque ſuper negotio aliquo, ſed ipſe aliis cogitur reſpondere. ſi Iudex eſt, eius ſententia non valet. ſi aduocatus, non admittitur ad patrocinium. ſi tabellio, eius non valent inſtrumenta. Vide quæ diximus ſupra in ver. notarius. ſi clericus eſt, ab omni officio, & beneficio debet deponi. clerici quoque talibus exhibentes eccleſiaſtica ſacramenta, vel eos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradẽtes, aut eleemoſynas, vel oblationes eorũ recipientes priuari debent officio ſuo, ad quod ſine ſpeciali indulto ſedis Apoſtolicæ non reſtituantur. ſimiliter & regulares quorum priuilegia in locis illis non obſeruãtur, vt in di. c. excõmunicamus. ſunt etiam excommunicati eos ſepelientes, vt in c. quicunque de hære. li. 6. & eſt tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſecundum Archid. in di. c. quicunque. tumulare in cimiterio eccleſiæ, vel alibi ad modum chriſtianorum, ſcilicet cum crucibus, & pſalmis, & orationibus. filii etiam talium fautorum, & receptatorum, vel huiuſmodi, excluduntur ab omnibus officiis, & beneficiis, & actis legitimis vſque ad tertiam lineam generationis paternæ, & vſque ad ſecundam maternæ, vt in c. 2. & c. filii, & c. ſtatutum, de hære. li. 6. vide carer. in tract. ſuo. de hære. nu. 162.

Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere quid ſit.

12 Pœna mortis quandocunque in iure canonico reperitur expreſſa, exponitur pro ſententia excommunicationis. Abb. in c. per venerabiles. qui fi. ſint leg.

Pœna mortis in iure canonico quid ſit.

13 Pœnæ capitales tres, & non capitales quatuor ſunt. Capitalium prima, eſt mors corporis, quæ multis modis imponitur l. Aut damnum. §. vita, & l. capitalium. ff. de pœnis. Secunda

Capitales pœnæ quæ ſint.

TT pœna

pœna capitalis eſt proxima morti,& dicitur mors ciuilis, puta ſi quis damnatur ad metallum,quia perdit ciuitatem,& libertatem effectus ſeruus pœnæ l. quidam.ff.de pœnis.& ideo cenſetur quodammodo mortuus l.ſeruitutē.ff.de re iudi.Tertia pœna capitalis eſt deportatio,& hi deportati non libertatem, ſed tantum ciuitatem perdunt. di.l.quidam .perdunt iſti ea quæ ſunt iuris ciuilis,non ea quæ ſunt iuris gentium.

Pœnæ vero non capitales per quas non perditur libertas 14
nec ciuitas,ſunt quattuor.Prima quarum eſt relegatio.l.relegatorũ.ff.de interdi.&releg. Secunda eſt infamia.di.l.aut dãnum.Tertia eſt dignitatis amiſſio,vel ad dignitatem, vel officium interdicta aſpiratio. Quarta verberum experimentum l.ſi quis forte.§.fin.cum l.ſequen.ff.de pœnis.& iſtę ſunt pœnæ de iure ciuili. diffuſius vide Felin. in c. qualiter,& quando 2. de accuſa.§ ad corrigendos.vbi declarat quando pœna dicatur capitalis,vel corporalis,ita vt quis non ſit dimittendus fideiuſſoribus.

Vltimi ſupplicii pœna ĩ pecuniariam cõmutari poteſt

Pœna vltimi ſupplicii citra ſcandalum poteſt indeterminate commutari in pœnam pecuniariam, vt in c.licet,de pœnis.vel vbi non habet cauſam commutandi,vel vbi agitur ad pœnam legalem per accuſationem.l.3.C.ne ſacrum baptiſma reite. & ſic debet intelligi.§.pœna grauior .ff. de his qui not. infam.& l.hodie.ff.de pœnis.ceſſante tamen cupiditate. 15

Publica pœnarum corporalium executio.

Pœnarum corporalium executio debet eſſe publica, & in locis publicis,vt vnius exemplo ceteri pertimeſcant, & vnius pœna metus ſit multorum.l.capitalium l.famoſos, & l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis,& l.1.C.ad l.iul. maie.repetun. Card. in Clem.1.not.12.& 14.de off.ord.& c.diſciplina di.45. & 2.q. 7.c.qua propter.10.q.1. c. quia ſacerd. Paul. Grill. de relax. ca rcer. cap. 1.§. 3. 16

In atrocibus corporalis pœna non euitatur.

Pœnæ corporales in criminibus atrocibus non euitantur, 17
etiam quod quis pœniteat,nam fur ſuſpenditur, etiam quod furta reſtituat l.qui ea mente, & ibi Bar.ff. de furtis. in cauſis tamen fidei, prima vice per pænitentiam, ſi ſtatim, & ſponte fiat conuerſio,vitatur ſaltem pœna vltimi ſupplicii C. ad abo lendam

lendam

lendam,de hære.& l.manicheos,C.eo. tit.quare quod hæreticis prima vice parcatur,ſi ad fidem reuertantur, eſt contra legem communem.l.qui ea mente.ff.de furtis.Paul. Grillan. in tract.de hære.li.1.c.5.§.1.& 2.

18 Pœna corporalis vbi debetur in cauſis criminalibus,nullus poteſt pro alio eſſe fideiuſſor.ita not. glo. in c.cum homo 23. q.5.& ratio eſt quia proprii corporis nullus homo habet verum dominium.l.liber.ff. ad legem aquil. & ſi fieret fideiuſſio non valeret, ſecundum di. glo. quam refert, & ſequitur Angel.de Aret.in tract. malefi.in ver. pro quibus Antonius fideiuſſit.in 1.verſ.& ibi Aug.de Arim. in ſuis additio. Fallit tamẽ hoc ſi conſuetudo ſit in oppoſitũ, quia tunc valet fideiuſſio,vt in di.glo.quam refert,& ſequitur Lud.Ro.in ſing.ſuo incipiẽ. tu ſcis.nu. 120. & Marſil. in pract. crimi. §. attingam. nu. 9.

Fideiuſſor in corporalibus pœnis reijcitur.

19 Pœna corporalis ſi ſit pro aliquo crimine infligenda, iuri ſuæ defenſionis non poteſt quis renunciare. & ita docet Bar. in l. quis reum .ff. de cuſto. reo. & per Feli. in cap. diligenti. de foro .comp.

Defenſionibus ſuis renũciare quisquã do nõ poteſt.

20 Pœnæ ſeu pænitentiæ debent imponi ſecundum qualitatẽ delicti, perſonę,& ſcandali. vt in c. ſicut dignum . de homicidio.ff.de pœnis.l. aut facta . Et optime ad hoc facit Abb. in di. c. ſicut dignum. Et debent pœnæ aliqualiter temperari in puniendo eum qui dolore accenſus deliquit. vt per Alex. in conſ. 76. incip. viſa inquiſitione. in primo vol. Abb. in cap. olim . de reſcript.

21 Pœnam pecuniariam poteſt Iudex eccleſiaſticus imponere, ſi magis timeatur quam alia ſpiritualis,ceſſante tamen cupiditate. c. Dilectus. de offi. ordi. Io.And. in c. 1. de homicidio. li. 6. Abb.in c. Poſtulaſti. de Iudæis. Et hæc poteſtas imponendi pecuniariam pœnam etiam Inquiſitoribus eſt conceſſa per extrauagantem Innocentii quæ incipit. Super extirpatione. vbi expreſſe dicitur quod poſſunt pęnitentias pecuniarias imponere,& eas exigendo expẽdere in ſuſtentionem ſui officii. Vide Zanchinum c. 19. cum ſuis additionibus. Aduertat tamen prudens Inquiſitor damnans aliquem tanquã

Pecuniariam pœnam eccleſiaſticus iudex imponere poteſt.

hæreticum,ne condemnet illum in certa pecuniæ ſumma,vel quantitate, & hoc duplici ratione.Et primo quia ex quo dam nat eum tamquam hæreticum, maxime ſi ſit relapſus, vel im pænitens,omnia bona illius ei veniunt auferenda,vnde partē quærere videretur,qui totum auferre poteſt, & debet. Secūdo quia ex quo damnat illum de hęreſi, & tamquam hæreticum, nō poteſt mitigare pœnas commutando eas in pecuniarias, quia contra hęreticos ſunt determinatę pœnæ a iure, & ſunt certæ, vnde non poteſt iudex ſeu Inquiſitor ipſas conuertere,ſeu commutare in peccuniarias. Nam facti quidem quæſtio eſt in poteſtate iudicis, ſed pœnæ impoſitio eſt in poteſtate legis .ff. de ver. ſig.l. aliud .§.1 .Et l.ſi qua pœna. Et melius .ff. de turpi. l. 1.§.1. verb. non vt Papæ. Nota tamen, quod Iudex in foro iudiciali poteſt pœnā in iure expreſſam minuere. l. Hodie. & ibi notata .ff. de peti. & l. Quid ergo. vide ſupra ver. pœna. 3.

Omnia hæretici bona veniunt confiſcanda.

Si vero Inquiſitor condemnat reum non tanquam hæreticum,ſed vt inobedientem vult punire, vel ſuſpectum ſeu redeuntem corrigere, & purgare,tunc poterit ei indicere mulctam pecuniariam, ſicut & poſſet pro ſuo motu alias pœnas iniungere,vt infra dicetur,cum in his caſibus non inueniatur in iure determinata pœna, ſed mero relinquatur Inquiſitoris arbitrio,vt c.ad abolendam,de hæreticis, & c. excommunicamus.eo.Caueat tamen Inquiſitor ne volens(vt iam diximus) imponere pœnam pecuniariam priuetur Iure auferēdi,& obtinendi omnia bona Inquiſiti, vel condemnati, & hæc pecuniaria pœna nō debet pro leui motu imponi ab epiſcopo, vel Inquiſitore,ſed tantum quando talis pœna videtur magis timeri,& magis reum purgare. Et nota quod clericus nō beneficiatus poteſt mulcta pecuniaria puniri,ſecus autem de beneficiato carente patrimonio, quia minuerentur bona eccleſiæ c.2 .§. nec ſcienter,de hære.Nam delictum perſonę non debet redūdare in damnum eccleſię.c.delictum,de reg.iur.li.6. Si tamen prouentus eſſent adeo pingues, quod & eccleſiæ poſſet prouideri,& clerico,non videmus quare cum indemnitate ipſius

Pecuniaria pœna mulctare reum quando poteſt inquiſitor.

ſius eccleſię, victum craſſiorem diminuendo, ipſe clericus non poſſet mulctari aliqua pœna pecuniaria, maxime ſi iudici videatur pro ipſius rei ſalute expedire. Ad hoc mouemur per dictum. Abb. in c. clericus. de fideiuſſ. vbi dicit ſic Clericus ſi fideiubetur (ſecundũ Hoſtien.) ſolum tenetur de patrimonio vel de redditibus beneficij quos facit ſuos. Et in c. peruenit. eo. dicit. Nota bonam practicam procedendi contra clericos debitores, vt redditus aſſignentur creditori. *Clericus mulctatus.* *Eccleſiæ redditus facti qui ſint.*

22 Pœna perpetui carceris morti ęquiperatur, & debet rariſſime infligi. Abb. in c. tuæ diſcretioni. de pœnis.

23 Pœnę interpretatio fit in deterius quotiens agitur de grauiſſimo delicto. Abb. in c. at ſi clerici. de iudi. vide Boſſium, in pract. tit. de coitu. damna. nu. 82.

24 Pœna effractorum carcerum eſt capitalis. l. 1. in prin. ff. de effract. carce. conſpiratorum vero effectu nundum ſecuto ſolum pro confeſſis, & conuictis. l. in eos. ff. de custo. reo. & ibi Angel. & Alberic. Et procedit hęc pœna capitis etiam in detẽto cauſa debiti publici, vel priuati, quia ſolum conſideratur violatio loci publici qui dicitur ſacer. vide Boſſium in pract. tit. de effracto. *Effractorum carcerum pœna.*

POTENTIA.

1 POtentia non tantum gentis, ſed potentia pecunię, vel malitię in reo delato conſideranda eſt. Grauius enim periculum inmineret teſtibus, ſi eorum nomina proderentur homini delato in cauſa fidei non generoſo, ſed alias malicioſo, ac ſatellitibus ſtipato, vel alio puerſo qui nihil haberet quid perderet, quam homini potenti genere, vel militi, ſeu nobili diuiti, aut mercatori locupleti, qui & ſi habet quod perdat non tamen vult ſeipſum perdere. Et hæc experientia quotidie euidenter cautos reddit Inquiſitores. Quare cum teſtiũ publicationes conceduntur, multum eſt delati conditio conſideranda. An ſcilicet ſit malicioſus, vel ſimplex, pauper, vel diues, habens ſocietatem peruerſorum hominum, vel proborum, & ſimilia. *Maliciæ, & pecuniæ potentia magis timenda.*

PRAE-

PRAECEPTVM.

PRęceptum pœnale inuentum a malis iudicibus fuit primũ ait Boſſius in pract. poſtea vero viſum eſt non abſurdum aliquando pro magnitudine cauſarum tolerare. iuxt.l. Ad beſtias.ff. de pœnis. & ſic in magnis criminibus modus procedẽdi per pręcepta ſub pœna confeſſi, & conuicti ſeruatur, vbi tamen adſit aliqua ſuſpicio contra eos qui maleficii arguuntur, licet de iure non poſſet procedi. quia tamen in criminalibus inſtar ciuilium proceditur l. abſentem .ff. de pœnis. Et a talibus pręceptis, & comminationibus prohibitum eſt incipere. C. Commina. vel epiſtola .l. 1. C. de executio. rei. iudi. per glo. Bar. & Doct. in l. de pupillo .§. meminiſſe .ff. de oper. no.nuntia. poteſt procedi. diffuſius vide Boſſium in pract. tit. quomodo procedi. per præcept. nu. 1. & 13. 1

Sub pœna cõfeſſi, & conuicti criminis

Præceptum iudiciale, an dicatur interlocutoria, vel diffinitiua ſententia. vide Abb. in c. Dudum, & in c. fin. de confeſ. 2

Præceptum, an poſſit per Iudicem fieri ſine cauſæ cognitione, quod tamen iuſtificatur per clauſulam, ſi ſenſeris te grauatum compareas. glo. in l. de pupillo .ff. de noui oper. nun. Et in c. ex parte. 1. de.ver. ſig. Abb. in c. 1. de cau. poſſ. & propr. 3

Præceptum Principis ęquipollet legi. Abb. in c. Quanto. de conſuet. Pręlati autem præceptum quomodo, & ad quid liget ſubditũ. vide glo. in c. ad aures. de temp. ord. & ibi Innoc. 4

Lex quomodo abrogetur

Præcepti lex tollitur, ſi moribus vtentium non recipiatur, niſi inducat ex natura ſua peccatum ex contrauentione, vt quia concurrat cum lege diuina, vel naturali. Abb. in c. cum olim. de cler. coniug. 5

PRAELATVS.

Prælatus quis.

PRęlatus dicitur qui habet ordinariam iuriſdictionem, ſed late ſumpto vocabulo, dicitur quilibet habens curam animarum. Abb. in c. decernimus. de iudi. Propter quod prælatorum appellatione non ſolum Epiſcopi, ſed etiam inferiores veniunt, cap. primo. de æta. & qual. ord. & Hoſt. in cap. ab eccleſiarum. de offic. ordi. dicit quod appellatione prælati venit etiam ſimplex rector curatæ eccleſiæ. 1

Prælatus

2 Prælatus quantuncunque criminoſus antequam prælatura priuetur poteſt in ſubditos iuriſdictionem exercere, & ad id quod poteſt in ſubditos iuriſdictionem exercere. Et ad id quod opponi poteſt di.c.iudicet ille 3.q.7. reſpondetur quod nō loquitur de poteſtate iudiciaria, ſed quo ad meritum vitę, quia prælatus magis delinquit corrigendo alium, & nō ſe, ſed tamē corrigere poteſt. vide Innoc. in c.cum noſtris, de cōceſ. præben. & melius in c.cum venerabilis, de except. vbi dicit ꝙ etiam contra delegatum non poſſum excipere de crimine, quia criminoſus poteſt eſſe iudex, ſed de infamia bene poſsū excipere. & plus voluit in c.ſiſcitatus, de reſcript. Abb. in c.de priore, de appell. vide ibi. *Criminoſus.* *Prælatus alios, & non ſe corrigēdo delinquit.* *Criminoſus poteſt eſſe iudex.*

3 Prælatus ob notoriam infamiam ſi paratus eſt ſe purgare non eſt remouendus, in c. vlti. de purg. cano. Abb. in c. quia nos. de appell.

4 Prælatus non repetens res eccleſiæ, vel pauperum ex negligētia, peccat mortaliter, etiam ſi id faciat, vt ſtrepitum vitet; niſi ſpem haberet recuperandi illas ſine ſtrepitu. Abb. in c. nihil. de præſcript.

5 Prælatus ſciens eccleſiam ſuam poſſidere non ſua, quid facere debeat. vide in cap. vltim. de præſcriptione. & ibi Abb. diffuſe.

PRESBYTER.

1 PResbyteri non de ſeipſis tantum, ſed etiam de his qui, vt teſtes contra alios examinātur, poſſunt torqueri, maxime ſi ſunt infames, vt dicit Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & vide Salic. in l. præsbiteri C. de epiſco. & cler. qui dicit priuilegium præsbiteri eſſe, vt non de facili torqueatur, & ita loqui illam legem, ſed tamen ſi cōtra eum militent magna indicia poteſt torqueri c.1. de ſponſ. & hæc optima cōcordia, quæ comprobatur ex dicto Abb. in di. c. cum in contemplatione. vide Boſſium in pract. tit. de tortura teſt. nu. 6. De in dignitate autem poſitis videtur Bart. in l. ex libero. ff. de quæſtioni. declarare hanc concluſionem, vt non poſſint torqueri quando examinantur vti rei, ſecus vti teſtes, quia tunc vult *Torqueri ob quæ poſſunt presbyteri.*

vt tunc

vt tunc nulla habita ratione ad dignitatem ſi vacillant, nō autem ex alia cauſa torqueantur, per l.nullam C.de teſti.& Bar. ſequitur brunus in ſuo tract.chart.76. vide Boſſium in pract. tit.de tort.teſt.nu.12.vide ibi.

Iuriſdictio parocborum.

Presbyteri parochiales habent iuriſdictionem quantum ad forum conſcientiæ ſuper ſubditos ſuos, non autem quantū ad forum iudiciale, quia non habent ius quo ſubditi corā ipſis poſſint conueniri in cauſis contētioſis Ad id autem quod obiici poteſt, quod iuriſdictio habet coertionē, reſpondetur quod verum eſt de iuriſdictione in foro exteriori, non autem de iuriſdictione in foro cōſciētię (quoniam vt dicit Albertus) multis aliis modis, per exhortationem, & monitiones, ac commimationes poteſt parochus ſubditos ſuos auertere a malo, & ſi hoc non valet, poteſt recurrere ad ſuperiorem, & per illius auctoritatem excommunicatos denunciare. Et quamuis forum pœnitentiale ſit dignius, tamē in foro iudiciali requiritur maior ſolemnitas, quia in eo oportet quod non ſolum Deo, ſed etiam hominibus ſatisfiat. 2

Solemnitas maior requiritur in foro iudiciali quam in pœnitentiali.

Nota etiam ſecundum Alexādrum de Halis, quod poteſtas excommunicandi non eſt annexa ordini ſimpliciter, ſed iuriſdictioni, & non cuicunque, ſed iuriſdictioni in foro exteriori, Io. de Tur.Cre.ſuper c.nemo. cauſa ſecunda. 3

Cui iuriſdictioni ſit annexa excommunicandi poteſtas.

PRAESCRIPTIO.

PRæſcriptione de iure canonico crimina non tollūtur, glo. in c.admonere.30.q.2.in ver.pænitentia.quod quomodo intelligatur ponit Decius in c.licet cauſam, de proba. & adde quod præſcriptio viginti annorum de qua in l. querela. C.de falſ.incipit a die commiſſi criminis.adde etiam ſi præſcriptione eſt ſublatum crimen, minus proderit reo, quam ſi cōſtaret eum non deliquiſſe, quia primo caſu (ſi tamen proceditur) poteſt iudex illum non comparentem condemnare, ſecus ſi conſtaret eum deliquiſſe.ita Bar.in l.abſentem.ff. de pœnis.Si uis autem ſcire quanto tempore præſcribatur contra fiſcum, vide Bald. in tractat. præſcriptio. in ſecunda parte quintæ partis principalis, & Boſſium in pract. tit. de fiſco, & priuilegiis 1

eius,

eius. Io. de Turre Crem. in primo. quod autem 16.quæſt.3.

PRAETOR.

1 PRætor non poteſt iudicare in criminalibus ſine conſenſu, & deliberatione iudicis ſui, vel iudicum, vt maturius res procedat, præſertim cum de hominis vita tractatur, nec debet cogere iudices ad conſentiendum condemnationi, vel abſolutioni indebitæ, quod ſi ſecus faciant, grauiter tenentur. & vbi Iudices vident fieri iniuſtitiam, debent reſiſtere quantum poſſunt, & proteſtari contra prætores, quia etiam ex ſola taciturnitate tenētur in ſindicatu. Angel. in l.2. C. de pœnis. vide Boſſium in pract. tit. de ſent. nu.27. *Taciturnitas ſindicatu digna.*

2 An autē prętor excuſetur propter Aſſeſſorem, vel eius conſiliū, & de male geſtis Aſſeſsorum, & qui ſint Aſſeſsores, & ad quid teneātur, & de huiuſmodi materia Aſſeſsorum, vide Paridem de puteo . in ſuo tract.

PRAEVENTIO.

1 PRęuentio ex ſola citatione cauſatur. c. propoſuiſti, & cap. quantum. de off. deleg. & l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. quę citatio ſit videlicet, legitima, alias non. Ro. conſ. 412. incipien. pro habenda & Abb. in di. c. propoſuiſti. De qua materia præuentionis vide per Iaſon. & Lancil. & Dec. in l. ſi pluribus. ff. de leg. Sed ſi eadem hora coram duobus inchoatum eſt iudicium quod tunc ceſſat fundamentum præuentionis, tunc reus debet recurrere ad ſuperiorem, quando ſub eodem ſunt iudices, & inſtare ne ex eodem delicto vexetur in duobus locis, & quod cauſa remittatur ad vnum tātum. quam petitionē exaudiet Princeps, & in dubio remittenda eſſet ad eum, per quem magis iuſtitiæ locus aperiri videatur. Hoc etiam debet facere alter Iudex, niſi velit maligne agere. Bal. & per eum alleg. in l. nulli, in fin. C. de Iudi. ſed ſi nollet, quia obſtinate vterq; diceret, remittat alter. vel eſſemus in diuerſis dominiis, tunc forte eſſet quęſtio dirimenda. Marian. in di. c. propoſuiſti, de for. cō pet. vel ambo ſimul poſſent cognoſcere. ſecundum Abb. in c. fin. de for. compet. In cauſa autem fidei potior ratio eſt Inquiſitoris. Vide ſupra in ver. Inquiſitor.

PRAESVMPTIO.

Quid. PRæſumptio ſecundum ſpec.eſt argumentum ad credendũ 1
vnum factum ex alterius probatione ſurgens, puta ex co-
habitatione perſonarum ſuſpectarum præſumitur coitus, vt
Quottuplex. 27.q.1.c.ne aliqua,& de pręſumpt.c.literis,& c.Tertio,& no-
ta quod præſumptio eſt triplex,videlicet temeraria, probabi
lis, & violenta.

Pręſumptio temeraria eſt,quę ſurgit ex malis hominibus, 2
& ex vilibus cauſis ac leuibus, & hæc tamquam inualida a iu
re repellitur.

Præſumptio probabilis ſiue veriſimilis dicitur illa,quæ ſur 3
git ex cauſis,& ſuſpitionibus multis fama ſuper his crebreſcẽ-
te,& hæc(vt ait ſpec) inducit purgationem canonicam, vt c.
quis.De purg.cano.

Violenta pręſumptio eſt, quę ſurgit ex veriſimili probatio 4
ne, & dicitur præſumptio iuris, quoniam ius pręſumit ita eſ
ſe,vt puta ſi appareret chyrographũ cancellatum, ius præſu-
mit debitorem eſſe liberatũ .ff. de proba.§. ſi chyrographũ,
& ex tali pæſumptione etiã ſi talis pręſumptio non probetur,
nec allegetur per partes, poteſt Iudex procedere ad diffiniti-
uam ſententiã.ſufficit enim quod Iudex ex variis circunſtan-
tiis iudicio intellectus illam præſumptionem percipiat,ſeu eli
ciat, quamquam pars credat ob probationis defectum in cau
Sententia lata ſine probationibus. ſa ſuccumbere. & ſic aliquando valet ſententia lata ſine pro-
bationibus,cum ſcilicet ſubſunt præſumptiones violentę,etiã
in actis nõ probatæ, & per hoc dicitur multum reſtringi glo.
in c.Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.& Innoc.in c.tua. de co
hab. cler. & mulier. vbi cõmuniter notatur ſententiam non
valere ſine probationibus. debent enim omnia reſtringi, quã
do nihil agitatum eſt in cauſa, quia tunc pręſumitur lata ani-
mo non inſtructo, ſecus autem ſi aliquid in cauſa eſt agitatũ,
licet nullę probationes fuerint factę.quia poterat iudex moue
ri aliquibus pręſumptionibus quas ipſe elicuit iudicio intelle
ctus.vt optime probatur in c. Afferte. de pręſumpt. exemplo
Salomonis iudicantis inter duas meretrices.

Nota

5 Nota tamen quod quando fert ſententiam diffinitiuam ex præſumptionibus violentis, debet multum temperare ſententiam ipſam, & maxime ne condemnet niſi raro, & modice ad pœnam nec pecuniariam, nec corporalem, exemplo Salomonis qui alteri mulieri filium cum adiudicaſſet, alteram ad mortem noluit condemnare, quæ pro certo erat condemnãda, ſi legitime fuiſſet probatum contra illam, quod filium alterius ſurripuiſſet. ſecundum Innoc. & Abb. in di. c. afferte. *Ex præſumptionibus lata ſententia debet temperari.*

6 Nota & aliã præſumptionis ſectionem, videlicet. Alia eſt præſumptio iuris ſimpliciter. alia eſt, iuris & de iure. & alia hominis. Prima iuris tantum, vt quando ius præſumit aliquid, ſed ſuper ſua prȩſumptione non firmat in tantum pedẽ, vt ſuper illam quid ſtatuat. & contra talem præſumptionem ſemper admittitur probatio in contrarium, vt dicit glo. in c. ferrum. diſt. 50. Et quandoque ius ſtrictiorem exigit probationem vno caſu quam alio, vt in c. Quia veriſimile. de pſumpt. & c. ſuper hoc. de renun. & in l. Non eſt veriſimile. ff. Quod met. ca. Quandoq; vero non prȩſumit in tantum, vt requirat probationem in contrarium, ſed ſolum exigit vt indicatur purgatio. vt 2. q. 5. c. presbyter ſi. Et in c. 2. de purga. cano. Et in hoc non poteſt dari certa doctrina, ſed ſerua legẽ ſecundum quã diſponit ar. in l. proſpexit. ff. qui & a quibus. Et 6. q. 3. c. ſcriptum eſt.

7 Secunda quæ dicitur iuris, & de iure, eſt quando ius præſumit ſuper incerto ex aliquibus cõiecturis, in tantum quod ſuper illis ſtatuit aliquid ac ſi veriſſimum eſſet. Vt in c. is qui. de ſpon. vbi dicitur. Si quis cognouerit carnaliter ſponſam de futuro, præſumitur quod ſecũ voluerit contrahere matrimoniũ per verba de præſenti, nec admittitur probatio in contrariũ. *Iuris, & de iure.*

8 Tertia dicitur præſumptio hominis, & eſt quando iudex ex aliquibus coniecturis aliquid pro vel contra aliquem, vel in aliqua cauſa præſumit, vbi ius ſpecifice non præſumit. exẽplum in c. ſuprad. afferte. de præſumpt. & 4. q. 3. c. ſi teſtis, & l. 3. ff. de teſti. vbi dicitur, quod iudex debet ſui animi motum informare ex argumentis, & teſtimoniis quæ rei aptiora *Hominis.*

eſſe comperit. Cum enim Iudex non poſſit perduci ad veritatem,& certam facti cognitionem per aliquem ſenſum corporeum, niſi factum eſſet notorium permanēs,oportet quod ad ducatur ad firmam credulitatem ex præſumptionibus, quæ quidem præſumptiones cauſantur ex multis coniecturis, & ex dictis teſtium. Nam iudici non conſtat, quod teſtes verum dicant, & maxime quando ſunt contrarii, ſed ex multis argumentis, & coniecturis hoc præſumit, ideo dicit lex quod ſui motum animi Iudex informare debet ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe cōperit, & vero proximiora. Nec enim ad multitudinem reſpicere oportet, ſed ad ſinceram teſtimonii fidem, & teſtimonia quibus potius lex veritatis aſſiſtit, vt in c. teſtis.4.q.3.& l. 3.ff.de teſti. vbi glo. quod ſi teſtis cito reſpondet, eſt præſumptio quod ſit mēdax. ſi vero eſt moroſus, præſumitur dubitare, vt 5.q.5 .§. ſed aliud. & ſuper hoc non poteſt dari certa doctrina, ſed ex variis coniecturis, & argumentis ſeu indiciis, & ſecundum quod coniecturæ magis vrgent, cauſatur violenta, quandoque probabilis, & quandoque temeraria preſumptio, de quibus ſupra ſatis dictū eſt. Nec curandum putamus qualiter ſuſpicio ſiue præſumptio, an ſcilicet vehemens, an probabilis, an violēta, an neceſſaria, quia hæc ſunt magiſtralia magis quam iuris vocabula. Aſſumunt enim ſibi nomen ſecundum ipſarum potentiam. Nam appellatur violenta illa quæ ſufficit ad ſententiam, quia quaſi violēta t Iudicem ad credulitatem. vehemens dicitur quia in tantū vrget, quod vehemēter facit Iudicem ſuſpicari contra reum. probabilis quaſi proba ſeu recta, ideſt iuſte cauſata, & non temere, vel quia reddit factum veriſimile, non tamen ita violenter, quod ſufficiat ad ſentētiam. Vide bonam glo. in c. inſinuatum. in fi. de ſimo. ſed facit ſemiplenam probationem, & quodammodo inducit purgationem canonicam, vt in c. ſi quis. de purgat. cano. Nota ex ſequentibus, quæ de præſumptionibus ex doctorum ſcriptis extraximus.

Non multitudo ſed fides teſtimonii conſiderari debet.

Magiſtralia iuris vocabula.

Vehemens.

Probabilis.

Et primo aduertēdum eſt, quod prēſumptio vna per duas vel vnam potentiorē tollitur. c. 1. de treug. & pa. & in authen, 9

Itaque

Itaque. Barba. in conſ. 23. primæ partis, & conſ. 8. ſecundæ partis.

10 Ex pluribus præſumptionibus inducitur plena probatio. glo. in l. 2. ff. de execu. tuto. quam glo. magnificat Bal. in rubr. C. de prob. Barba. conſ. 45. 2. partis.

11 Quod præſumitur dicitur probari eo ipſo quod contrariū non probatur. c. poſtulaſti. diſt. 82, & c. Illud.

12 In malefactis ſemper p̃ſumitur malus animus, & dolus prima fronte. Facit l. 1. de ſicar. niſi probetur contrarium, vel prę ualeat contraria præſumptio. ff. ad l. aquil. Abb. in cap. eſtote. de reg. iur. *Malus animus quando præſumitur.*

13 Præſumendum eſt pro illo qui offert ſe iuſtitię ſeu iudicio, & contra illum qui ſubtrahit ſe a iudicio. videtur enim quod ſubterfugiendo quis iudicium interpretatiue ſaltem confiteatur delictum. Nec tamen confeſſio præſumpta ſufficit, vt reus ſtatim condemnetur ſuper principale, ſed punitur quandoq; propter contumaciam in expenſis, & quandoque pœnam patitur grauiorem. C. de iudi. l. ſancimus. & 3. q. 9. vbi dicit Præpoſ. Nota quod contumax habetur pro confeſſo. in c. cum cō tumacia. de hære. li. 6. contumax videlicet contra quem proceditur ſuper diuerſis delictis, quorum aliqua probātur, uidetur haberi pro confeſſo, ſuper aliis non probatis ex ſola contumacia. ſecundum Hugu. ar. c. cum contumacia. de hære. li. 6. *Sponte ſe offerens iudici de ſe bonam facit opinionē.* *Cōtumax pro confeſſo habetur.*

14 Præſumptio ſeu ſuſpicio vehemens ſuperueniens vehemē ti in violentam ſuſpicionem tranſit. Gemin. in c. accuſatus de hæret. lib. 6. *Vehemens uehementi ſuſpicioni ſuperueniēs facit uiolentam.*

15 Et nota quod emendatus ſeu correctus per Iudicem de crimine, non remanet omnino integer, nec reſtituitur priſtinæ præſumptioni naturæ, qua quilibet pręſumitur bonus, vt in c. fin. de præſump. ſed in factis arduuioribus remanet præſumptio contra illum. Nam in c. teſtimonium. de teſt. emendatus licet præſumatur idoneus in cauſa ciuili, non tamen in cauſa criminali. Adde ex Abb. in c. teſtimonium. de temp. ord. & c. vltim. quod licet pænitentia reatum abſtergat, & priſtinę cō ditioni reintegret, non tamen ex toto, quia pręſumitur cōtra *Emendatus per iudicem non plene reſtituitur priſtinæ famæ.*

cum

cum qui ſemel fuit criminoſus etiam poſt peractam pœniten tiam. quod not. ad limitandum c. ferrum, diſt. quinquageſ. Alibi tamen videtur textus notabilis innuere, quod triennalis temporis teſtimonium ſufficit ad augmentum uirtutis, & vt præſumatur bonę uitæ, in auctẽ.de mona.§.humana autẽ natura. Abb. in c. teſtimonium. de teſti. Et nota quod quis dicitur emendatus de crimine, cum de illo egit pœnitentiam. nã ſecundum Io. And. ſuper ver. perſeuerare. ſuprad. c. quod perſeuerare in delicto quis dicitur, ex quo nõ egit pœnitentiam, vel ſimulatam egit, & ad vomitum rediit. de pœni. di. ſecunda. in princip.

Emendatus quis dicatur.

Ex in uerisimili.

16 Pręſumitur falſitas contra teſtes contra veriſimile deponẽtes, niſi ſint tales de quibus non eſt veriſimile quod deierare debeant, vel niſi habeant pręſumptionem aliquam ſecum, puta famam vel ſimile. Abb. in c. ſcribam. de præſump. vbi etiam notat pręſumptionem triplicem ex pręſenti, & triplicem ex futuro. Vide ibi.

Ex ſigno.

17 Præſumptio ſurgẽs ex ſigno tollitur, ſi probatur illud ſignũ ęquiuocum ad plura. Ex quo colligitur, quod ſignum ęquiuocum ad plura non probat, nec pręciſe pręſumptionẽ facit pro altero tantum. Facit c. cum dilecto. de proba.

Validiori prę ſumptioni eſt ſtandum.

18 Nota quod quando duæ pręſumptiones contrariæ oriũtur contra aliquem, ſtandum eſt validiori, & ſi vna præſumptio vehementior elidit aliam minus vehemẽtem, & ad hoc quotidie allegatur talis textus. ex quo not. quod ſi concurrũt duo dicta cõtraria ab eodem, vnum cum iuramento, aliud ſine iuramento, ſtandum eſt dicto non iurato ſi coniecturæ ſunt pro eo, magis quam pro dicto iurato. ceteris tamen paribus potius pręſumendum eſt pro dicto iurato licet poſtea emanato, quam ſimplici aſſertioni prius factæ. vide not. in c. per tuas. de proba. & Bar. in l. eos. ff. de falſ. Quod ſi teſtis prius dixiſſet vnum extra iudicium ſine iuramento, & in iudicio contarium cum iuramento, ſtandum eſſet ſecundo dicto propter pręſumptionem iuramẽti, niſi ſubſint aliæ pręſumptiones pro primo dicto, ſicut in hoc textu, quia videlicet tempore quo dixit primum

Pro dicto iurato præſumitur.

mum dictum erat accenſus zelo fidei. Abb. in c. literas. de prę ſumptione.

19 Nota etiam quod non quęlibet præſumptio ſufficit ad condemnationem, ſed requiritur uiolenta vt iam dictum eſt. Vnū tamen ex textu habeas, quod quanto crimen eſt grauius, tāto pręſumptiones debent eſſe vehementiores, quia vbi maius periculum, ibi cautius eſt agēdum, vt in c. vbi periculum. de electio. li. 6. facit hæc litera argumentum ſecundum Io. An. quod propter pręſumptionem minarum, vel iniuriarum quis nō ſit condemnandus de homicidio, de quo neſcitur a quo factum ſit, & remittit ad ſpec. eo. tit. §. 5.

Sola violenta præſumptio, eſt ſufficiens ad condemnationem.

20 Ad pręſumendum tamen aliquem eſſe hæreticum leuia ſigna ſufficiunt, vt dicit Innoc. in c. ſicuti, de hære. nam ſola leuis ſuſpicio ſatis eſt ad hoc quod cōtra aliquem fieri poſſit inquiſitio de hæreſi, vt p Geminianum in c. Inquiſitores. eo. tit. li. 6. imo ex leui argumento, vel indicio inducitur ad ſuſpicionem. ſecundum Abb. in c. tertio loco. de proba. circa fin. & dicitur patere illud, de quo conſtat per pręſumptiones, vt idem Abb. in c. ad noſtram de empt. & vendi. Memento tamen tu Inquiſitor, quod vbi maius eſt periculū, ibi etiam cautius eſt agendū in c. vltim. de elect. li. 6. & quia periculum ſubuerſionis a fide omni alio periculo eſt grauius, ideo cautius agendum eſt ſcilicet ad condemnationem.

Leuia ſigna ad præſumendum aliquem eſſe hæreticū.

21 Præſumitur in dubio pro hæreſi, & contra hæreticum, ſaltem ad pœnitentiam ſalutarem imponendam. argumentum in c. literas. de pręſump. ſicut, & in aliis tangentibus periculū animæ c. ſignificaſti. de homicidio 2. Zabar. in Clem. 1. de hære. §. verum. Scilla. de fide catho. c. 34. Imol. in cle. 1. de hære.

In dubio præſumitur contra hæreticū.

22 Præſumitur contra criminoſum, vel morboſum qui ſemel fuit criminoſus, & onus probandi contrarium transfertur in eum propter præſumptionem contra illum facientem. glo. & Doct. in c. cum inter cano. de elect. & ibi Abb.

Semel malus ſemper præſumitur.

23 Pręſumitur pro proceſſu iudicis, quando eſt lata ſententia, & in rem tranſiuit iudicatam. Innoc. in c. dudum. de electio. & ibi Abb. & plenius in c. quoniam contra, de proba.

Præſumptio

Præſumptio omnis ceſſat in probatione quæ offertur incō 24
tinenti,vt in c.literas,de reſti.ſpol.Abb.in c.ex parte 2.de off.
deleg.& c.ſciſſitante.de in integr.reſti.

Bonitas in nobili ſemp̄ præſumitur.

Prę ſumptio maior eſt bonitatis in viro nobili,& ingenuo, 25
quam in viro vilioris conditionis,vt not.in c.1.de purg.cano.
facit l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de ędil.edic.& c. afros,
& ibi glo.diſtinct. 98. & quod notatur in cap. venerabilem,
de electio.

Pro principe p̄ſumitur niſi ſcādalum immineat.

Prę ſumitur pro tabellione quod in actis verū ſcripſit.Abb. 26
& præſumitur pro Principe quod iuſta cauſa facit, nec admit
titur probatio in contrarium,vt not. Cyn. in l.reſcripta C.de
preci.imper.offer.Limita tamen hoc nō procedere, niſi reſpe
ctu ſuorum ſubditorū,vt not.Innoc.in c.Inquiſitioni, de ſent.
excommunicationis. Limita etiam quando timeretur ſcanda
lum futurum,ſeu turbatio chriſtianitatis, ſeu peccatū fieret,
quia tunc eius mandatis non eſt obediendum, nec præſumi-
tur mandare ex legitima cauſa,vt not.Inno. in di.c.inquiſitio
ni.de ſent. excom.

Præſumitur ex præteritis circa futura.tex.eſt in c. manda- 27
ta,& c.ſcribam. de præſump.& ibi Abb.

Pro literato.

Præſumendum eſt magis pro viro literato,vt non incline- 28
tur ad paſſiones,vt ignarus.Abb.in c.cum in iuuētute. de præ
ſump.& pro illis qui iudicio principis, ſeu populi dignitatem
ſunt adepti. Abb.vbi ſupra.

Præſumitur bonus quilibet bonitate intrinſeca, nō autem 29
bonitate extrinſeca.Abb.in c.dudum. de præſump.

Præſumptiones variæ ad ſententiam ferendam coniungi 30
poſſunt.Abb.in c. a nobis.qui matri. accuſ poſſ.

P R I N C E P S.

PRinceps non arctatur ad obſeruantiam ſolemnitatis iudi- 1
cialis,quia quicquid facit princeps,facit vt Deus,in auct.
de hęred.& falc.ergo ſola facti veritate attenta debet iudica-
re,cum Deus ſit ipſa veritas,vt not. in c. cum omnis. de teſti.
quæ non fallit nec fallitur. Georg. nata. in repet. Clem. ſæpe
de ver.ſig.& ideo debet habere mundum calamum,& vnum,

Mundum calamum,& vnam linguā.

ac vnam

ac vnam linguam,& non plures.quia ſcriptum eſt, quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. & propter hoc trahens ad ſe aliquam cauſam nō poteſt dici Iudex incompetēs, quin imo poteſt commutare vnam pœnam in aliam, & corporalē in pecuniariam. Et nota quod licet Princeps habeat poteſtatem in criminalibus mutandi,vel etiam tollēdi pœnam, non tamen quo ad damnandum iam abſolutum. Perquire leges quæ verba faciunt de remedio principis,& comperies eas ita loqui.Nam l.relegati in fi.ff.de pœnis, q̃ allegat Afflictus ita loquitur.pariter & .§.fin.& l.diui .ff. de quæſt. & ſic etiam loquitur.l.moris.§.Iſtæ fete.& l.aut damnum.§.fin.ff.de pœn. & l.1.§.deinde adiecit,verſ.de qua.ff.de poſtula.

2 Principis delegatus fungitur vice principis.c. ſane. 2. de off. deleg. ſicq; poteſt omnia quæ poteſt princeps in re commiſſa, ideo etiam præfertur ordinario etiam maiori, vt in di. c. ſane. Et honoratur tamquam princeps in re commiſſa, non tamen quo ad principem,ſed quo ad alios, vt declarat Decius in di. cap. ſane. *Delegatus Principis.*

3 Princeps ſi facit contra ius,pręſumitur facere ex cauſa.Doctores in l. fin. c. ſi contra ius. Et in c. Inquiſitioni.de ſent. excommunicationis. Abb.in c. ſuſcepti.de cau.poſſeſſ.& ꝓprie. *Contra ius ſi facit.*

4 Principi mandanti fieri aliquid contra ſuum ſubditum eſt parendum,etiam mandanti quod quis ſuſpendatur,quia præſumitur moueri ex cauſa debita. Abb.in cap. cum olim. de ſent. & re. iudi.

5 Principes Chriſtiani omnes ſubduntur Papæ, ideo in concernētibus ſalutem animę, vel decorem chriſtianę religionis tenentur omnes conſtitutiones Papæ ſeruare. Abb. in c. conſuluit. de appell. *Papæ in quibus ſubdātur Principes.*

6 Principes, & poteſtates tenentur ſub præcepto compellere Iudæos ad reſtitutionem vſurarum. cap. Poſt miſerabilem. de vſuris. *Quo ad Iudæos.*

PRINCIPIVM.

1 PRincipium dicitur quod eſt ante medium,ita quod ſi quis teneatur aliquid facere in principio ſui temporis, ſufficit,

priuilegium conceditur contemplatione perſonæ,ita qnod ꝑ ſona ſit cauſa immediata priuilegii,quod tunc extinguitur ex tincta perſona, vt in di. locis. Zaſius. ſing. 2. & 4.

2 Priuilegia eadem habet Princeps, Aguſta, & Fiſcus. l. fiſcus cum in priuati. §. fin. ff. de iure fiſci, Salic. in l. fin. C. de priuilegiis fiſci. glo. in rubr. C. de iure fiſci. Et ideo in priuilegiis fiſci etiam recurras ad priuilegia principis. de quibus per Iacobinum de Sancto Georgio in ſua inueſtitura, in ver. princeps Pedemõtium. Et nota quod priuilegia fiſco damnoſa reſtringuntur ad minus fiſci pręiudicium, vt eſt textus vltra eum. & ibi Iaſon. in l. Nec damnoſa. C. de precibus imper. offeren. *Priuilegia fiſco damnoſa.*

3 Priuilegium contra ſolitum morem priuilegiorum eſt de falſitate ſuſpectus. Abb. in c. cauſam. de teſti.

4 Priuilegium conceſſum perſonæ, vel collegio perditur vna contrauentione ſpontanea, etiam ſi ſit conceſſum in rebus eccleſiæ. Si loco pio, vel eccleſiæ requiritur tempus annorum quadraginta. Intellige primum quando concernebat tantũ fauorem perſonæ, ſecus ſi vtile ſit eccleſiæ. Abb. in cap. per illorum. de præben. *Perſonale priuilegium quomodo perditur.*

5 Priuilegium perditum de cuius veritate, & tenore, ac perditione conſtat per teſtes, poteſt innouari. cap. cum olim. de priuileg. ibi vide.

PROBATIO.

1 PRobatio licet laudationem imo pluſquam laudationem proprie ſignificet. Cic. ad Marium li. 7. Iſtam rationem horti tui, & laudo vehementer, & probo. demoſtrationem tamen quandam ſignificare inuenimus. Plaut. in Rud. Non probare pernegando mihi potes. & Lucre. li. 2. Huic ſatis illud erat planum facere atque probare. Probatio igitur erit ad propoſitum noſtrum, rem aliquam per demonſtrationem oſtendere. *Probatio quid.*

2 Sed nota quod probari oportet de ſubſtantia magis, quam de qualitate delicti. glo. in l. ſi arbiter. ff. de proba. Bald. in conſ. 465. in 4 vol.

3 Probatio præſumpta, non autem vera dicitur quæ ex teſte

Præſumpta. integro fama publica, & pluribus adminiculis reſultat. Bal.in c. 1.§. cum autem, in vlt.col. in penult.quæſtionc.de contro. inueſti. & in rubr. c. de proba. & Iaſon in l. admonendi .ff. de iureiur. Et hæc probatio admittitur in occultis criminibus, q̃a in terminis in quibus loquũtur,videlicet in teſte integro, cum aliis adminiculis in quolibet crimine ſequitur plena probatio. vide Boſſium in pract. tit. de conuictis.

Probatio per præſumptiones, & coniecturas admittitur in 4
probandis ſimulatis actibus,& fraudulentis. Bar.in l.poſt contractum.ff. de donatio. Et Iaſon in l. cum ea. col. 2. Item in crimine falſi in ſpecie vbi ciuiliter agitur. Et in quolibet alio crimine difficili ad probandum ſufficit talis probatio. Bar. in l. ſi quis ex argentariis .§. an hæred.ff. de edendo. Ibi Iaſon. vide Boſſium in pract. tit. de part. ſuppo.

Luce meridiana clarior probatio. Probatio in criminalibus debet eſſe luce meridiana clarior 5
l. ſciant cuncti.c. de proba. quæ dum loquitur de conuictione teſtium,addit, idoneorum, dum vero de cõuictione inſtrumentorum,addit,apertiſſimorum.& dum loquitur de conuictione indiciorum, addit,indubitatorum, ac etiam luce meridiana clariorum. Quæ lex eſt canonizata. :. q. vlt. c. ſciant cuncti. Facit l. qui ſententiam. C. de pœnis. & cap. Epiphanium. 5. quæſt. 6.

In cauſa etiam ciuili excedente decem libras auri, Anchar. 6
in conſ.65.& in cauſa ciuili ardua ſecundum Doctores in di. l.ſciant cuncti,& Iaſon in l. 1.col.pen.C.de ſum.tri.& fi.car.ac etiam procedit vbi agitur ad commiſſionem pœnæ applicandæ parti. Alexan. in conſ.33.2.vol.de quo vide Ioan.de Imol. in conſ. 187.

Item proceditur per accuſationem, ſiue ꝑ Inquiſitionem, 7
Anan. in conſ.39.colum.1.in fin.& ex his procedit etiam ſine dubio nõ ſolum ſi agatur de magna cauſa criminali,ſed etiam de minima. & aduerte ad id quod Doctores dicunt per di.l. ſciant cuncti, quod probationes debent eſſe luce meridiana clariores,quia non tantum rationem habent ad cõditionem perſonarum quod debeant eſſe idoneæ ſicut dicit dicta lex,& conſe-

conſequenter omni exceptione maiores ſecūdum Doctores, verum etiam ad dicta.& ideo requiritur, vt facto ſe dicant interfuiſſe, vt dicit Albericus in eadem l.col.1.& non per coniecturas, quæ tamen ſufficiunt, vbi ciuiliter agitur, iuxta dicta. Bar.in l.prætor ait.§.prætor ait,& ibi Iaſon .ff. de eden.& per Marſil.in tit.de quæſtio.char.45.& in l ſi quando c.vnde.uide Salic.in c.50. col.pen. ſed in criminalibus ſubtilior debet fieri indagatio veritatis, & maiori cum ſubtilitate teſtes ſunt interrogandi.vide ibi omnino,& Boſſium in pract.tit.de conuictis nu.11.12.13.& 14.

8 Probationes imperfectę vtrum ad faciendam plenam probationem poſſint coniungi. vide Abb. in cap. cum cauſam. de probatio.

Et nota ex Lucerna Inquiſitorū quod probatio habet ſuos gradus, quia aliquando Iudex incipit ſuſpicari, hoc eſt leui argumento inclinare in vnam partem, aliquando incipit opinari, hoc eſt inclinare animum ſuum in vnam partem ratione forti, non tamen ſic, quin credat partem contradictoriam fore poſſibilem. aliquando credit ratione forti in tantum quod in nullo dubitat de contrario, & iſta eſt plena probatio,& naturalis Probantur iſta.ff.de quæſtioni.l.1.quæ probatio plena facit Iudici plenam fidem, vt notatur C.de eden.l.procur.ff. de condi.ob tur.cau.l.1.facit quod notatur.ff.de proba.l.quinquaginta.hæc Io.de ligna. in repetitio. ſuper Clemen. ſæpe. de verbo. ſignific. *Probationis gradus.*

PROCEDERE.

1 Procedere non poteſt Iudex contra aliquem eo quod præſtiterit opē, vel auxilium ad aliquod maleficium, niſi prius conſtet de maleficio principali. ſimiliter non poteſt procedi quod quis mandauerit maleficium fieri, niſi prius de mandatario conſtet. & eſt textus vulgaris quem neſcire eſſet maximum dedecus.in l.ſi is qui rem.la 2.§.ſi tu ticium.ff. de furtis, & ita Bar. ibi. Poteſt tamen ſimul procedi contra principalē, & acceſſorium, nam ſimul omnes accuſantur, & accuſari poſſunt, vt per Felinum in c. 2. de accuſa,& habitis indiciis de vtroque *De maleficio principali cō ſtare debet priuſquā procedatur contra Auxiliatorem.*

vtroque formatur contra ambos inquiſitio, & ſic etiam auxiliatorem. Vnde non dico quod prius debeat conſtare de principali antequam poſſit procedi cõtra auxiliatorē. ſed dico ꝙ ad hoc, vt procedatur contra auxiliatorem, requiritur vt conſtet de principali. Facit reg. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6.

Contumax bannitus.

2 Sed quid ſi de principali cõſtaret, quia tamquã contumax eſſet bannitus iuxta diſpoſitionem ſtatutorum, an ſufficeret ad hoc vt poſſet procedi contra auxiliatorem, credimus ſatis non eſſet per regulam l. eius qui delatorem, & per id quod notat Bar. ff. de iur. fiſci. & per ea quę ponit Bal. in l. 2. C. de eden. & Bar. in l. cum filius. ff. de ver. oblig.

Abſolutus.

3 Pone etiam quod de principali nõ ſolum nõ conſtat, imo ſit abſolutus, an propter hoc mandans ſit abſoluendus? & ſimiliter teſtis falſus eſſet abſolutus? an pari modo inſtruens ſit abſoluendus? Et dic non eſſe abſoluendum, quicquid innuere videantur prædicta. ita Bal. in l. tranſigere, colum. fi. in fin. C. de tranſact. quod eſt contra vulgares.

4 Supereſt modo quærere an conſtare debeat de delicto ante capturam, & dicendum eſt debere omnino per ea quæ dicta ſunt, & adhoc optime Gand. in tit. de præſump. col. 3. vbi dicit quod non conſtito de delicto, quicquid ſuperędificatur nullum eſt. quod etiam expreſſe vult Brun. in tract. ſuo col. antepenult. in verſ. ſed idem. Salic. iuncto verſ. quod ego intelligo. Pro qua opinione videtur tex. ſecũdum expoſitionem Io. And. in c. ſi clericos. de ſent. excom. li. 6. Et quia diximus quod ante inquiſitionem debet conſtare de delicto, dic idem ante accuſationem. Vide infra in materia torturæ.

In crimine hæreſis ex leui ſuſpicione proceditur.

5 In crimine autem hæreſis proceditur ex modica, & leui pręſumptione contra aliquem vti hæreticum, vt in c. accuſatus. de hære. li. 6. & ibi not. per modernos. Abb. in c. literas. de præſumpt. dicit quod leue argumentum iuxta l. 2. C. de hære. ſufficit ad inquirendum de hæreſi. Et procedi poteſt non ſolũ per accuſationem, verum etiam per denũciationem, & inquiſitionem. c. licet Heli. iuncto c. ſeq. & c. qualiter, & quãdo. el 2. de accuſ. Eſt verum quod non requiritur, vt præcedant Inquiſitionem

tionem omnino clamor,& infamia,de quibus in di.c.ſed leuis & modica præſumptio ſufficit,de qua vide quę diximus ſupra in ver.Inquiſitio.

6 Procedere ſimpliciter,& de plano,& abſque aduocatorum ac iudiciorum ſtrepitu qualiter intelligatur, habetur in clem. ſæpe,& ibi Zabar.& Io.de Imol. vide etiam ad hoc glo. in di. Clem.in ver.& figura.& glo. in c.fin.ver.figura. de hære.li.6. vide etiam,& bene pondera glo.in ver.defenſiones. di.Clem. ſæpe.ibi.vnde nota.vſque in fin. *Simpliciter, & de plano.*

7 Procedere ſummarie eſt procedere remotis ſolemnitatibus iuris,ſed receptis plenis probationibus,quando agitur de magno præiudicio.Bar.in l.Iudices.in 1.appo.C.de Iud.& Bertachinus in ſuo repertorio,in dictione,ſummarie.5.& ſi cauſa principalis eſt ſummaria, omnes articuli eius ſunt ſummarii. Bartol. ſuper extrauaganti. Ad reprimendum, in ver. Summarie. *Summarie.*

8 Procedi poteſt in crimine hæreſis contra aliquem,quando ſub eſt infamia,vel ſuſpicio contra illum,& eodem modo procedi poteſt propter ſcandalum, & tumultum populi.de purg. cano.c.Inter & 2.q.5.c. omnibus. ſecundum Io. de Imol. Hæc Gemin.in c.vt officium.de hære.li.6. *Infamia præcedens, vel ſcandali timor.*

PROCESSVS.

1 PRoceſſus in criminalibus fit ſicut & in ciuilibus, & ſuper denunciatione ſicut ſuper accuſatione, vel Inquiſitione. Aliquando propter denunciationem via inquiſitionis, vel ex indicio ſolum,quod oritur ex dicto denunciatoris,vel ex alio. Primo caſu loquitur hæc materia, quia ſic intelligitur.dicitur etiam, quod proceditur via denũciationis ſicut per alios modos. Secundo caſu,non tamen etiam largo modo,dicitur procedere via denunciationis, & iſte ſecundus modus eſt ille qui quottidie eſt in vſu. Quia ad denunciationem conſulum villarum,& eorum quos Ancianos appellamus in ciuitatibus deputatorum ad denunciandum maleficia proceditur via Inquiſitionis.Hos terminos declarat Bartol.in l.diuus,verſ.vlterius quæro.ff. de cuſto, reo, Et ſunt ex mente omnium ſcribentiũ, *Anciani.*

maxime

maxime Salic.in l.ea.quidem C.de accuſ.in 18. quæſt.& Angel.de maleſ.& ſequitur etiam effectus Iuris ex terminis,quod primo caſu quando proceditnr ſuper denunciatione, denunciator habetur pro accuſatore ſeu loco accuſatoris,& ideo nō poteſt eſſe teſtis 14.q.3.c.licet Heli.de ſimo.& ita Bar.in di.l. diuus,verſ.Item quæro vtrum.Et ideo interdum ſufficit ad inquirendum, interdum etiam plus operatur. vide Boſſium in pract.tit.de denunciatione.

Denunciator pro accuſatore.

Proceſſus factus contra principalem non nocet acceſſorio. 2 aduerte tamen quia aut loquimur in ſentẽtia, aut in confeſſione, vel teſtibus,vel aliis actis, de quibus vide Bart. in l.denunciaſſe.§.fin.ff.de adult.in l.lucius.ff.de inſa.& in l.admonendi, col.8.verſ.& quid ſi dicta teſtium.ff.de iureiu.& alibi maxime per Alex.in l.ſæpe.ff. de re. iud. Quæ tamen difficultas oritur in proceſſu facto quo ad vnum duntaxat,ſecus ſi quo ad vtrũque, videlicet principalem, & auxiliatorem. ita Doct. vbi ſupra, maxime per Bal.in l.1.§.fi.verſ.3.ff.de eden. Nec mirum videatur quod proceſſus poſſit fieri quo ad mandantem, & mandatarium ſimul,quia de hoc habemus tex.in l.minoribus C.de his quibus vt indig.& per Angel.in glo. Andream auxiliatorem.vbi dicit quod non ſolum contra principalem,& auxiliatorem poteſt ſimul procedi, ſed etiam contra mille principales,nec quia vnus ſit cõtumax, debet ſuperſederi quo ad alios, & allegat text. & ibi Bartol.expreſſe in l. non idcirco .ff.de iudic.

Contra principalem, & auxiliatorẽ.

Proceſſus factus vigore literarum male intellectarum non 3 ſuſtinetur ex errore male intelligentium, ſed ſi reperitur proceſſus contrarius,debet pronunciari nullus. Abb.in c.cauſam quę.de reſcript.& ibi vide. Quod ſi Iudex proceſſit contra ius male intelligendo legem,vel canonem,ipſe proceſſus eſt nullus.Item corruit proceſſus,ſi aliquid attentatur non ſolum cōtra formam mandati,ſed etiam extra formam.not. in c.ſi cui. de elect.li 6. Abb.in c. prudentiam de offi.deleg.& in c.ſuper quæſtionum.§.verum eo. tit.Item proceſſus factus per Iudicẽ delegatum nō ſeruata forma reſcripti,eſt ipſo iure nullus, vt in c.

Proceſſus nullus.

vt in c. cum dilecta. de reſcript. Et ſi plura continentur in reſcripto, videtur data forma, & ſecũdum formam narrationis dictorum debet Iudex procedere, ex quo primo loco narrata videntur ſtudioſius præmiſſa. Abb. in di. c. cum dilecta.

4 Proceſſus error, vel libelli accuſatorii ineptitudo, non attenditur quando reus delictum confitetur. Angel. in l. ea quidem. col. 6. C. de accuſa. & idem in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de verbo. obligatio. Bal. in l. edita, colum. antepenul. C. de eden. *Confeſſio rei quid faciat.*

5 Proceſſus publicari debet reo accuſato, ſeu inquiſito, vel denunciato, etiam de crimine læſæ maieſt. vt ſuas poſſit facere defenſiones. Matth. de afflict. in c. 1. §. Et bona committẽtium. col. 1. nu. 9. tit. Quæ ſint regalia in vſibus feudi. Faciunt quæ dicit Præpoſitus in c. nominationis. §. ſententia. verſ. publico autem. vbi dixit quod publicatio proceſſus ſit, ne ius partis lędatur. 2. q. 6. facit etiam pro dicta concluſione textus iuncta glo. in c. fin. de hære. li. 6. vbi habetur quod etiam in tali crimine debent teſtes publicari, niſi adſit quo offendantur. Ad idem eſt textus in c. frequenter, & in c. quoniam. §. ſunt, & alii, vt lit. non conteſt. & de hac materia publicationis teſtium in cauſa criminali vide per Angel. in tract. de malefi. in ver. qui Iudex dictum proceſſum publicauit. & ibi Augu. de Arimi. in ſua additio. Venetijs tamen in criminalibus neque reis datur copia indiciorum, neque eis publicãtur atteſtationes, nec nomina teſtium, ſed poſſunt rei tantummodo dum examinantur excludere quos volunt a teſtimonio, cauſas adducẽdo. formato autem toto proceſſu ad offenſam, & defenſam, poſtea publicãtur, ſed tunc teſtibus opponere non poteſt. qui modus procedẽdi, licet forte videatur durus, tamen eſſet ſeruandus l. proſpexit. ff. qui & a quibus. Et forte in crimine hæreſis expediret modum hunc in procedendo vbique ſeruare. quia dum publicantur proceſſus, & veniunt ad manus procuratorum, & aduocatorum, cauſę cum magna difficultate finiri poſſunt, & multa ſequuntur inconuenientia. *Publicatio proceſſus pro defenſionibus.* *Publicatio teſtium.* *Modus bonus procedẽdi.*

6 Quod ſi quis quęrat, an reo de hæreſi conuicto ſint dandę

defenſiones,poteſt dici cum diſtinctione, Quod ſi crimen eſt defenſibile,vt quia dixit hæreſes diſputando, vel iocoſe, vel alia ratione non totaliter damnabili expreſſe, tunc dãdæ ſunt defenſiones.Si autem crimen nõ eſt defenſibile, vt quia publice hæreſes prædicauit, tunc non ſunt dãdę. per c.vt officium. de hære. lib. 6. vbi in hoc crimine tollitur appellatio. Carer. in tract.de hære.nu.131.Habet tamen cõſuetudo, vt cuilibet dẽtur defenſiones, quia ſunt de iure naturę,vt diximus ſupra in ver. defenſiones. ſed dantur in forma ſimplici tacitis nominibus teſtium,& expedito proceſſu ad offenſam,& defenſam. & Romæ fieri vidimus ab officio ſanctæ Inquiſitionis,quia talis publicatio videtur eſſe de eſſentia, & ſubſtantia iudicij,vt per glo.in l.prolatum,C.de ſenten. quod habet locum etiam ſi procedatur ſummarie,& ſine figura iudicij,vt in c.fin.a contrario ſenſu.de hęre.li.6.& ponit Bar.in extrauag.ad reprimẽdum,in ver. ſine figura iudicii.ſed hoc intellige verum ſimpliciter, ſi is contra quem agitur,petit ſibi publicari.ſi enim petitur,& non publicatur, tunc proceſſus nullus eſt. ſi autem non petit, & non publicatur, tunc proceſſus non vitiatur, vt in c. qualiter,& quãdo.de accuſa.& c.Inquiſitionis,eo.tit. vide D. Amodęum,in tract.ſindi.ibi.an autem publicatio.

Hæreſis defẽſibilis.

Defenſiones de iure natura.

Proceſſus Inquiſitoris hæreticæ prauitatis ita debet eſſe 7
bene formatus,ac ſi ordinarie procederet quo ad eſſentialia, videlicet,& ſubſtantialia iudiciorũ, non obſtante quod ſummarie,& de plano ei concedatur poſſe procedere, quod intelligitur omiſſis ſcilicet ſolemnitatibus iuris poſitiui, Tabie.in verb.Inquiſitor.§.38.

Proceſſus Inquiſitoris non poteſt confundi, neque impedi 8
ri ꝑ proceſſum Ordinarij, imo Inquiſitor poteſt libere procedere, vt in priuilegio Clementis quarti,& Vrbani quarti, in cipien. licet ex omnibus.

Proceſſus nullus reſpectu iudicis.

Proceſſus formatus per Iudicem, cui cõſtat citationem nõ 9
perueniſſe ad notitiam citati,vel citatum fuiſſe legitime impeditum quo minus venire potuerit,eſt ipſo iure nullus,quia nõ poteſt dici contumax,l.cõtumacia.§.cõtumacis.ff.de re iudi.l. de vno-

de vnoquoque.§.1.eo.tit.Bar.in cõſ.228.incipien.Catherina accuſauit. in ver. quinto quod. & fundat ſe in tex.extrauag. ad reprimendum.

10 Proceſſus cõtumaciæ factus ab eo qui ignorabat defectum ſuæ iuriſdictionis,dum tamẽ ignorantia ſit probabilis, valet, vt in l.2.ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & in l. ſi quis ex alie .ff.de iudi.Super principali non valebit,ſi conſtat non habere iuriſdictionem, niſi prius pronunciauerit ſe iudicem. Si tamẽ Iudex ſciebat ſe non habere iuriſdictionem, non valet proceſſus contumaciæ punitiuus,neque ſuper principali.Abb.in c.ſi duobus,& in c.cum ordine,de reſcript.

Ignorantia probabilis.

PROCVRATOR.

1 PRocurator, ſiue excuſationem proponẽs in cauſa criminali, an ſit admittẽdus,eſt materia quam late ponit Bar. in l. penul.§.ad crimen.ff.de publ.iudi.& latiſſime Marian.in c.veniens.de accuſ.Ad cuius materiæ cognitionem notandæ ſunt ſequentes concluſiones cum ſuis additionibus.quarum prima erit.Quamuis textus in di.§.ad crimẽ.loquatur in crimine publico,prohibendo ne procurator interueniat tam ex parte accuſatoris,quam ex parte rei,tamen ſecũdum communem opinionẽ interuenire debet.Idem fit in crimine priuato, vt glo. in di.§.ad crimen.Ita atteſtatur Marianus in di.c.char.2.& ibi refert Angel.& Antonius de Butr.dicentes in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum ab hac opinione,conſiderata tamẽ qualitate pœnę, quia ſi eſt corporalis nõ admittitur, ſi autem eſt pecuniaria admittitur.nec fit diſtinctio, an pœna pecuniaria imponatur iure communi,an ſecundum ſtatutum alterato ipſo iure communi, ſecundum quod imponeretur pœna corporalis,quia non attenditur origo delicti,ſed pœna ipſa. hæc Marianus ibi.char.3.col.2.& 3. vbi dicit hãc eſſe cõmunem opinionem. & hoc vltimum eſt planum ex parte rei, ſed ex parte accuſatoris diſtinguit in hoc caſu, quando ſtatutum mutauit pœnam corporis afflictiuam in pecuniariam, vt per eum,char.3. colum. fin. verſ.ſed concludendo.

Pœna corporalis, vel pecuniaria.

Secunda concluſio eſt,quod etiam in caſibus in quibus ad-

mittitur procurator, Iudex tamē poſſit illum non admittere, vocādo perſonā principalem tamq̄ legaliorē, niſi probaretur dominum impeditum, vel nō probaretur quod eſſet legalior. Ita in l.fi.C.de procur. vide Boſſium in pract.tit.an in criminalibus iudiciis, num.1.& 2.& 4.& ſecundum Abb.in c.veniens de accuſa.nu.1.procurator non admittitur in criminalibus niſi ad allegandum abſentiam inquiſiti, vel alias exceptiones ipſum crimen non tangentes, niſi reus ſit in vinculis, vel ſit concluſum in cauſa, ibi nu.20.

In criminalibus quando procurator admittatur.

2 Procurator in crimine hęreſis non habet interuenire, neq; ad agēdum, neque ad defendendum, vt dicit glo.in prin.c.veniens, ibi, nota ſingulariter, & ibi Abb.de accuſa.li.6.ſi tamen Inquiſitor ex gratia vult admittere, poteſt. ſed auertat ne admittat garrulam, & cauilloſum qui impedire quærat proceſſum, ſed admittat probum, & iuſtitiæ amatorem, qui pecunia vel odio, aut amore non corrumpatur.

Garrula non admittatur.

P R O D V C T I O.

Teſtem corruptum producens.

1 PRoducens teſtem corruptum eadem pœna qua falſus teſtis punitur. quibus autem pœnis falſus teſtis poſſit puniri vltra dicta a Marſilio in reperto.§.præterea l.1.ff. de ſicar. vide etiam Felin.& Aret.in c.ſicut. de teſti.in 3.nota.

Inſtrumentū falſum producens.

Producens inſtrumentum falſum, videlicet ſcienter, præſumitur illud feciſſe, vel fieri feciſſe l.maiorem, & ibi Bal.Alex. in conſ.77.1.vol.Ana. in c. ad falſariorum c.5. de crim. falſi. niſi oſtendat a quo habuit, vel quis fieri fecerit, vt in di.iuribus, & locis.& an ſi dicatur, nolo vti, fiſcus ipſe poſſit vti, videtur poſſe, & quod hoc decidat Bar. in quæſtione quæ incipit, Iudex maleficiorum, col.3.& fin.& facit, quod licet accuſator renunciet teſtibus, non valet, quia videtur colludere cum accuſato, & quia non debet prȩiudicare fiſco, Aret.in c.cum veniſſent de teſti.col.4.verſ.3.& Felin. ibidem in 3.col.Placētiæ vtens falſo inſtrumento ſcienter, pœna quadrupli puniri debet in ciuilibus, in criminalibus autem pœna a iure ſtatuta. vide Boſſium in pract.tit.de falſis, per totum.

PRO-

PROMISSIO.

1 PRomiſſio quęlibet etiam iurata ſic intelligitur, videlicet niſi ſuperueniente iuſta cauſa contraueniendi l.fin. & ibi Iaſon ff. qui ſatiſd. cogan. Iaſon in l. quod ſeruus, de cond. ob cauſ. & vbi eſſet iniuſte detentus, potuiſſet impune fugere, vt per Alex. in l. ſed ſi eximẽdi. §. Item ſi quis. ff. ne quis eum qui; nam etiam iniuſte confinati poſſunt rumpere confinia, ſecundum Bal. in l. 1. C. de monop. Item poteſt licite reſiſti iudici de facto procedenti l. prohibitum, & ibi Bart. C. de iur. fiſci li. 10.

2 Promiſſio facta a Iudice de impunitate reo ſi confiteatur crimen, non tenet, quia etiam non poteſt promittere, licet ſit publica perſona l. ius publicum ff. de pactis, vbi Iaſon in ſpecie ampliat etiam in publica perſona. pertinet namque talis impunitatis promiſſio ad ſolum Principem, imo ad ſupremum l. relegati. ff. de pœnis. vide ſupra in ver. Princeps. *Princeps ſolus impunitatem promittere poteſt.*

PROROGATIO.

1 PRorogata iuriſdictio non dicitur per hoc. quod formata Inquiſitione reus Inquiſitus examinatus, ſine alia contradictione confeſſus fuerit. Angel. in conſ. 27. quia compulſus illud videtur facere, vt per Innoc. in c. ad petitionem. de accuſa. & Cæpol. in conſ. 59. eodem modo ſi datur bãnum in cõtumaciam contra aliquem per non ſuum Iudicem, non prorogatur iuriſdictio, ſecundum Bal. in l. qui ex conſenſu C. de epiſc. audi. verſ. deinde nota. & Alex. in l. ex quacunque. col. 4. ff. ſi quis in ius voc. no. ier. & ſi in cauſa criminali quis prorogat iuriſdictionem ſui iudicis, tamen iudex competens poteſt per inquiſitionem procedere. Aret. in cap. quod clericis, colum. 2. de foro compet. vide Boſſium in pract. de foro compet. nume. 80. 1. & 2.

PVBLICATIO.

1 PVblicatio teſtium, & accuſatorum maxime in negotio fidei nullo modo fienda eſt, vbi ex hoc eis imminet periculum, vt in c. fi. de hære. li. 6. non tamẽ (vt iam ſupradictum eſt) neganda eſt copia indiciorum, vt tradit Bal. in conſ. 95. primi vol. nec etiam defenſio, dato quod poſſit procedi ſimpliciter *Teſtium.*

de plano

de plano, & cet. vt habes per Bart. ſuper extrauag. ad reprimendum.

Proceſſus. Publicatio autem proceſſus, ad hoc vt ſententia ſequatur, eſt neceſſaria, licet ſine illa non ſit ipſo iure nulla, & eſt communis opinio, vt per Felinum in c. licet cauſam. & latius in c. 1. & .ff. de re iudi. & Aretin. in c. cauſam quæ. de reſt. 2

Publicatio de iure communi hoc etiam noſtro tempore fit ſicut olim fiebat ceſſantibus perſonis, de quibus in auct. bona damnatorum. c. de bonis damnatorum. & fere ſemper ſecundum ſtatuta, & ordines locorum ad quæ recurrendum eſt, vt dicit Bar. in l. 1. .ff. de bon. damn. imo ſecundum conſuetudinem bona damnatorum publicantur, vt per Oldr. in conſ. 17. col. 2. vide Boſſium in pract. tit. de bannit. publica. 3

Bonorum.

Publicatio bonorum in crimine læſæ maieſtatis non fit, nec fieri debet ipſo iure, niſi lata ſententia ante mortem, vel poſtea damnata memoria defuncti, in caſibus a iure permiſſis, vt ſupra diximus in ver. hæreticorum bona. Et nota quod quādo publicatio ex natura ſententiæ non ſequitur in bonis alterius territorii, tamen in effectu fieri poteſt, vbi in alio territorio condemnatus ſortitur forum, puta ratione domicilii, quia poterit fieri nouus proceſſus ibi, & noua condemnatio. An autem in bonorum confiſcatione veniant bona præſentia, & futura, dic non venire futura, vt per Bar. in l. 1. in fin. .ff. de bon. damn. glo. in l. Nam ad ea .ff. de condit. & demonſtr. Nellus in prima parte ſecundi temp. q. 18. & vide Iaſon. in l. ſi ita ſtipulat. .§. cum ſtipulamur. col. 3. .ff. de ver. oblig. 4

Bona hæreticorum.

Bona damnati in alio territorio.

Futura bona confiſcanda non veniūt.

Publicatio comprehendit bona quæ reus habebat tempore commiſſi criminis, non autem poſtea acquiſita, vel ei relicta. quia verum eſt quod tempore delicti fit ipſo iure confiſcatio, adeo quod licet requiratur ſententia, tamen declaratio dicitur quo ad bona. c. cum ſecundum. de hære. lib. 6. Et ideo non dicitur aliquid nouiter inducere, ſed inductum oſtendere. l. adeo. ff. de acquiren. rer. domin. §. cum quis. Quare ſemper talis declaratio retrotrahitur, ſecundum Io. And. & communiter Doctores. in di. c. cum ſecundum, & plene Bar. in l. 5

omnes

omnes populi .ff de iuſti. & iure. in illa quæſtione, qualiter lex retrotrahatur. Et propterea non videtur dubium attendendam non eſſe ſententiam iudicis, quæ nõn poteſt dici ſententia faciens confiſcationem, ſed declarans iam factum. & conſequenter bona acquiſita inter cõfiſcationem iuris, & ſententiam non venire. & ita late præſupponit Curt. in conſ. 60. alias conſ. 59. incip. Dux Philippus. Ibi, Benedictus commiſſo delicto ante bannum deceſſit, ſed tamen ante pater eius deceſſerat, poſtea poſt mortẽ ipſius, Benedictus fuit damnatus. Et poſito quod valuerit illa ſententia poſt mortem lata, quęro, an illa bona patris acquiſita poſt delictum ante ſententiã tranſiuerint in confiſcationem. Et concludit non tranſiuiſſe, habens pro claro quod confiſcatio fuerit facta tempore delicti, ſicut diſponit decretum, ideo ſequitur illam regulam cõmunem quam diximus, quod bona poſtea acquiſita non veniunt in confiſcatione. vide Boſ. in pract. tit. de bon. publica. *Bona poſt delictum acquiſita.*

PVBLICVM.

1 Publicum crimen tripliceter poteſt dici, largiſſime, large, & ſtricte. Angel. inſtit. de pub. iudi. in prin. col. penult.

PVNITIO.

1 Punitus per iudicem eccleſiaſticum etiam per iudicem ſecularem poteſt puniri. Abb. in c. de cauſis. de offi. deleg. quia non eſt mirum quod ex vno facto quis incidat in plures leges, & plura delicta. l. numquam plura. ff. de priua. delictis. Et melius per Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. col. 2. ff. de adult. & in l. 1. §. vnde quęritur. ff. de public. ſicut pro ſacrilegio quis punitur per iudicem eccleſiaſticum, & iudicem ſecularem. Abb. in c. cum ſit generale. de for. compet. *In vtroq; ſoro puniri poteſt delinquẽs*

2 Punitus ſecundum ſtatuta loci delicti minori pœna, an poſſit puniri ſi capiatur in loco domicilii, ſecundum ſtatuta ibi imponentia maiorem pœnam in eo in quo non eſt punitus, vide Alberic. in l. ſepulchri. ff. de ſepulchr. viol. & Boſſium in pract. tit. de nullit. banni.

3 Puniri quis non debet, nec poteſt de falſo, dato quod quis etiam commiſiſſet doloſe, ſi ex falſitate nemo læditur. glo. in l. damus. *Ex falſitate neminem lædens non punitur.*

l. damus. c. de falſ. quam ibi ſequitur. Bal. Adde quid e conuerſo, ſcilicet ſi aliquis patiatur damnum corporis, aut bannũ. vide textum bonum in l. 1. ff. ad l. cornel. de ſicar.

Iocoſe etiam prolata verba puniri debent.

Puniri debet qui cõtra fidem aliquid dicit, etiam ſi iocoſe ſe dixiſſe aſſerat. Lapus, & Cardin. in Clem. vnica. §. ſane. de vſuris. dicunt quod extraordinarie punietur arbitrio iudicis ei impoſita aliqua leui pænitentia, augebitur tamen pœna ex qualitate perſonæ, loci, & audientium. Arelat. contra hæreſes. q. 2. num. 7. 4

Puniri ſi quis iuſſus ſit ſecundum formam ſtatutorum, & conſuetudinis, ſi non conſtat de conſuetudine, extraordinaria punietur. ad hoc Bar. in l. 2. §. omnium. num. 155. 5

Delictum imperfectũ etiã punitur.

Punitur quis regulariter, licet delictum non perfecerit, ex quo peruenit ad actum propinquum, & per eũ non ſtetit quin delictum perfecerit. Abb. c. ſi qua. de Diuortiis. 6

Forũ animæ forum nõ impedit iudiciale.

Punitio in foro animæ non impedit punitionem in foro iudiciali, nec e contra. Sed vtroq; modo poteſt puniri peccatũ Abb. in c. vt mẽſura. de emptio. & vendi. Qui punitur in foro contentioſo, ſi eum hic pænitet, & recipit pœnam patienter, & pœna eſt condigna, non punitur amplius a Deo, nec a Iudice eccleſiaſtico. Abb. in c. ſuper eo. de rapt. 7

Malus pro ſalute boni quãdo tolerari debeat.

Quando non poteſt puniri malus niſi etiam bonus puniatur, potius debet tolerari malus, quam puniri bonus, Abb. in c. ſacris. de ſepultur. punitur tamẽ quandoque innocens propter nocentem, Abb. in c. dilectus filius. 2. de ſimo.

PVPILLVS.

PVpillus delinquens mitius punitur, etiam ſi ſit doli capax, vide Iaſ. in l. more. in tertio notabili. ff. de acquiren. hęred. Et l. pupillum. ff. de reg. iur. vbi etiam vide Decium, & in l. fere in omnibus. ff. eo. tit. de reg. iur. & ibi habes quid in minoribus vigintiquinque annorum, an etiam pœna mitigetur, & quid in ſenio confectis. 1

PVRGATIO.

Vulgaris.

PVrgationes vulgares omnino prohibitæ ſunt, quia p̄ eas videtur Deus tentari. Abb. in cap. 1. de purga. vulg. Iohannes 1

hannes de Turre Crem. ſuper ca. deficientibus 2. quæſtio.4.

2 Purgatio autem canonica cum ſit ſubſidiaria iuris, ſcilicet cum crimen aliter probari nõ poteſt, numquam indici debet infamato accuſatore apparente, verum infamia perſeuerante cum ſcãdalo, & accuſatore deficiente, purgabit ſe infamatus. Abb. in c. 2. de purga. cano. infamatus (dico) ſuper actu ſucceſſiuo, facta prius admonitione, vt in textu c. ſi quis. de purg. cano. ſed ſuper actu momentaneo nulla præcedente admonitione, non purgabit ſe. Iudex igitur talibus poteſt indicere purgationem, in qua ſi defecerint, illos tamquam de crimine cõuictos poteſt punire. Abb. in c. accedẽs. de accuſa. & nota quod quando delictum eſt enorme, vel ſcandaloſum in populo, tũc a principio poteſt infamatus ſuſpendi donec ſe purgauerit, & ſi præſtiterit purgationem, tolletur ſuſpenſio, & abſoluetur, vt in c. ex tuarum. de purg. cano. ſi autem defecerit punietur ſecundum modum deſcriptum, in di. cap. Accedens. eodẽ tit. *Canonica.* *In purgatione deficiens.*

3 Nota tamen non abiiciendam diſtinctionem quæ eſt talis. Aut hic negligit ſe purgare, ſeu venire ad purgationẽ, & tũc non habetur pro conuicto, ſed poteſt ſuſpendi, vel excommunicari donec ſe purgauerit, & ſic poteſt intelligi c. excommunicamus. §. qui autem. de hære. & c. 2. de purg. cano. idem vbi offert iuramentum ſuum de præſenti, ſed non poteſt habere compurgatores, ſperat tamen de breui habere illos, & tunc ratione infamiç poteſt ſuſpendi donec ſe purgauerit, & hoc modo poteſt intelligi, ſecundum Inno. c. 2. de purg. cano. Aut purgandus recepta purgatione in ea deficit, vt quia compurgatores non depoſuerunt pro eo, & tunc iſte debet puniri vt conuictus. Vnde ſi delictum ſuper quo erat infamatus, & modus procedendi ante purgationem inditam exigebat priuationem ſeu depoſitionem, iſte deponetur. Si vero aliam pœnam exigebat, illa imponetur duntaxat. Et ita intellige. c. cum P. & c. accedens. Idem dicendum vbi terminus peremptorius præfixus fuit ad ſe purgandum. Tunc enim ſi infra illum terminum non comparet, & ſe purget, habetur pro conuicto ſecundum Innoc. *Negligens ſe purgare.*

ZZ Nota

Nota ex D. Iohanne de Tur. Cre. ſuper 2. q. 4. in ſummario, quod reus deficiente accuſatore, aut laborat ſiniſtra fama, aut non. Si non, nõ cogitur ad purgationẽ, vt iam dictum eſt ſupra. Et 6. q. 5. c. quod autẽ. Si autẽ laborat ſiniſtra fama, diſtinguendum eſt. Aut enim illa mala fama oritur ex inimicorum confictione; aut ex maledicorum obtrectatione, aut ex probabili, & veriſimili præſumptione. Si in primo caſu, ſi mala fama vagatur tantum apud inimicos & maledicos, ac viles, non eſt exigenda purgatio. 2. q. 4. cap. auditum. & c. cum in iuuentute, de purg. cano. Et 11. q. 3. c. In cunctis. Aut mala fama vagatur apud graues, & maiores de populo p̃ſertim apud iudicem ſuum ordinarium, vndecumque orta ſit mala fama cogendus eſt ad purgationem, vt in cap. ſi quis presbyter. de purg. cano. & ibi per plura cap. In ſecundo vero caſu quando ſcilicet mala fama orta eſt a maledicis, idem eſt obſeruandũ, quoniam ſi vagatur mala fama apud graues, & maiores de populo indicenda eſt purgatio. In tertio vero caſu non eſt dubium quoniam cogitur talis infamatus ad purgationem, vt per c. iam allegatum patet. 4

Mala fama apud inimicos tantum.

Qualiter fiat purgatio.

Qualiter autem fiat talis purgatio ſecundum Hoſtien. talis ſeruandus ordo. Nam infamatus coram Iudice ſuo iurabit ſe immunem eſſe ab eo crimine quo laborat infamia. vnde ſi infamatus ſit quis quod eccleſiam ſancti Petri ſimoniace dederit alicui, iurabit ſuper ſancta Dei euangelia quod pro dicta eccleſia ſancti Petri præfato N. collata, nec aliquis pro illo ſe ſciẽte precium recepit c. quoties. de purg. cano. Nec illud omitti debet (inquit hoſtien. in ſumma) quod ſi quis in dignitate certa, vel ordine conſtitutus ſit de ſimonia, vel de alio vitio infamatus, non cogitur iurare quod nunquam commiſerit hęc crimina, vel alia ante ſuam promotiõnem. ſic enim poſſet cogi quod a tempore ſuæ natiuitatis non peccaſſet mortaliter, quod eſſet iniquum, vt probatur 24. diſt. c. fraternitatis, & c. accepimus. de purg. cano. ſed ſufficit quod iuret quod a tẽpore promotionis ſuæ illa non commiſerit, vt c. diſcretionem, de eo qui cogn. cõſ. vxo. ſuæ, & c. quemadmodum. de iureiur. 5

Compur-

Compurgatores vero iurabunt quod credunt infamatum verum iuraſſe, vt in di c.quoties. in fi .Non ergo iurabunt quod immunis ſit ſimpliciter, quia hoc eſſet periculoſum, ſed iurabunt quantum ad propriam conſcientiam, ſicut dictum eſt. *Iuramentum compurgatorum.*

6 Vbi autē fieri debeat talis purgatio, dicimus quod ſi apud populum ſit infamatus, in publico purgabitur, vt c. presbyter 2.q.4. ſi vero apud paucos ſit infamatus, tunc coram illis paucis, & Iudice debet fieri purgatio 15. quæſt. 5.c.1. ſi vero fuerit diffamatus inter laicos, coram ipſis ſe purgabit, ſi vero inter clericos tantum ſit diffamatus, tunc coram ipſis tantum ſe purgabit. Nam vt dicit Auguſtinus, vbi naſcitur malum, ibi moriatur 2.q.1.c.ſi peccauerit. *Vbi fieri debeat purgatio.*

7 Quot autem eſſe debeant compurgatores, dicimus quod epiſcopus purgat ſe manu duodena ſui ordinis, ideſt cum duodecim epiſcopis. ſacerdos ſexta manu, ideſt cum ſex ſacerdotibus diaconus terna manu, ideſt cum tribus diaconibus purgādus eſt.2.q.4.c.omnibus. Et c.ſi legitimi, & c.presbyter. Vnde verſus, Pōtificem paruum purgat manus duodena, Maior maiori, minor eſt adhibēda minori. de ſubdiaconibus autem & aliis inferioribus (vt dicit Hugo) nō eſt expreſſum in iure, ſed credimus quod quilibet eorum ſimpla manu poſſit purgari. & hoc exemplo illius, quod in cauſa criminali ſubdiaconus & quilibet inferior poteſt iudicari ab vno ſolo Epiſcopo, quod non obtinet in ſuperioribus. 15.q.7. c.felix. Circa tamē hunc aſſignatum compurgatorum numerum licet id quod dictum eſt ſit regulare, nihilominus hodie talis numerus eſt arbitrarius iudici, videlicet quota manu ſe purget. quandoque enim maior, quādoque minor taxandus eſt numerus, ſecundum quod infamia, vel crimē ſunt magis, vel minus grauia c.presbyter. vt ſupra, & in c.omnibus 2.q.4. vnde Inno. indicit cuidam decano purgationem cum quatuordecim ſui ordinis, & in c.inter ſollicitudines. de purg.cano. & cuidā epiſcopo indixit purgationem cum duobus Abbatibus tantum. c. cum in iuuentute. de purg.cano. & c.cum.P.de accuſa. *Compurgatorū numerus.* *Compurgatorum numerus arbitrarius.*

8 Quando autem non poſſunt haberi tot compurgatores,

Quando compurgatores haberi nõ poſſunt. Hoſtien.dicit,quod ſi nõ poſſent haberi,quia de reo teſtes nõ confidunt, ſeu non eſt fides in aliis de eo, quod tunc habetur pro conuicto,& deficiente in purgatione, aut nõ reperit quia pauper eſt,vel extraneus,hoc caſu eſt ſibi ſubueniendum arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonæ criminis, & infamię,& ita cõmuniter tranſeũt Doctores.Sed tu dic(ait Abb.) quod vbi ex iſtis cauſis non poſſunt haberi compurgatores clerici, debent adhiberi laici, etiam fœminæ ſi viri non poſſunt haberi, & ſi etiam laici ex hac cauſa deficerent, credendum eſt ſoli iuramento ipſius, vt eſt glo.in cap. cum P. de accuſation. & in cap. in decima 18. quæſt. 2. & cap. in iuuentute. de purg. cano.

Quales autem debeant eſſe compurgatores,Hoſt. in ſumma declarat, dicens quod requiritur quod ſint eiuſdem ordinis ſiue dignitatis,ſi inueniri poſſunt c.inter ſolicitudines. de purg.cano. Notãdum tamen ꝙ quando hi qui eiuſdẽ ordinis ſunt,inimici ſunt ipſius infamati,vel ſaltem eſſe præſumũtur, *Inferioris ordinis compurgatores.* compurgatores ordinis inferioris admittuntur, vt in c. ſi legitimi 2.quæſt.4.& c. cum in iuuentute, de purg. cano. Idem videtur,ſi tot epiſcopi non inueniuntur, vt in c.quotiens.quinimo ex eadem cauſa, deficientibus clericis (vt iam dictum eſt) laici admittuntur, vt in c. omnibus 2.q.4. vel etiam fœminæ deuotę,& honeſtæ, & in c. decima.18.q.3 Præterea tales requiruntur compurgatores,qui vitam, & conuerſationem infamati,& præſentem,& præteritam cognoſcant, vt in c.inter ſolicitudines,vt ſupra.

In purgatione deficiens. Qua pœna autem veniat puniendus qui in purgatione defecerit, dicit Hoſt.vbi ſupra. Trado tibi regulã,quod ſicut puniretur de crimine de quo imputabatur, ſi conuincebatur cõſiderato modo agendi, ſic punietur ſi in purgatione deficiat, vnde ſi accuſetur quis de crimine quod depoſitionem inducit, & indicatur ei purgatio, in qua præſtanda accuſatus deficiat,debet ſuſpendi,vel deponi c.de hoc.de ſimo.& c. inſinuatum,& c.cum P.de accuſa.Si vero purgationem rite perfecerit Iudex ſine mora,& difficultate debet ſuſpenſionem,ſi facta

fuerit

fuerit relaxare,& eum ab infamia criminis abſoluere,vt c. ex tuarum.de purg.cano.

11 Nota ex Abb.in c.inſinuatũ. de ſimo.dicente ſic.nota iſtam glo. quam ſoleo quottidie allegare ad reddendum rationem quare deficiens in purgatione punitur vt conuictus,non enim punitur ex præſumptione probabilitatum,quia illa non ſufficit ad cōdemnandum quem de cri mine,vt in c.literas.de pręſumpt.ſed pręſumptio probabilis iuncta infamia tranſit in violentam,cum reus deficit in ſe purgando,& violẽta ſufficiat ad condemnationem,vt in c.afferte.de præſumpt.& in l.indicia C.de rei vendi. ſimile not.glo.in c.cum contumacia.de hære. li.6.vbi præſumptio orta contra ſuſpectum de hæreſi,ſi eſt vehemens tranſit in violentam,ſi ſtat in excommunicatione per annum,& in c.rurſus,& in c.quicunque 11.q.3. *Probabilis iũcta ĩfamia uiolẽtam facit.*

12 Nota etiã ex eodem Abb.in c.inter ſolicitudines.de purg. cano. quod deficiens in purgatione non traditur brachio ſeculari,ſi vult redire ad fidem,ſecundum Doctores,quia ſi vere conuictus,vel confeſſus poteſt redire ad fidem,& non debet tradi curiæ ſeculari,fortius dicendum eſt idẽ de conuicto interpretatiue. Concluditur igitur ſecundum Doctores maxime ſecundum Hoſt. quod ad quantuncumque pœna agatur, deficiens in purgatione debet conueniri vt conuictus,& ex hoc infertur quod ſi iſte talis alias incidiſſet in hereſim,& nunc ex deficientia in purgatione haberetur pro cõuicto,& non pro relapſo,deberet tradi curiæ ſeculari,vt in cap.accuſatus.de hære.lib.6.quod eſt bene notandum (ait lucerna Inquiſitorum) Abb.alleg.in glo.fin.di.c.inter.de purg.cano. *Purgandus qui alias abiurauit.*

13 Nota etiam ex dicta Lucerna, ꝙ pendente cauſa ſuper criminibus coram delegato Papæ, purgatio recepta ſuper ipſis criminibus ab Ordinario non tenet, vt in c.cum dilectus.eo. tit.in fin.& Abb.ibidem.

14 Nota etiam quod indici purgatio canonica infamato, ſeu ſuſpecto de aliquo crimine poteſt, abſque eo quod terminus ſtatuatur accuſare volentibus, vel quod præmittatur inquiſitio ſuper veritate criminis.Abb.in c.cum dilectus.de purg.ca.

Nota

Purgatio iurata.

Nota inſuper, ꝙ ille qui ſe legitime purgauit, præſtita purgatione ſibi indicta debet abſolui, & denunciari vir boni teſtimonii, nec poteſt amplius procedi contra illum vigore præcedentium indiciorum, & ſic tollitur infamia, ſeu effectus infamię facti. Si autem infamia oriatur de nouo per alia indicia ſuperuenientia, tunc oportebit quod iſta purgentur, ad hoc c. fin. de collu. dete. & quod not. in l. 1. & l. repeti. ff. de quæſtio. hæc Abb. in c. ex tuarum. ibi. ſecundo nota, & c. inter. eod. tit. ibi. Nota effectum purgationis præſtitæ. Vide ad hoc glo. in c. habet hoc proprium 2. q. 4. & glo in c. mennam. in eadem q. & quod dicit archi. ſuper di. c. habet proprium. 15

Q.

QVADRAGENALIS.

Quadragenalis pręſcriptio in cauſa fidei infraſcripto modo conſiderari debet. Nam ille de cuius bonis quæritur, vel reputabatur catholicus tẽpore mortis ſuę, vel non. Si reputabatur catholicus, eius ſucceſſores vniuerſales, & ſingulares iuris & rei præſcribunt vniuerſa bona defuncti ſpacio quadraginta annorum, ſi tamen ſint catholici, & iuſtum titulum habeant, ſcilicet vel per legitimam ſucceſſionem, vel per iuſtam emptionem. Adde & tertium, quod bonam fidem habeant, & quod per totum tempus quadraginta annorum diutinam, & non interrumptam poſſeſſionem habuerint. I

In ſecundo vero caſu quãdo defunctus de cuius bonis agitur, modo hæreticus deceſſiſſet, & non reputabatur catholicus tempore mortis ſuæ, dicitur quod ſi cetera præmiſſa concurrant, quadragenalis tamen præſcriptio non habebit locũ, quia illa præſcriptio demum ꝑmittitur, vbi defunctus tempore mortis ſuæ catholicus reputabatur, ergo vbi non reputabatur catholicus, inhibetur, iuxta illud quod, de vno ꝑmittitur de ceteris prohibetur. vt. ff. de iudi. l. cum prętor, & c. nõne. de præſumpt. vnde ſi quadragenalis non vindicat ſibi locum,

neque

neq; centenaria locum habebit, quia a tempore commiſſi cri minis bona fuerunt delata in fiſcum. melius tamen ac verius videtur dicere quod licet bona talis hæretici fuerint delata in fiſcum a die commiſſi criminis, quia tamen publicata nõ fuit ſententia ſuper huiuſmodi confiſcatione, centenaria non habebit locum, vt C. de ſacroſan. eccl. in authen. quas actiones. & c. 2. de præſcript. lib. 6.

Q V E R E L A.

1 QVerela nomen eſt generale comprehẽdens omne genus querelandi. Bal. in conſ. 335. 3. vol. col. 1. conſ. 229. ad fi. & conſ. 252. col. 1. & eſt magis latũ verbum querelare quam appellare, Aretin. in conſ. 75. col. 8. & comprehendit etiam accuſationem. Cæpol. in conſ. 65. col. 2. Et ſcias quod ſicut non omnis poteſt accuſare iuxta nod. per Gandi. fol. 1. col. 2. & ſequen. & per Areti. in glo. Nec non ad querelam, col. 6. & ſequen. ita non omnis poteſt ſic querelare, aut querelari. quia ſi receſſerint aliqua vſu requiſita in accuſatione, vt inſcriptio ad pœnam talionis, & proteſtatio fideiuſſionis, cætera tamen remãſerunt. per regulam l. præcipimus, in fi. C. de appel. Vſus tamen non admittit tales querelas pro accuſationibus, quia hoc modo non eſſet neceſſaria alia inquiſitio, quæ tamen formatur ſuper talibus querelis, & ita querela habetur pro querela, & non pro accuſatione. Boſſ. in pract. titul. de accuſatio. num. 6.

2 Querelare, ſiue accuſare non omnis poteſt, etiam vbi alias perſona eſt apta, ſed in criminalibus publicis tantum, & in priuatis vbi venit pœna applicanda fiſco, alias tantum auditur is cuius intereſt, vt per Bar. in rubr. ff. de pign. actio. & per Aretin. in glo. nec non ad querelam. Verum eſt aduertendũ quod etiam in priuatis vbi poteſt ex diſpoſitione iuris, vel ſtatutorum procedi ex officio, ſemper omnis admittitur, etiam quod ſua non interſit, ſecundum Cardi. in cap. exceptionem in 6. quæſtio. extra de exceptio. li. 6. Et nota quod querelans non punitur de falſo ſicut denuncians, quia querelans tantum aſſerit, & nihil probat, denuncians autem etiam probat,

Quis querelare, vel accuſare poſſit.

Aliud querelare aliud denunciare.

probat, & ſaltem facit iudicium ad inquirendum. Boſſius vbi ſupra, nume. 16.

R

RAPTOR.

RAPTORES virginũ, & maxime monialium 1
qua pœna plecti debeant, vide Inſtit. de publ. iu
di. & l. raptores virg. C. de epiſco. & cler. & l. vni
cam c. de rapt. virg. & punitur etiam ſolus cona
tus. Et nota quod raptus requirit amotionem
violentam de loco ad locum. Bald. in l. ſed eximendi. &
ibi Alexand.

RATIFICATIO.

Ratificatio confeſſionis quomodo, & quando requira 1
tur in reo, vide ſupra in ver. confeſſio, & ver. proceſſus.

RECEPTATIO.

Receptatio, ſiue conuerſatio hæreticorum, & cum hęreti 1
cis non conſideratur niſi cum ſciẽtia. nam ad hoc quod
receptator banniti, puniatur de receptatione debet probari
ſcientia. glo. in l. prima, & ibi not. Bart. ff. de recept. Bald. in l. a
nobis. de except. vide inſuper. textum, & ibi not. per glo. in
c. accuſatus. §. ille quoque. de hære. lib. 6. qui loquitur de illo
qui prius abiurauerat, & ſi in fortioribus terminis, quando
aliquid dicitur eſſe factum quod ignorantia excuſari non po
teſt, ſcientia debet probari. Bart. in l. omnes C. de agricol. &
cenſi. li. 2. Ang. in l. pri. de Nili aggeribus non rnmp. dicẽtes
quod accuſans auxiliatorem banniti debet probare ſciẽtiam,
propter glo. in l. ex maleſ. §. longe minus. ff. de actio. & oblig.
& præter id quod cum non probatur ſcientia, ſatis cõſtare de
ignorantia dici poſſit, pro qua præſumitur. c. præſumitur. de
reg. iur. li. 6. l. verius. ff. de proh.

Receptatores latronum, vel aliorum inſignium reorum ca 2
pitali ſupplicio damnantur l. fin. C. ad legem Iul. maie. de vi.
pub. & l. 1. & in fi. C. de his qui latro. occult.

3 Receptator quis dicatur proprie, & maxime hæreticorum cum dubium ſit, notandum eſt, quod recipientes hæreticos in domibus ſuis ſunt in duplici differentia. Quidam namque ſunt qui non tantum ſemel, & iterum, ſed pluries ac frequenter hæreticos recipiunt, & iſti proprie ſecundum vim nominis, & vocabuli dicuntur receptatores a receptando quod eſt verbum frequentatiuũ, & inde receptaculum dicitur domus, vel hoſpitium in quo hæretici frequenter, vel pluries conueniunt ad docendum vel ad morandum, & tales receptatores quandoque ſunt ſine culpa, vt puta, ſi ignorantes hoc faciant, vt quia eorum errores neſciunt, nec aliquid vnquam ſiniſtrũ de eis audiuerunt, nec ſuſpicati ſunt. *Receptatores ſine culpa.*

4 Alij autem ſunt in culpa, vt pote quando illorum errores ſciunt, & quod eccleſia eos perſequitur non ignorant, & nihilominus eos latenter, & frequenter receptant, ne in manus eccleſiæ perueniant. tales enim proprie ſunt, & dicuntur receptatores hæreticorum, & de talibus loquuntur iura, & tales ſi credant hæreticorum erroribus ſecundum c. excommunicamus 1. ſunt hæretici, & debent, & ſi non fateantur hæreticos ſe eſſe, tamquam vehementer ſuſpecti abiurare, vel eis eſt purgatio canonica iniungenda, maxime ſi ſunt infamati. di. c. excommunicamus 1. de hære. & c. accuſatus, eo. li. 6.

5 Quidam autem non pluries, & frequenter, ſed tantum ſemel, vel bis hæreticos receperunt, & hi, ſecundum aliquos, receptores, quia illos tantum receperunt, ſed non receptatores quia non receptarunt, dici poſſent. contrarium tamen cũ nonnullis tenet Guido Falcodij in ſuis conſultationibus ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis. q. 9. & de hoc non eſt magna vis facienda, nam non de verbis ſed de factis, curandum eſt. Ideo dicendum eſt, quod iſti ſiue dicantur receptores, ſiue receptatores quandoque ſunt in culpa, & quandoque non, vt iam de proprie receptatoribus dictum eſt.

Et notandum eſt, quod quis non dicitur receptare niſi ſcienter l. 1. & ibi notata. ff. de recepta. & l. 1. & 2. ff. de off. præſid. & l. congruit, C. de his qui latro. & ideo tota vis in hac materia

AAa conſiſtit

conſiſtit in oſtendenda ſcientia, cum receptare in ſe non ſit malum, Propter hoc ſecundum Bal. in l. dolum C. de dolo. dolus, & ſcientia debet oſtendi, quibus non oſtenſis ſequendum eſt ius commune. quando autem de ſcientia conſtat per famã eſt licite cauſa minuendi pœnam, vt per Bart. in l. 1. §. 1. ff. de recept. vide Boſſium, in pract. tit. de rapina nu. 21. & Zanchinum c. 6. cum addi.

6 Sed quid de hoſpite, aut caupone qui nõ videtur teneri ad explorandum conditionem aduenientium ſeu declinantium ad ſuũ hoſpitium? ff. de fur. adu. nau. l. 1. quicquid dicat Bar. ibi a Nello adductus, dicimus ipſum teneri, ſi hæreticus publice damnatus eſt, aut publice citatus ab officio Inquiſitionis, quia cum hoc ſit crimen publicum quod omnes tangit, & in omnium iniuriam committitur, vt l. Manichęos C. de hæret. omnes cauere debent. ſecus autem ſi ignoratur quod ſit hæreticus damnatus, aut citatus, & requiſitus ab Inquiſitore. vide Gand. in tit. de furib. & latro. nu. 14.

7 Conſanguineus etiam ceſſante dolo, ideſt ſi nõ participat in crimine cum recepto, excuſatur, quia ignorantia meretur excuſationem. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit l. penult. in fin. vide Bonif. vital. de recept. fur. nu. 4. 5. 6. 7. Et clarius in propriis terminis loquitur Paul. Ghirl e. tract. q. 9. nu. 2. & 3. exponens dictum glo. in §. credentes. in c. excommunicamus. & in c. accuſatus. §. ſi vero. eo. lib. 6. Excuſantur etiá cõſanguinei in caſu neceſſitatis famis per glo. in c. accuſatus. §. ille quoque. in ver. non poſſit. & Panor. in c. ſi quis epiſcopus, de accuſ. dicentem potius ſubueniendum eſſe patri, & fratri carnali hæretico in caſu neceſſitatis, quam extraneo catholico. D. Tho. 22. quęſt. 31. ar. 3. vide Nellum in tract. de bannitis, quæſito 21. & 22. Conſidera tamen limitationem Bart. in l. 2. de recept. ab illo adductam, qua declarat conſanguineum receptantem non excuſari, ſi receptus ex forma ſtatuti poteſt occidi, quia tunc eſt hoſtis ciuitatis, & ſicut illũ ꝑdit ciuitas, ita illũ ꝑdunt agnati, & cognati l. poſtliminiũ. §. filius ff. de captiuis, & a ſimili cõſidera, an id currat etiã in hæretico, qui eſt hoſtis totius eccl,

R E C V S A T I O.

1 RΕcuſari poteſt quilibet Iudex delegatus, vt notat Archid. in c. cum plures. de off. deleg. li. 6. & etiam ordinarius, vt in c. licet. de for. comp. & c. legitima. de appell. li. 6. & infra tres dies arbitri ſunt eligendi, vt in l. fin. C. de iud. & per hoc patet quod citari debet aduerſarius ad hanc electionem fiendam, ar. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Tempus autẽ infra quod dicti arbitri debent terminare cauſam non eſt in iure determinatum, ſed Iudex recuſatus poteſt, & debet ipſum tẽpus pręfigere ipſis arbitris, infra quod tempus ſi non termine tur, Iudex ipſe cognoſcet de principali cauſa, non obſtante recuſatione præpoſita, vt in di. c. legitima. de appell. Et nota ꝙ talis recuſatio eſt præponenda in exordio litis, & habetur in c. cum ſpeciali. de appell. & ibi vide textum cum glo. vbi declaratur qui ſit ſeruandus ordo in huiuſmodi Iudicis recuſatione. Quæ autem ſint cauſæ legitimæ recuſationis, habetur per ſpec. in primo tit. §. ſupereſt videre, & notata in c. legitima. de appell. li. 6. vnde ſi Iudex non admiſit exceptiones, & ſuſpicio nes, eſt legitima cauſa ab ipſo alleganda, vt in c. poſtremo. de appell. & ita tenet ſpec. in tit. de appel. §. 1. col. 5. verſ. ſed quã. Item vbi recuſatur Vicarius, cauſa recuſationis eſt probanda coram epiſcopo c. ſi contra vnum. de off. deleg. li. 6. ſed alleganda coram ipſo recuſato, vt in di. c. cum ſpeciali. de appell. recuſare autem Inquiſitorem quando poſſit reus, vide ſupra in ver. Appellare.

Arbitri recuſatorij.

Cauſæ recuſationis ſunt allegandæ.

R E D I E N S.

1 REdeuntes, ſiue tranſeuntes ad ritum Iudæorum ſeu gentilium, vide ſupra in ver. Iudæi, & in ver. inuocantes.

R E G V L A R E S.

1 REgulares prælati contra ſubditos ſuos aliter in cauſa fidei procedere non poſſunt, quam per explicatam ac traditam formam, vt expreſſe habetur ex c. vt officium in princ. in ver. iuxta canonicas ſanctiones, & in §. ſi vero. in ver. iuxta formam eccleſiæ, de hæret. li. 6. & ex multis alijs iuribus, quæ bene inſpicienti aperte patent. Qui itaque ex aliquo indulto

facultatem habeñt regulares ſibi ſubditos in hæreſi depreheſ-ſos abſoluere aut punire,ſeu contra illos inquirere,cum notario,& teſtibus depoſitiones recipiãt, inquiſitionem forment, ad abiurationem redeuntes recipiant, ſententiam pronuncient,ac denique iuridice vniuerſa faciant, & a di.§. verum, nullo modo recedant.quod ſi notarium cõmode habere non poſſunt,adhibeãt duos viros idoneos loco notarii qui ſe ſubſcribant, vt in eodem .§. verum, in fin. & de probatio. cap. quoniam.

Nec valet,ſi dicant ex ſuo regulari inſtituto ad ſeruandum apices iuris minime teneri,quia hæc non ad apices,ſed ad iuris ſubſtantiam,& eſſentiam pertinent.non enim ita vaſte regula illa de apicibus dilanianda eſt,& quibuſuis exceſſibus,& criminibus applicanda, vt plerique cum conſcientiæ onere, ſeruandum eſſe putant, ſed in leuioribus tantum omitti poſſunt apices,ſecus autẽ cum de grauioribus agitur. Archi. flo. 3.parte tit.9.cap.7.§.8.verſ.Item notandum quod in priuilegiis religioſorum dicitur &c.

Nam ibi declarat per verba illa priuilegii,poſtpoſitis rimulis,& apicibus iuris,& per alia ſimilia, ꝙ non eximũtur a iure communi ad quos omnes catholici tenentur,de conſti.c.1.& adducit exemplum de forma electionis. additque quod qui iniuſte clericum detinet excommunicatus eſt.de ſent.excommunication.c.nuper.Videant igitur prælati regulares,& conſcientiæ ſuæ conſulant.

Nec etiam valet ſi dicant prædictum procedendi modum in hoc crimine Inquiſitores tãtum arctare, ſeque ordinarios eſſe, qui ſpecialibus his conſtitutionibus, & ordinationibus minime ſubiiciuntur,quia per c.per hoc.eo.li.6.§.fi.nõ modo Inquiſitores,ſed etiam epiſcopi qui ordinarii ſunt, ad ſeruandum antedictam procedendi formam obligantur.verba namque textus ita dicunt.Siue autem ordinaria,ſiue delegata epiſcopi poteſtate procedant,illum in procedẽdo modum obſeruent,quem Inquiſitores poſſunt, & debent per iura communia,vel per ſpeciales cõceſſiones,ſeu ordinationes ſedis Apo-

ſtolicæ

ſtolicæ obſeruare. vide dictum D. Archiepiſcopum 3. par. tit. 18. c. 2. §. 1. Silueſtr. in verb. hæreſis. 2. §. 8. ibi. quintum.

RELAPSI.

1 Relapſi proprie dicuntur qui prius fuerunt lapſi, vnde re lapſi quaſi iterum lapſi. Labitur enim quis dupliciter, nã aliqui labuntur in hęreſim, aliqui in fautoriam hęreſis. labuntur autem in hęreſim qui in illa deprehenduntur, vt in c. ad abolendam, de hęre. ſiue deprehendantur facti euidẽtia, ſiue confeſſione propria, ſiue teſtium productione legitima, iuxta glo. alleg. c. ver. deprehẽſus, & c. ſuper quibuſdam de ver. ſig. labuntur etiam in fautoriam, qui hæreticos receptant, defenſant, ſententiam Iudicum, vel proceſſum fidei directe, vel indirecte impediunt, iuxta c. vt Inquiſitionis. de hęre. li. 6. *Fautores qui.*

2 Relapſi igitur ſunt in duplici differẽtia, quidam enim ſunt relapſi in hęreſim, & ſunt in quatuor gradus diſtincti qui proprie dicuntur relapſi.

Primus quorum erit cum quis incidit in illam hęreſim quã antea abiurauit, & deprehenſus in eadem, vt in c. ad abolendam. de hære. §. præſenti, & §. illos quoque. vt pote deprehẽſus quis eſt in hãc hæreſim incidiſſe, quod Chriſtus videlicet non eſt natus de virgine, abiurauitque illam, & poſt in eandẽ abiuratã deprehẽſus eſt incidiſſe, relapſus eſt, & talis animaduerſione debita eſt puniendus, iuxta c. ad abolendã, de hære. *Deprehenſus.*

3 Secundus caſus eſt quando non eſt deprehenſus, ſed eſt vehementer ſuſpectus de aliqua hæreſi, & abiurat eandem tam quam vehementer ſuſpectus, ſi poſt talem abiurationem deprehenſus eſt in eandem abiuratam hæreſim incidiſſe, relapſus debet cenſeri quadam iuris fictione, & tamquam relapſus eſt habendus. c. accuſatus. de hære. lib. 6. vtpote ſuſpectus habitus eſt vehementer quis, ſed non deprehenſus quod non credit Chriſtum eſſe natum de virgine. & abiurauit illam hęreſim vt vehementer ſuſpectus, poſtmodum deprehenditur, quod incidit in ipſam abiuratam hæreſim, relapſus dicitur, & eſt talis puniendus, ſecundum c. accuſatus. de hære. lib. 6. ſecus autem ſi tamquam leuiter ſuſpectus abiurauit. *Vehementer ſuſpectus.*

Tertius

Tertius caſus eſt, quando quis deprehenſus, vel vehemen- 4
ter ſuſpectus eſt, quod inciderit in aliquam hæreſim, & poſt
abiurat non ſolum illam, ſed etiam omnem hæreſim genera-
liter, & ſimpliciter, poſtea deprehenditur in illam in qua inci
In quamcunque. derat ſeu ſuſpectus fuerat, vel in aliam quamcunq; incidiſſe,
relapſus eſt. vt in c. accuſatus. §. cum vero. lib. 6. vtpote quis
eſt deprehenſus, ſeu vehementer ſuſpectus de hac hæreſi vide
licet, quod Chriſtus non ſurrexit, & abiurauit non tantum il
lam hæreſim, ſed omnem hæreſim, talis ſi poſt talem abiura-
tionem deprehẽdatur in hac hæreſi, videlicet quod Chriſtus
ad celos nõ aſcendit, incidiſſe, relapſus eſt, vt in c. alleg. patet.

Quartus caſus eſt, cũ quis hęreſim abiurauit, de cuius lap 5
ſu ante abiurationem cõſtabat, vtpote, quod fuit deprehẽſus
vel poſt conſtitit, vt quia abiurauerat vt ſuſpectus vehemen
ter, & poſt conſtitit quod poſt abiurationem hæreticos dedu
xit, viſitauit, ſeu aſſociauit, vel fauorem dedit, qui non poſſit
rationabiliter excuſari, debet iudicari relapſus, vt in di. cap.
Fautores poſt ſecundam fautoriam. accuſatus. Et omnes tales relapſi, ſiue pęniteant, ſiue non, ſi
ne vlla penitus audientia tradendi ſunt brachio ſeculari debi
ta animaduerſione puniendi. Sed verum eſt, quod ſi non pęni
teant, ſunt tradendi tamquam hæretici pertinaces. Si autem
pęniteant, non ſunt eis deneganda ſacramenta pęnitentiæ, &
euchariſtiæ, vt in c. ſuper eo. de hære. lib. 6.

Quidam autem ſunt relapſi in fautoriam, vt quia fautoriã
abiurauerunt, & poſt in ipſam abiuratam fautoriam relabun
tur, ſecundum concilium Teraconenſem relapſi ſunt. Si au-
tem ita ſit, & an intelligatur ſi relabũtur in aliam fautoriam,
vel in eandem, & an ſint iſti vel illi, & non iſti ſed illi curiæ
ſeculari vltimo ſupplicio feriendi tradendi, clare non loquun
Poſt purgationem delinquens. tur iura. Eodem modo ſi quis diffamatus de aliqua hæreſi ca
nonice ſe purgauerit, & poſtmodum inciderit in eandem, vel
aliam infamiam, an ſit realiter, vel iuris fictione, vel alias re
lapſus, & pœna relapſis debita puniendus, iura clare nõ loquũ
tur, licet in c. ad abolendam. §. illos quoq;, & c. excommu
nicamus. §. adiicimus. & ſi poſt purgationem videatur dicere

quod

quod qui poſt purgationem reincidit, quod ſine vlla audien tia ſeculari iudicio ſit tradẽdus, quia ibi loquitur indiſtincte. In tali caſu quicquid diximus ſupra in ver. purgatio canonica. optimum eſſet Papam conſulere.

6 Nota etiam pro maiori declaratione tam primi quã ſecundi modi propter doctorum varias opiniones, quod relapſus (vt iam diximus) proprie dicitur, qui per manifeſtam, & plenam probationem primo de hæreſi fuit conuictus, deinde hæreſi abiurata reincidit in errorem illum primum, vel in quemcunque alium, ſecũdum Io. And. qui alleg. c. ego Beringarius. de cõſecra. di. 2. quia neceſſe eſt in relapſo conſtare debere de vno lapſu priori, vel poſteriori. & pro hac opinione Io. An. (ait Gemin.) facit c. ad abolendam, ponens pœnam relapſis pœnam loquitur de his qui relabuntur in abiuratam hæreſim. Si ergo vnicum articulum abiurauit, & poſtea committit in alium, non dicitur relapſus in hæreſim niſi in genere, ergo nõ habet pœnam relapſorum quę imponitur tantum relapſis in abiuratam hæreſim, cum iura pœnalia non ſint extendenda, c. ſtatutum. de elect. ſed contrarium facit ſequens glo. (ait Gemin.) quia ille, qui abiurat hęreſim in vna ſpecie, videtur abiurare etiam in alia ſpecie cum, habeat inter ſe connexitatẽ. igitur relapſus poſtea in altera, etiam relapſus dicitur in abiurata, & per conſequens puniendus vt relapſus, & iſta pars videtur verior. Vide Gemin. in c. accuſatus. de hære. li. 6. verior (dico) & ideo tenenda, quia & validioribus rationibus innititur, & quia non refert quo genere erroris quis in hæreſim labatur. Nam ſemper tendit ad vnam ſceleris nequitiam, & ad vnum finem, ſcilicet deuiandi a fide catholica, vt c. de hęre. l. Ariani. Et dicitur quod hæretici diuerſorum errorum habẽt facies diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, vt c. penult. de hęre. Et exinde relapſus dicitur quaſi ſecũdo lapſus. Nam monoſyllaba reiterationem inducit. ff. de ver. ſig. *Ad vnã ſceleris nequitiam.*

7 Nota etiam, quod licet quis non confiteatur certam hæreſim credidiſſe, vel tenuiſſe, dummodo cõfiteatur ſe tanquam vehementer ſuſpectum abiuraſſe omnem hæreſim, & poſtmodum

dum in eandem ſuſpicionem reincidiſſe, relapſus non dicitur, ſed violenter ſuſpectus, ſecundum Gemin. quia vehemens ſuſpicio tranſit in violentam, ſcilicet ſuperueniens vehementi, & alleg. glo. in c. literas. de præſump.

Violenter ſuſpectus.

Mortem relapſis nunciare qui debeant.

Relapſis brachio ſeculari tradendis mortem nunciare per ſeipſum non debet Inquiſitor, nec Epiſcopus, ſed per honeſtas perſonas ipſis reis vtcunq; gratas, & deuotas, quas ſæpius ad eos mittere debet. vide directorium Inquiſitionis, & ſupra in ver. Hæreſiarcha. nu. 17. 8

RELAXARE.

RElaxare pœnam reo totaliter, vel particulariter, an liceat iudici, nota vt infra. Et pro maiori declaratione huius difficultatis, ex doctorum dictis diſtinctiones nonnullas pmittere oportet, quarum prima erit, quod differẽtia eſt inter relaxare, mutare, & alterare pœnam. 1

Nam relaxare pœnam reo videtur eſſe illũ totaliter a pœna abſoluere, ſiue ei totaliter pœnam remittere. Mutare vero eſt pœnam debitam in aliam commutare, vt pœnam mortis in pœnam exilii, aut pœnam flagellorum in pœnam pecuniariam. Alterare autem pœnam eſt pœnam augere, vel diminuere, mitigare, & attenuare.

Secunda diſtinctio erit, quod pœna aut eſt in lege determinata, aut non, ſed iudicis arbitrio relicta.

Tertia diſtinctio eſt, quod pœna in lege ſtatuta, aut ſtatuitur vt inferenda, aut iam iure incurſa.

Quarta eſt, ꝙ alterare pœnam contingit dupliciter, aut poſt, aut ante latam ſententiam.

Quinta erit, quod alterare pœnam contingit dupliciter, videlicet cum cauſæ cognitione, aut ſine cauſæ cognitione.

Sexta erit, quod reus aut puniendus eſt ad inſtantiam iniuriati accuſatoris, aut non.

Septima erit, ꝙ iudex aut eſt ordinarius, aut delegatus.

Octaua erit, ſi iudex ordinarius eſt, aut eſt habens poteſtatem diſpenſandi in crimine de quo reus accuſatus eſt, aut nõ.

His præmiſſis ſit hæc prima concluſio. Iudex ordinarius, & 2

multominus

multominus delegatus non poteſt reo accuſato, & conuicto licite laxare pœnam in lege ſtatutam ſuper crimine de quo reus eſt cõdemnatus, reo petente recompenſationem illatę ſibi iniuriæ. Hæc concluſio quam credimus eſſe Diui Thomæ ſec. ſe. q. 68. ar. 3. patet primo auctoritate diuinæ legis. Dicitur enim Deuter. 13. de illo qui perſuadet ſeruire diis alienis. Non parcat oculus tuus vt miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interficies eum. Et de homicida dicitur Deuter. 19. nec miſerearis eius.

Relaxare pœnam in lege ſtatutam.

Secundo patet ex c. ſi quem 2. q. 3. vbi ſic dicitur, Facti quidem inquiſitio in arbitrio iudicantis eſt, pœnæ vero proſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur, non arbitrio iudicis committitur. ff. ad turpill. l. 1. Et propterea dicitur in authen. de iudicibus. §. oportet. quod iudex non debeat eſſe minor lege.

Ratione vero probatur præfata cõcluſio per Diuum Thomam vbi ſupra ex duobus quæ ſunt circa Iudicem conſideranda. quorum vnũ eſt, quod ipſe habet iudicare inter accuſatorem, & reum. & aliud eſt, quod ipſe non fert iudicii ſententiã quaſi ex propria, ſed quaſi ex publica poteſtate. Duplici ergo ratione impeditur iudex ne reum a pœna abſoluat. Prima quidem ex parte accuſatoris ad cuius ius quandoque pertinet vt reus puniatur, puta propter aliquam iniuriam in ipſum commiſſam cuius relaxatio nõ eſt in arbitrio alicuius iudicis, quia quilibet iudex tenetur ius ſuum reddere vnicuique.

Duo a iudice conſideranda.

Alio modo impeditur ex parte reipublicæ, cuius poteſtate fungitur. ad cuius bonum pertinet quod malefactores puniantur, ſed tamẽ quãtum ad hoc differt inter inferiores Iudices, & ſupremum Iudicem, ſcilicet Principem cui eſt publica poteſtas plenarie commiſſa. Iudex enim inferior non habet poteſtatem abſoluendi reum a pœna contra leges ſuperiorum ſibi impoſitata. Vnde ſuper illud Io. 19. non haberes in me poteſtatem vllam, dicit diuus Auguſtinus. Talem Deus dederat Pilato poteſtatem, vt eſſet ſub Cæſaris poteſtate, ne ei omnino liberũ eſſet accuſatum abſoluere.

Differentia inter iudicẽ, & iudicem.

Principis au ctoritas. Princeps qui habet plenariam poteſtatem in republica, ſi 3
ille qui paſſus eſt iniuriã velit eã remittere, poterit licite reũ abſoluere, ſi hoc publicæ vtilitati viderit non eſſe nociuum.

Secunda cõcluſio eſt. Si iniuriam paſſus cõſentit vt reo pœ 4
na relaxetur Iudex habens plenam auctoritatem poteſt licite reo relaxare pœnam in lege ſtatutam, dum tamen hoc non ſit nociuum aut ſcandaloſum reipublicæ. patet hæc concluſio ex iam dictis.

Pœnæ diuerſæ diuerſa tẽpora requirunt. Tertia concluſio eſt. Quando pro vno eodemque facto di- 5
verſæ pœnę de iure imponuntur, tunc vtraque pro vno, & eo dem tempore non eſt imponẽda. Hoc patet per c. at ſi clerici. de iudi. maxime vbi vtraque per ſe ſufficeret, vt ibi notat̃. ſed tunc minor eſt imponenda, quia pœnæ potius ſunt molliendę quam exaſperandæ. ff. de pœn. l. interpretatione, & de pœni. di. 1. c. pœnę. vel locus erit gratificationi c. cum autem, de iur. patro. vel illa imponatur quæ magis timetur c. quoniam frequenter, vt lit. non cont. quia hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur c. prodeſt ſeueritas. 23. q. 5.

Quarta concluſio eſt. Si pœna ipſo iure contrahatur, non 6
poteſt Iudex eam relaxare, aut commutare, vel alterare, quia talis pœna, cum iam quodãmodo inhæret vſibus ipſius rei, nõ pendet ex iudicis arbitrio, tum quia, vt Io. An in c. 1. de ſagit. ait, quando pœna imponitur ipſo iure, non reperitur alia pœna condemnatoria, ſeu delatoria delicti.

Quinta concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam non poteſt 7
commutare, vel alterare augendo, vel minuendo Iudex delegatus, quia talis non poteſt diſpenſare, ſed iure communi pro cedere, cum fines mandati exacta diligentia ſint ſeruandi c. cũ dilecta. de reſcript. Hæc concluſio colligitur ex cap. de cauſis. de off. deleg.

Sexta cõcluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam pro aliquo cri 8
mine Iudex etiam ordinarius non habens poteſtatem diſpen ſandi ſuper illo crimine non poteſt commutare, minuere, vel augere, vt in c. licet. de pœnis.

Habens pote Septima concluſio eſt. Iudex ordinarius habẽs poteſtatem 9
diſpenſandi

diſpenſandi ſuper crimine illo, non poteſt pœnam in lege ſtatutam mutare, vel alterare diminuendo, vel augẽdo ſine cauſa legitima, & ſine cauſæ cognitione, vt ex c. ſi quam 2. q. 3. vnde dicit Hoſt. in ſum. li. 5. tit. de accuſ. §. quis ſit effectus accuſationis. Effectus accuſationis eſt, vt reo cõuicto imponatur pœna ordinaria, & certa ſi in iure ſtatuta eſt. nam Iudex qui meliorem aut duriorem pœnam impoſuerit quam ſcriptam repererit, graui infamia notatur, vt C. ad l. iul. de ui. pub. vel pri. l. ſeruus qui. in fin. & C. ne ſanctum baptiſma itere. l. 3. & c. de cauſis. de off. deleg. & c. vlt. de tranſact.

ſtatem diſpenſandi ſuper crimine.

Accuſationis effectus.

10 Octaua concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam Iudex nõ poteſt commutare poſt latam ſententiam, vt ex alleg. c. ſi quem. 2. q. 3. ſed contra hanc concluſionem, aliqui arguũt. & primo di. c. veniam. 35. q. 9. vbi Papa poſt ſententiam cuidam pœnã temperauit. & idem de præſide prouinciæ qui etiam poſt ſententiam poteſt mulctam impoſitam temperare, vt. ff. de offi. præſid. pro. l. illicitos. §. qui uniuerſas. Sed reſpondetur quod ſpeciale eſt in Papa, & præcipue in his qui vocati ſunt in plenitudinem poteſtatis, quod poſſint in criminalibus etiã poſt ſententiam pœnam adiudicatam temperare. ſimiliter & præſes prouinciæ qui etiam habebat maximam poteſtatẽ. & ideo ex hoc non ſequitur quod regulariter omnes Iudices hoc poſſint facere.

Poſt latam ſententiã pœnam commutare non poteſt.

11 Nona concluſio eſt. Pœnam in lege ſtatutam poteſt Iudex qui habet poteſtatem diſpenſandi ſuper illo crimine, de quo dicta pœna fuit ſtatuta, commutare, augere, vel minuere cum cauſę cognitione, & ante ſententiam, vel in ipſa ſententię prolatione, vt in c. In archiepiſcopatu, de rapto. & c. eo. l & ſi ſeuerior. In hac cauſę cognitione habetur conſideratio locorum, & temporum, perſonarum, & cauſæ, multitudinis, & ętatis, ac etiam ſcandali. namque ex his omnibus rigor iuris mitigatur vt colligitur ex c. ſuper eo. de ſent. excom. & cap. vlt. de ttanſa. Itẽ cauſa cognita, & ex prædictis cauſis, & iuribus poterit pœnam augere. & etiam quia multis craſſantibus uindicta opus eſt. ff. de pœnis l. aut facta, in vlt. §. & l. capitalium. in vlt. §. &

BBb 2 in di. l.

in di. l. & ſi ſeuerior. & per Innoc. in cap. 1. de conſtitutio.

In extraordinarijs quid poſſit iudex. Decima concluſio eſt. In pœnis extraordinariis iudex poteſt exaſperare, & mitigare pœnas, vt. ff. de pœnis. §. hodie, & de pœnit. di. 1. c. menſuram. In quibus extraordinariis tunc dicitur pœna diminui, vel augeri, cum Iudex nõ ſeruat id quod in talibus ſeruari conſueuit, vt. ff. de damn. in fin. l. ſi finita. §. 1. & . ff. de flumi. l. 1. cum ſimilibus. 12

Incorrigibili remiſſio non eſt facienda. Vndecima concluſio eſt. Indulgentia ſeu remiſſio pœnæ non eſt facienda per Iudicem homini incorrigibili, 23. q. 4. 13

In humaniorem declinare. Duodecima concluſio eſt. Quando pœna non eſt determinata a iure ſiue in lege ſtatuta, tunc imponitur arbitrio Iudicis, qui debet ęquitate ſeruata ſemper in humaniorem partẽ declinare. c. ex parte. de trãſa. & . ff. de effra. l. 1. & . ff. de pœnis l. hodie. Et c. de cauſis. de off. deleg. & c. vlt. de tranſa. Cum his concordant Inno. Hoſtien. in ſumma. archi. in c. ſi ergo. 17. q. 1. & Enricus Boich. ſuper cap. in archiepiſcopatu. de rapto. 14

Iudex inordinate remiſſus cui nocet. Et nota, quod ſi Iudex inordinate remitteret pœnam communitati, & reipublicæ, cui expedit vt maleficia puniãtur, nocumentum inferret, cui intereſt taliter punire delinquentes, vt peccata vitentur, vt deuter. c. 13. vbi poſt pœnam ſeductoris ſubditur, Vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquam vltra faciat quiſpiam huius rei ſimile. Nocet etiam perſonæ cui illata eſt iniuria, quæ recompenſationem accipit per quandam reſtitutionem honoris in pœna iniuriantis. Hæc Io. de Tur. Crem. ſuper c. ſi quem. 2. q. 3. 15

RELATIO.

Relatio. Vide in ver. Citatio. 1

RELIGIO.

Religioſorum appellatione qui veniant, vide Abb. in c. Eccleſia ſanctę Mariæ, de conſti. quot modis dicatur religioſus. glo. & Abb. in c. multa. de vot. & vot. redemp. 1

Religioſo in iudicio ſine iuramẽto nõ creditur. in c. nuper. de teſti. Abb. in c. cum dilecti. de dol. & contu. vide ibi. 2

Palam matrimonium contrahens. Religioſus ſi matrimonium palam contrahat, præſumitur in fide errare, & cõtra illũ Inquiſitor poteſt procedere tamq̃ 3

contra

contra male de ſacramentis eccleſię ſentiẽtem, ſecus autem ſi occulte, quia nõ pręſumitur in fide errare, ſed libidinis impulſu id feciſſe. Abb. in c. de homine. de celebr. miſſarum.

4 Religioſus in hęreſim incidens grauius punitur quam laicus. in c. accuſatus de hære. li. 6. *In hæreſim incidens.*

5 Religioſus quicquid acquirit, & vndecunque acquirat, monaſterio acquirit, vt in l Deo nobis. C. de epiſc. & cler. Abb. in c. quanto. de off. ordi.

REPLICATIO.

1 REplicatio paris criminis repellit excipientem. in c. cum eccleſiſticæ. de except. quando videlicet actor, & reus ſunt in pari cauſa. magis tamen eſt fauendum reo excipienti, quam actori replicanti. Abb. in cap. dilecti filij. de except. ibi vide.

RESIDENTIA.

1 REſidere tenetur qui habet beneficium etiam ſimplex de iure communi, nec ſufficit deſeruire per alium. tex. in c. penult. de cler. non reſi. niſi legitima cauſa excuſet. vt in c. peruenit. de appell. In duodecim tamen caſibus excuſatur, quos enumerat. Abb. in c. extirpandæ. §. vero. de pręben.

2 Reſidere intelliguntur in beneficio hi, qui alias reſidentes per infirmitatem impediuntur reſidere, ſecus de his qui alias non erant reſidentes. in c. ad audientiam. de cler. non ręſid. Ibi Io. And. & Abb. *Infirmitas excuſat.*

RESTITVTIO.

1 REſtitutio in integrum quid importet, & qui reſtitui debeant, vel poſſint, vide de reſti. in integr. & ibi doctores.

2 Reſtituti famæ, & honoribus per Imperatorem citra aliam diſpenſationem promoueri poſſunt ad ſacros ordines. Abb. in c. cuncti. de ſent. & re. iudi. dummodo pœnitentiam perfecerint, ibi. *Per imperatorem reſtitu ti.*

3 Reſtitutio tantum reſtituit, quantum id abſtulit aduerſus quod reſtitutio petitur. ita Bar. in l. fin. C. de ſenten. paſſ. & ideo non dicitur quis reſtitutus, niſi conſecutus fuerit plenam reſtitutionem, vt late decius in reg. in cõdemnatione. §. cum

verbum

verbum reſtituas .ff.de reg.iur.non tamen in præiudicium ter tii trahitur.c.quãuis. de reſcript.li.6.glo.in l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.& ideo non trahitur ad iam aliena ta per fiſcum,ſecundum Bar.& communiter doctores in di.§. quid ſi tantum,& Felin.in c.inter quatuor.de maior.& obed. niſi fieret via iuſtitiæ,& in pluribus aliis caſibus,de quibus ibi per Alex.Iaſon.& modernos.

Fructus per fiſcum percepti.

Reſtitutio etiam non trahitur ad fructus perceptos per fiſcum de rebus adhuc non alienatis,& minus de alienatis.diffuſius ſi vis vide Boſſiũ in pract.in tit.de remedijs ex ſola gratia Principis. 4

RETRACTATIO.

Retractans primam confeſſionem bonam rationem ad arbitrium iudicis non allegans,quod videlicet propter metum expẽſarum,vel propter metum maioris pœnæ id dixerit, non uidetur vere ſed ficte conuerſus.vt de pæn.di.3.c. pænitẽtia. cum c.ſeq.& præſumitur quod materia primi erroris fuerit per eum recondita,& callide palliata, vt de pœn. di. 2.c.ſi quis ſemel.& facit quod not.Archi.in ſimil.extra eo.c.vt commiſſi ſuper ver. in carcerem.impenitens enim videt̃ perſiſtendo in tali retractatione,videlicet ex quo ſuum crimen primęuum confiteri recuſat,vt de pœn.di.1.cap.quis aliquando.§.e contra,& ſibi videtur complacuiſſe in errore primęuo, quem iſta remiſſio debuit expiare.34.q.1.cum per bellicam. Nã exitus acta probat.22.q.2.quod autem ait. C. de iudi.l. rem non nouam.§.patroni,& ſequentia declarant præcedentia, vt C. de adult.l.ſi qui adulterii.24.q.1.c.1.circa fin.Imo videtur talis in negatiua perſiſtens defeciſſe in pænitentia, & purgatione ſibi iniuncta maxime ſi id egit poſt abiurationem, & iniunctam ſibi pęnitentiam,& ideo eſt tamquam hæreticus puniendus,vt de pręſump.c.literas.de pur.can.c.inter ſollicitudines, cum ei tantum ſit venia indulgẽda qui rediit ex puro corde, vt de hære.c.vt officium.§.ſi vero.li.6.& peccati venia non cõcedatur niſi correcto. vt de reg. iur. lib.6. c. peccati venia. Et primęua confeſſio non debuit ſibi profuiſſe, cum eam modo 1

contemnat,

contemnat,& deteſtetur. arg. de vſur. cap.quia fruſtra. C.de Apoſt.l. hi qui ſanctum. Vnde ſi in ſua prima cõfeſſione abiuraſſet,poſſet modo cẽſeri ficte relapſus, & ſi in ſua negatione perſiſteret,poſſet tamquam pertinax hæreticus condemnari. Hæc Zanchinus Arimin.c. 23. de hære. adde quod, & ſi confeſſio quandoque reuocari poſſit, vt per iura adducta ab Angel.de maleſi.in glo.cõparent D.Inquiſit.verſ.1. Hipp.Marſ. in pract. in .§.poſtquam.nu.15.& nu 47.& in.§.quæritur.nu. 32.& in ſingul.201.ibi. potes tamen limitare omnia prędicta. Rom.ſingul.304.incip.tu habes materiam.Boſ. in tit. de confeſſ.nu.73.& in tit.de tortura.nu.49.

REVOCATIO.

1 Reuocatio confeſſionis prioris iudicialis in mortis articulo præſumitur vera, quia pſumitur facta zelo veritatis, cum nemo præſumatur immemor ſalutis propriæ in tali caſu, vt de iure præſumitur.l. fin. C. ad l. iul. repeten. vide Marſil. in conſ. 109. nu. 32. & ſequen.Blanc. in pract. crimi. in .§.his ſic præmiſſis. in fin. ad quod facit Bal. in l.pri. in fin. vbi & Iaſon. nu. 10.Nec obſtare poteſt quod obiici poteſt ex doctrina Boſſii in tit. de indiciis, & conſide. ante torturam nu .85. dicẽtis, Quod reuocatio a teſte facta in mortis articulo extraiudicialiter non habetur in conſideratione, quia Boſſius loquitur quando talis exculpatio,ſeu reuocatio fit poſt ſententiam. & ita loquitur, & diſtinguit Feli. per illum alleg. in c. cum in tua. de teſtibus.nu. 6. vbi dicit, Si teſtis dicat vnum in iudicio & aliud extra, ſecundum non eneruat primum,etiam ſi ſecundum dicatur in mortis articulo.& iſta concluſio procedit, ſi & quando ſentẽtia eſt lata. ſin autem eſt ferenda (hæc ſunt verba Feli.) tunc in tantum detraheretur dicto ſuo,quod non eſt ferẽda, multum enim operatur confeſſio facta in lecto ægritudinis. glo. Bal. in l. 1.C. de falſ. vide Zaſium in conſ. primo.

REVS.

1 Reus iudici cum iuramento reſpondens non punitur de falſo, ſecundum Alex. in l. 1..ff. de bon. eorum qui ſib. mor. conſci. Pro qua opinione vide glo. in c. ne quis arbitretur.

tur. 22. q. 2. Et Iaſon. in l. 2. c. ſi cont. iuſ. vel vtilit. publ. qui dicit, quod tacens veritatem punitur vt falſarius, poſt Doctores. Tenendum tamen eſt cum Alex. etiam quod ſit mendax ꝑ iurus quo ad forum fori, ſecus in foro poli, quia non euitat periurium quo ad Deum, vt late per Abb. in c. 1. de teſt. cog. & ibidem per Felin. col. 2. ver. & in quantum. Secus autem in teſte qui in vtroq; puniri debet. vt infra in ver. Teſtis.

Mendacium rei quomodo excuſetur.

Reus tam in tortura, quam extra torturam poteſt interrogari de ſociis criminis in delictis quæ committuntur principaliter propter commodum committentium, vt in falſa moneta, furtis, & latrociniis. Secus autem in aliis quæ principaliter committuntur in odium alterius, vt in homicidiis. Bal in l. repeti. §. 1 ff. de quæſtioni. Et ſecundum Bar. hoc vltimum fallit in caſu .l. prius .ff. ad ſill. quod nihil aliud eſt dicere, niſi ꝙ mandatarius qui eſt conuictus de homicidio poteſt etiam in tortura interrogari de mandante. 2

De ſocijs quomodo poſſit interrogari.

S.

SACERDOS.

Confeſſarius in iudicio.

1 SAcerdos adductus in teſtem poteſt libere iurare ſe neſcire quid, licet id in confeſſione ſciat, ſecus ſi id ſciat in pænitentia extra cõfeſſionem, etiam ſi iuraſſet rem nemini dicere. in c. ſi ſacerdos. de offi. ordi.

2 Sacerdotis appellatione in materia odioſa venit tantum presbyter, in fauorabilibus autem veniunt omnes in ſacris cõſtituti. pro quo facit c. in ſumma. diſt. 32. Abb. in c. ſi quisquã de cohabi. cler. & mul.

3 Sacerdotes, & clerici qui citatos ab Inquiſitoribus hæreticos, vel credentes, fautores, auxiliatores, receptatores &c. inſtruunt de celanda, vel neganda veritate, tamquam fautores eorum debent puniri. c. Accuſatus. de hære. li. 6.

4 Sacerdos miſſam defunctorum celebrans pro aliquo vt citius moriatur, debet deponi, & in exilium mitti. Io. de Anani. in c. fin. de ſortil.

SACRA

SACRAMENTA.

1 SAcramenta quæ,& quando laicus poſſit adminiſtrare, quæ & quibus poſſint denegari. vide Abb. in c. quanto. de con ſuet. vbi ſeptem ita diſtinguit, ſcilicet in quinq; neceſſaria, & duo voluntaria, vt etiam not. glo. in c. veniens. de tranſa. quo rum duo per laicum conferri poſſunt baptiſmus videlicet, & pænitentia, cetera autem minime. c. quanto. vt ſupra & cap. Paſtoralis. de offi. deleg. *corrige.*

2 Sacramenta ſi ignoranter ab hæretico fuerint recepta, non ſolum conferunt eſſentialia ſacramenti, ſed etiam gratiam. Nam iudas fuit hæreticus. 1. q. 1. c. eos. tamen baptizauit, & te nuit eius baptiſmus. 1. q. 1. c. eos. Sed ſi ſcienter fuerint recep ta, non confertur gratia. vbi ſupra. c. etiam. Inno. in cap. 1. de ſchiſmat. & in c. fraternitatis. de hære. & ibi Abb. *Iudas hæreticus fuit.*

3 Sacramentum baptiſmatis in forma eccleſiæ collatum ꝓ deſt tam paruulis, quam adultis. Abb. in cap. pri. de ſumma tri. & fi. cathol.

4 In ſacramentis debet attendi generalis conſuetudo eccleſię licet in iure ſpecifice non caueatur. credẽdum tamen eſt, quod illa obſeruantia emanauerit a Chriſto, vel Apoſtolis, vel ſanctis patribus. Abb. in c. pernicioſis. de celebr. miſſ. *Eccleſiæ conſuetudo ſeruãda.*

SACRILEGIVM.

1 SAcrilegium committitur de iure ciuili quãdo res eſt ſacra, & aufertur e loco ſacro, ſed de iure canonico ſufficit vel rẽ eſſe ſacram, vel auferri e loco ſacro. glo. in l. ſi non dum C. de furt. & ibi Bal. & communiter Doctores. Vide Abb. in c. cete rum. de iudi. & c. cum ſit generale. de for. compet.

2 Sacrilegium committitur in rebus eccleſiæ non ſolum quã do vſurpantur, & occupantur, ſed etiam quando eccleſia in eius bonis, vel poſſeſſione illorum bonorum moleſtatur, & turbatur, & ratione horum competit iuriſdictio eccleſiæ contra laicos, & poſſunt cogi in foro eccleſiaſtico. Abb. in cap. conqueſtus. de for. comp. & ibi vide an tales ſint excommunicati. *Quomodo.*

SCANDALVM.

Veritas iuris poſitiui quandoq; relinquitur.

SCandalum vt euitetur, relinquitur veritas iuris poſitiui Abb. in c. qualiter, & quando. de accuſa. pro ſcandalo tamen euitãdo nullus debet incidere in peccatum mortale, pro eo tamen euitando debet ſeueritas iuris remitti, non autẽ ea quæ committi, vel non omitti poſſunt ſine mortali. Abb. in c. cum ex iniũcto. de noui oper. initiatio. & c. Qui multotiens. de reg. iur. 1

SCIENTIA.

SCientia, vel ignorantia quando præſumitur in facto proprio. vide Abb. in c. excommunicato. de reſcriptis. 1

Doctoris. *Teſtis.*

Scientia artis, & ſciẽtia facti. harum prima, quæ eſt rem per cauſam cognoſcere, requiritur in doctore. ſecũda, quæ eſt per ſenſum, requiritur in teſte, ſcilicet quia vidit, vel audiuit &c. Abb. in c. veſtra. de cohab. cler. & mulier. Et nota quod ex ſola ſcientia quis tenetur, quando non reuelauit delictum committendum aduerſus eum cui iſte ſciens erat ſubiectus, vt in l. 2. & quod not. ibi. glo. ff. ad l. pompo. de parici. vt filius ſcilicet ſi ſciret delictum committendum aduerſus patrẽ, & non reuelauit, teneretur ex ſola ſcientia, licet non ſit aliter particeps in delicto, vt in di. l. Idem in ſubdito non reuelante coniurationem contra principem factam, vt in l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. Abb. in c. 1. de reſt. ſpol. 2

Non reuellãs.

SCHISMA.

SChiſma ab hæreſi diuiditur, quia ſchiſma dicit diuiſionẽ, hæreſis autem dicit errorẽ, vnde a ſchiſmate dicitur ſchiſmaticus, ſicut ab hæreſi hæreticus. ſchiſmatici proprie qui ab Eccleſia catholica diuiduntur, de his loquendo qui fidẽ Chriſti perceperunt, duobus modis diuidi poſſunt. 1

Schiſmatici ab hæreſi parum diſtãtes.

Quidã nanq; ſunt diuiſi ab Eccleſia quoad obedientiã ſolum, nullũ habentes de credendis errorẽ in mente, nec de defendẽdo errore pertinaciã in voluntate, nec aliter apparet, ꝙ male ſapiant de articulis fidei, & eccleſię ſacramẽtis, ſeu eccleſiaſtica; poteſtate, licet moti malicia, vel ſuperbia, ſiue auaritia deuient ab obedientia Eccleſiæ. Attamen licet tales non ſint hæretici, 2

hæretici,ſunt tamen ad hæreſim multum diſpoſiti, nam eo ꝙ ſe diuidunt ab eccleſia,& nolunt ei obedire in agendis, leuiter prorumpunt,quod non obediunt in credendis.

3 Quidam vero ſunt diuiſi ab eccleſia nō ſolum quo ad obe *Schiſmatici,et hæretici.* diendum,verum etiam quo ad credendum, quia nolunt credere determinationibus Eccleſiæ, vt pote quod ſpiritus ſanctus procedat a patre,& filio,prout Eccleſia declarauit,extra de ſum.tri.& fi.cath.c. vnico.li.6. & tales ſunt hæretici, quia habent ea quæ ſunt fidei tenere, & credere, errorem tamen pertinaciter tenent in mēte,& voluntate, & cū poſt deprehēſionem erroris nolunt abiurare fit de eis ſicut ſupra diximus de alijs hæreticis.

4 Nota etiam aliam diſtinctionem ſchiſmatis ſecundū Abb. videlicet. Aut talis credit Eccleſiam eſſe aliam tantum quādo aliqui gerunt ſe Pontifices,& tunc eſt ſine hęreſi. vt dicit glo. in.§.1. 24.q. 1. Aut credit eccleſiam poſſe eſſe penes duos in ſolidum,& tunc ſchiſma eſt cum hæreſi, quia venit contra articulum illum,& vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. glo.in c.non autem.7.q.1.

5 Schiſmatici, & hæretici non debent recipi ad vnitatem Eccleſiæ niſi prius abiurato crimine. Abb. in c.quia diligentia, de electi.& ibi vide pœnas ſchiſmaticorum.

6 A ſchiſmatico ordinatus eſt ab officio repellendus,niſi probet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Abb. in cap. fraternitati. de ſchiſmaticis.

7 Schiſmaticus qui reuertitur ad vnitatē Eccleſiæ nō poteſt *Schiſmatici pœna.* eligi nec promoueri in epiſcopum,niſi diſpenſatiue. Adherēs autem ei quem credit eſſe Papam non eſt hæreticus, ſed nec Antipapa ipſe ſi credit ſe eſſe Papam, vnde non poteſt condemnari per concilium niſi ſchiſma inueteratum ſit,nec dat operam, vt ſchiſma tollatur de Eccleſia, quia tunc ſuſpectus eſſet de hęreſi, & tunc contra illum procedere poſſet concilium, vel melius dicitur, quod indubitatus Papa non poteſt accuſari de hæreſi. Sed cum apud Chriſtianos dubitatur, quis ſit verus Papa, poteſtas decernendi pertinet ad

concilium. Abb. in cap. quia diligentia. de electione.

SCRIPTVRA.

Scriptura quæ publica, quæ auctentica, & quæ ſit priuata, vide Abb. in c. 1. de fide inſtrum. 1

Auctentica. Scriptura auctentica dicitur, quæ per ſe fidem facit, ſiue ex appoſitione ſigilli auctentici, ſiue alio modo, ita quod ad ſui valitudinem non requiritur aliud adminiculum. Dicitur auctentica quaſi ex ſe auctoritatem habēs, vt ſcriptura priuata, confeſſionata, vel per teſtes roborata. Item confecta per officialem ſuper pertinentibus ad officium ſuum, & ſimilia. Abb. de fide inſtrum. §. ſcriptura. 2

Priuata. Scriptura priuata vnius boni viri facit ſemiplenam probationem. l. nuda. ff. de dona. Bal. in conſ. 275. Abb. in c. ſi ſcriptu ram. de fid. inſtrum. ſcriptum tamen propria manu in iudicio communiter debile argumentum facit, quia variari poteſt, Zaſius ſing. li. 2. c. 25. 3

Quæ fidem faciant. Scripturæ librorum antiquorum reſeruatorum ſub cuſtodia publica, & fideli faciunt fidem, ſecus de aliis, quæ licet adminiculentur, non tamen plenam faciunt fidem. Abb. in c. ad noſtram. de proba. Ex his infertur quod libri hiſtoriales qui bus à maioribus noſtris fides communiter adhibita eſt, nobis quoque faciunt fidem. Bal. in l. 1. videbo. Et glo. in c. inter dilectos. de fide inſtrum. Hinc eſt quod dicta Ariſtotelis, Hipocratis, Auicēnæ, & ſimilium fidem faciunt in eorum profeſſione, quia communiter in omnibus ſtudijs recepta ſunt. ad hoc l. ſeptimo menſe. ff. de ſtu. ho. & l. ſi pater. ff. de ſo. no. Creditur etiam ſculptis in aliquo loco communi, ideſt non in alicuius præiudicium, in aliis adminiculariter, ſecundum qualitatem loci vbi reperiuntur, & ſecundum quantitatem pręiudicii, vt l. monumentorum c. de reliquiis. 4

In albo. Scripturæ etiam quæ fiebant in albo prætoris fidem faciebant. locus ante hoſtium prætoris erat dealbatus, in quo olim deſcribebantur prætoria edicta, in Clemen. 1. de iudi. in ver. Albo. 5

Auctorum ab Scripta auctorum ab Eccleſia damnatorum ſunt damnata 6

ex eo

ex eo ſolum quod exierunt a malis, & damnatis auctoribus etiam ſi bonam contineant doctrinam. c. fraternitatis. de hæ re. & ibi per glo. quæ adducit 3. q. 4. c. nullus, & di. 16. c. ca nones. & c. excommunicamus. §. credentes. de hære. Et arg. ad hoc. 96. di. c. bene quidem. Si tamen ab eccleſia approbarentur, valerẽt, vt de nonnullis operibus Origenis factum eſt 16. q. 3. c. & ſi diximus. Et nouiter per regulas indicis librorum poſt Concilium Tridentinum emanati patet, quarũ vna quæ ſecunda eſt in ordine, ſic habet. *eccleſia damnatorum.*

7 Hæreſiarcharum libri tam eorum qui poſt prædictum annum hæreſes inuenerunt, vel ſuſcitauerunt, quam qui hæreticorum capita aut duces ſunt vel fuerunt, quales ſunt Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Balthaſar Pacimontanus, Suuenchfeldius, & his ſimiles cuiuſcunque nominis, tituli, aut argumenti exiſtant, omnino prohibentur. Aliorum autem hæreticorum libri qui de religione quidem ex profeſſo tractant, omnino damnantur. Qui vero de religione non tractant, a theologis catholicis iuſſu Epiſcoporum, & Inquiſitorum examinati, & approbati, permittuntur. Libri etiam catholice conſcripti tam ab illis qui poſtea in hæreſim lapſi ſunt, quam ab illis qui poſt lapſũ ad Eccleſiã rediere approbati, a facultate theologica alicuius vniuerſitatis catholicæ, vel ab Inquiſitoribus generalibus permitti poterunt. Vide ceteras regulas cum ſuo Indice. *Hæreſiarcharum libri.*

SECVLARIS POTESTAS.

1 Secularis poteſtas etiam ſi ſit Princeps nullo modo poteſt ſe de crimine hæreſis intromittere, ratione tamen ſedandæ, vel vitandę perturbationis, & ſeditionis quã hmõi perſonæ peſtifere quandoque ſuſcitant poſſet ſe intromittere. Facit Bar. in l. Diuus. ff. de Sicar. quando quis committit vnum delictum, & incidit in aliud, quod de vtroque punitur. Sicut & ſi Princeps ſecularis non poſſit ſe intromittere in electione prælati eccleſiaſtici, vel ad aliquod beneficium, tamen poteſt eijcere talem electum vti ſuſpectum e dominio ſuo. Abb. in c. cum terra. de electi. Boſſius in pract. tit. de hære. nu. 13. & 14. *De crimine hæreſis non ſe intromittet.*

SEMI-

SEMIPLENA PROBATIO.

SEmiplena probatio quæ ſit, vide ſupra in verbo. Probatio. 1

Semiplenæ probationes duæ vnam plenam quandoque 2
faciunt probationem. vide practicam Papien. in for. reſpon. reorum. num. 2.

Semiplene probatum, vel minusquam ſemiplene, vel ma- 3
gis dicitur habito reſpectu ad extremum gradum probationis, ipſam fidem ſcilicet, & credulitatem. Abb. in cap. vlt. de Iureiur.

S E N E X.

Quis.

SEnex dicitur a quinquageſimo vſq; ad ſeptuageſimum an- 1
num, poſt decrepitas, & hi non poſſunt cogi ad ferendum teſtimonium de iure ciuili, ſecus de iure canonico, vbi agitur de peccato, ſi tamen volunt ſponte poſſunt. Abb. in c. ſi qui teſtium. de teſti. relinquitur tamen arbitrio Iudicis quis ſenex dicatur, cum alius alio melius ſit complexionatus. Inno. & Io. An. in c. fin. vt lit. conteſt. nil. inno. ſed ſi ſenex attingat ſeptuageſimum annum qui eſt aliarum ætatum terminus, quantumcunque ſit bene complexionatus, ab inde timetur de eius morte, & propter hoc in tortura non relinquitur arbitrio iudicis. Abb. in c. fin. §. 1. vt lit. conteſt. nil. inno.

Septuageſimus annus terminus.

Senes torqueri non poſſunt.

Senes decrepiti, & milites torqueri non poſſunt, neque 2
ferula, vt pueri percuti, nec terreri debent, vide Boſſium in pract. de tortura. nu. 20.

S E N T E N T I A.

Quid.

SEntentia eſt diffinitio iudicialis contronerſiæ finem impo- 1
nens, & continens abſolutionem, vel condemnationem. Abb. in rubr. de re iudi. & ſpec. in tit. de ſent. & hæc diffinitio conuenit ſoli ſententiæ diffinitiuæ, quia illa ſola eſt quæ finem imponit controuerſis.

Interlocutoria.

Interloqutoria autem ſententia alio modo deſcribitur, & eſt quæ fertur inter principium, & finem cauſæ ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, vt not. glo. in Clem. 1. in ver. diffinitiua, & ſpec. in tit. de ſent. prol. §. 2. & declarat Alex. in rubr. ff. de re iudi. vbi dicit, quod omnis vox Iudicis faciēs ad cauſam

dicitur

dicitur interloquutoria,& idem Bal.in l.arbitrio.ff.qui ſat.coga. In hoc ergo differt ſententia diffinitiua,ab interloquutoria,quia per diffinitiuam diffinitur negotium principale,ſcilicet illud quod principaliter in iudicio deductum eſt, vel fuit condemnando,vel abſoluendo,alias non diceretur ſententia l. præſes C.de ſent.& l.1.ff.de re iudi.& ſpec.in tit.de ſent.§.2. ſed interlocutoria non tangit negotium principale, ſed diffinit aliquam exceptionem in iudicio emergentem, & per eam non imponitur finis controuerſiæ principali. Ita declarat Angel.in conſ. 114.& 115.& Alex.in rubr.ff.de re iudi. *Differentia.*

2 Secundo differt,quia condemnatus per ſententiam diffinitiuam in aliquo crimine efficitur infamis.l.1.§.qui in iudicio.ff.de his qui not.infam.& l. infamem.ff.de publ.iudi.

3 Tertio differt quia in dubio appellatione ſententię in ſtatuto,vel in alia materia intelligitur de diffinitiua,nō de interlocutoria,vbi aliud non apparet, ita declarat Alex.in rubr.ff. de re iudi.& l.quod iuſſit eo.tit.& Felin.ibidem, & limita niſi eſſemus in materia indifferenti quia tunc venit, etiam interlocutoria,ſecundum Alex.in conſ. 50.2.vol.

4 Quarto differt, quia a diffinitiua poteſt appellari, & ſola appellatione ſuſpendi executionem abſque inhibitione ſuperioris, ſed ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur, vt in l.2.ff.de appell.recip. & ſi appellatur, non ſuſpenditur executio ante inhibitionem.C.non ſolum.de appell.li.6. *A diffinitiua appellatur.*

5 Quinto differt, quia diffinitiua poſtquam eſt lata per iudicem nō poteſt vltra amplius reuocari per illum, quia functus eſt officio ſuo.l.iudex poſtquam.ff.de re iudi. ſed interlocutoria poteſt reuocari quandocumque per Iudicem ante diffinitiuam,& quo ad eum nunquam tranſit in rem iudicatam, l. quod iuſſit,& ibi Bar. Alex.& Docto.ff.de re iudi.c.cum ceſſante. de appell.li.6. taliter quod Iudex qui tulit vnam iniuſtam interlocutoriam,puta non admittendo quod admittere debebat,vel e contrario, poteſt etiam in calculo ferendæ ſentētiæ diffinitiuæ habere de illa rationem circa ipſius reuocationē, emendando quod male fecerat,vt dicit Decius in conſ.88. Et *Diffinitiua p ipſum Iudicē recuperari nō poteſt.*

Card.

Card.in Clem. ſępe.§.& quia. de ver.ſig. de hoc vide Robert. Marantem. in ſpec.aduoc.de ſent.

Diffinitiua iuſtificari poteſt

6 Sexto differt, quia diffinitiua poteſt in cauſa appellationis iuſtificari ex eiſdē, & ex nouis actis,ſed interlocutoria ſecus, quia nō poteſt ex nouis ſed tantū ex primis actis reuideri,tex. ibi Card.in Clem.c.appellanti.de appell.& Bar.in l.3.ff.de appell. recip. de diffinitiua probatur in l. per hanc. C. de tempo. appellat.

Parte citata.

7 Septimo differt, quia diffinitiua non poteſt ferri niſi parte citata,alias non valet.vt not.Card. in Clem. 2 .§. denique.de re iudi.& Inno.in c.dudum.de elect. ſed interlocutoria poteſt ferri,& valet etiam ſine citatione partis,vt eſt glo.in l.nequicquam.§.vbi decretum.ff.de off.procon. & glo.in l.diem proferre.ff.de arb.& glo.in l.recuſare .ff. ad trebell. quod ſane intelligas quando interlocutoria eſſet leuioris præiudicii,ſecus ſi eſſet magni præiudicii,quia tunc nō valet ſine citatione partis ſicut diffinitiua.ita tenet Bar.Inno.& Docto.in l.ſi opus.ff. de oper. no. nunci.

Diffinitiua in ſcriptis debet eſſe.

8 Octauo differt, quia diffinitiua non valet niſi feratur in ſcriptis,& de ſcripti recitatione.l.fin. C.de ſent. experi.& ibi Bar.& Docto. & ſpec.in tit.de ſent.§.iuxta. ſecus eſt interlocutoria,quia poteſt ferri ſine ſcriptis,debet tamen in ſcriptis poſtea redigi, vt appareat ex actis. ita tenet glo.in l.2 ff.de appell.recip.& Bar. in l. nequicquam. ſecus vbi decretum.ff.de offi. proconſ.

9 Nono differt, quia ab interlocutoria ſemper debet appellari in ſcriptis,& cum expreſſione cauſarū grauaminis,alias non valet appellatio.c.cordi.de appell.li.6.& per Bart. in l.4.ff.de appell.recip.ſecus a diffinitiua,quia ſi appellaretur ſtatim quo fertur, poſſet appellari viua voce, & ſine expreſſione grauaminis,ſed ſi appellatur poſtea infra decem dies, debet appellari in ſcriptis. textus eſt,& ibi Bartol.& Inno. in l. 1 .§. libelli.ff. de appellatio.

10 Decimo differt,quia condemnatio pœnalis facta per diffinitiuam durat perpetuo,ſecus ſi per interlocutoriam,quia nō

durat

durat niſi durante officio iudicis inter loquentis, Feli. in c.ex literis.de conſt.per l.fin.ff.de pœnis.

11 Vndecimo differt,quia in diffinitiua requiritur ordo iudiciarius,qui traditur in l.prolatum C.de ſententia, & l.1.& 2. de ſent.& breui.recit.ſed in interlocutoria talis ordo nõ reqritur.ita colligitur ex dictis Angel.in conſ.114.& 115. *Ordo iudiciarius.*

12 Duodecimo differt,quia Iudex poſtquam pronunciauit nõ poteſt ſententiam diffinitiuam circa principale negotium corrigere,nec aliquid illi addere,vel diminuere, ſecus in interlocutoria.Alex. in conſ.119.in 3.vol.vide eundem Alex.& Docto.in l.Paulus lapri.ff.de re iudi. *Non poteſt corrigi.*

13 Tertiodecimo differt, quia diffinitiua producit actionem in factum l.miles.§.iudicari,& ibi Alex.& Docto.ff.de re iudi. ſed interlocutoria non habens vim diffinitiuæ nullam producit actionem, ſecundum Alexand.l.1.§.fin.ff.ſi quis iudicium obtemp.

Ex quibus autem cognoſci poſſit quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, & quando non dic quod ex multis cognoſcitur,quę declarantur per infraſcriptas concluſiones. *Interlocutoria quãdo habet vim diffinitiuæ.*

14 Prima quarum eſt, quod omnis interlocutoria quæ nõ ſperat aliam ſententiam poteſt ſe dicitur habere vim diffinitiuę, quia videtur facere effectum quem facit diffinitiua, cum ponat finem illi inſtantiæ.Decius in c. ceſſante. de appell. & ibi Ant.de Butri.Inno.& Abb.& Bar.in l.quod iuſſit.ff.de re iudi.

15 Secunda concluſio eſt. Omnis interlocutoria quæ diffinit vnum articulum ſubſtantialem cauſæ principalis, dicitur habere vim diffinitiuę.glo.in clem.fin.in glo.prima in fin.de appell.& in Clem.prima de cauſ. poſſeſs. & propr.& Bal.in l.1. c.quando prouo.non eſt neceſſe,& Alex.in l.5.col.2.ff.de ver. oblig.pro hoc textus in l. infra vtile.ff.de minore, vt quando minor petit reſtitui.in integrũ,& Iudex pronunciat ſuper ętate ſcilicet eum non eſſe minorem,nam tacite excluditur a reſtitutione petita,& ſic deciditur articulus ſubſtantialis cauſæ. Hæc Alexan.in rubr.ff.de re iudi. *Interlocutoria diffiniens.*

16 Tertia cõcluſio eſt,Omnis interlocutoria per quam finitur *Interlocutoria finiens.*

DDd officium

officium iudicis, dicitur habere vim diffinitiuæ, ſecundum Bar. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi.

Interlocutoria continens dari vel fieri.

Quarta concluſio eſt. Omnis interlocutoria continens aliquid dari vel fieri habet vim diffinitiuæ, ſecundum Bar. in l. Nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſ. Et adde p̄ dictis, quod etiã reperitur diffinitiua habens vim interlocutoriæ. Exemplum ponit Bal. in l. cum & minores. col. 2. C. ſi aduer. rem iudi. vt quando iudex pronunciat male appellatũ. 17

Interlocutoria irreuocabilis.

An autem indiſtincte non poſſint reuocari interlocutoriæ habentes vim diffinitiuę, dic quod illę quę non ſperant aliam ſententiam poſt ſe, non poſſunt reuocari, aliæ autem quæ dãtur in medio proceſſus quæ ſperant diffinitiuam poſt ſe, poſſunt reuocari. Ita declarat Alex. in l. quod iuſſit. col. 5. ff. de re iudi.

Reconciliatorum ſententia qualis ſit.

Quid autem de ſententia prolata contra hæreticum pænitentem reuerſum, & eccleſiæ reconciliatum, ſuaſque hæreſes abiuratum, cum ex ſupradictis clarum ſit, Iudicem adhuc habere quid faciat circa reum, vtputa ſi pænitentiam ſibi iniunctam non perfecerit, ſi in abiuratas hæreſes inciderit, & cetera, quæ videre poteris ſupra in ver. hæreticus, et per hoc nõ functum officio ſuo, ſequitur talem ſententiam non eſſe diffinitiuam, iuxta dictum Archid. in c. vt commiſſi. de hære. lib. 6. Ait namq; D. Archid. Attende quod abſoluti, & poſtmodum detruſi in carcerem, vel aliis pænitẽtiis etiam leuioribus onerati nullam diffinitiuam ſententiam receperunt. Nam nõ ſunt abſoluti a crimine, quod crimen vtiq; probatum eſt, ſed a ſententia excommunicationis quam incurrerunt ipſo facto. Et ſi tales ſponte carcerem exierint ſine legitima excuſatione, poſſunt tanquam hæretici impænitentes condemnari. Præſumitur enim ficta eorum conuerſio, & ſimulata confeſſio, ac materia veteris erroris recondita. Hæc Archid. 18

Ab excõmunicatione abſoluitur non a crimine.

Et nota, quod ſententia ſi datur ab Inquiſitore in cauſa hæretici pænitẽtis ad miſericordiam acceptati, in ipſa ſententia non dicat illum eſſe hæreticum, ſed fuiſſe, quia illum non acceptat, nec punit vt hæreticum abſolute, ſed vt pænitentem. Arch. in C. vt cõmiſſi. de hære. li. 6. vbi & Io. An. & Gemin. 19

Item

Item Rota in deciſ. 5. de hære. in fin.Gemin.tamen & Io.An. putant non debere dici quod fuerit hæreticus,ſed Rota oppoſitum tenet vbi ſupra.Et ſimiliter directorium Inquiſitionis in formula ſententię,& ita obſeruatur communiter a ſancta Romana Inquiſitione, & ab omnibus Inquiſitoribus.

Sed nota obſeruationem ſuper ver.cōtra eos.Clem.1.Sententia enim tunc eſt contra eos,quando hęreticos pertinaces aut relapſos, ſeu aliter impęnitentes illos eſſe declarat, ac ita declaratos brachio ſeculari relinquit.At cum ab hæreſi redeūtes hęretica prauitate abiurata abſoluuntur, nō pronunciatur ſententia contra eos,ſed pro eis,quia reconciliantur Eccleſiæ & abſoluūtur ab excommunicatione.Facit ad hoc etiam quia redeūtes non dicuntur hæretici, nec in ſententia pronunciantur hæretici. Id inſinuare glo. videtur ibidem. in ver. contra eos.vbi decernit alterum ſine altero abſoluere poſſe,quia abſolutoria hic non prohibetur,ideo ius antiquum remanet. Facit ad hoc c.ſtatutū.de elect.li.6.& quod notatur 12.di.c.præceptis.& 3.q.6.accuſatus.Eiuſdem ſententię fuit directorium 3.par.q.48. vbi quærit,an alter poſſit ſine altero ad ſententiā diffinitiuam procedere,quando ferenda eſt pro delato,& non contra, & reſpondet affirmatiue per ea quæ ſupradiximus, & allegat Io. And. & Paulum in di. Clem. 1. Idem affirmat Ant.de pendalijs in ſolemni conſ.ſpeciali.incip.quamuis vbi agitur.verſ.dubitatur modo.Quod conſilium vide in opuſculo Zanchini de Arimino in fine.Ibi enim multa ex vtroque iure allegat,probādo quod abiuratio poteſt coram ſolo Inquiſitore fieri,& quod ipſe ſolus poteſt abiuratū abſoluere,& pœnitentiam ei imponere.Huic conſilio ſuſcripſerunt illuſtres iuriſconſulti.Barthol.de Prato Parmen.Carolus Ruinus Regieñ, Bernardus Pinus Bononieñ, Ludouicus Gozadinus Bonoñ,Franciſcus de Gaſtaldis Genueñ, & Annibal de Cazanemicis Bonoñ.quod proprijs etiam ſigillis munierunt, & ita tenendum eſſe puta,quouſque aliter per ſedem Apoſtolicam declaratum fuerit.

20 Sententia in crimine hæreſis non proprie fertur, quia iam

Non fertur proprie, ſed pronunciatur a iure iã lata. per canones ipſo iure lata eſt & promulgata. c. excommunicamus.primo. de hære.ſed potius denunciatur,ſeu declaratur 24.q.1.c.1. Et ita debet ferri ſentētia declaratoria ſuper dicto crimine.Si tamen etiã ſuper illo pronunciaretur,non propter hoc vitiaretur ſententia, vt ex notatis in c. vt Inquiſitionis.de hære. vbi dicitur, quod ſententia requiritur,per quam negotium terminetur. 22.di. §. 1. verſ. Quum ergo ad fidem .ff. de re iudi.§. iudicatum ſeu condemnatum. Et c.fin.eo tit.lib. 6.Gemin. in c. vt commiſſi. & c. vt Inquiſitionis, & c. fin. eo tit. lib. 6.

In ſententia qua hæreticus pænitens ad miſericordiam ac- 21
ceptatur, debet fieri abſolutio ab excommunicatione conditionaliter, & non abſolute, vt per Gemin. in c. vt commiſſi. de hære. lib. 6. Et licet oppoſitum videatur tenere Siluestrina, vſus tamẽ eſt in contrariũ.vide in formulis directorii antiqui.

Sententia antequam proferatur, debent reo dari defenſio- 22
nes,cum defenſio ſit de iure naturali,vt ſupra in verbo,Defenſio. ſatis dictum eſt.

In odium contumaciæ. Sententia lata contra contumacem eſt iuris præſumptio, 23
quod potius ſit lata in odium contumaciæ, quam ex iuſtitia cauſæ, vt in l. præſes. c. de pigno. Fallit tamen, ſi ex actis probetur lata ex pleniſſima probatione.

Sedente iudice. Sententia proferri debet Iudice ſedente, alias eſt nulla. c. 24
fin. de re. iudi. li. 6. Et licet debeat legi,aut proferri per ipſum Iudicem, vt in di. c. fin. de re iudi. fallit tamen hoc in Inquiſitore hæreticæ prauitatis, vt dicit Gemin. in di. c. fin. de re iudi. & in c. vt commiſſi. de hære. lib. 6. Et hoc quia Inquiſitor ſicut & Epiſcopus poteſt vices ſuas committere. vide in ver. Inquiſitor. Et ſic per alios ſuas poteſt ſententias recitare.

Citatio rei neceſſaria. Ad ſententiam audiendam neceſſe eſt vt citetur is, contra 25
quem ferenda eſt ſententia. c. ſæpe de ver. ſig. in Clem. Et ad hoc facit glo. in ver. reſpondeat. c. cum contumacia. de hære. lib. 6. Neque valet citatio, ſi dicatur, ad audiendam voluntatẽ ſiue intentionem iudicis, ſed opportet quod ſpecificetur, ad audiendam ſententiam, vt dicit glo. in ver. ad id in di. c. ſæpe.

Non

Non tamen requiritur citatio peremptoria, ſi de hæreſi conſtat, ſi autem ex contumacia procedatur, duæ ad minus requiruntur citationes. Carer. in tract. de hæret. nu. 128. Et obſerua ne feras ſentẽtiam contra reum in carceribus exiſtentem, ſed facias eum citari, & duci ante tribunal tuum, aliter ſententia diceretur lata contra abſentem, cum talis detentus in carceribus dicatur abſens. Angel. in lib. malef. clauſ. qui Iudex cõmiſit præconi. in fin. primę addit.

26 Sententia numquam tranſit in rem iudicatam, vbi euidenter apparet de iniquitate ſententiæ, & ſemper poteſt retractari, ſecundum Inno. & alios in c. fraternitatis. de frig. & malef. Et per Alexand. in conſ. 408. incip. ſtantibus his. vbi multa ad hoc. *In rem iudicatam non tranſit iniquitas.*

27 Sententia debet ferri de die, & nõ de nocte, aliter pars poſſet excipere, & appellare. ſi tamen pars præſens non excipit, nec appellat, ſententia ſic lata tenet, vt per Abb. in c. conſuluit. de off. deleg. ſuper glo. in ver. tenebras. Felin autem dicit quod ſententia lata in nocte non tenet, nec opus eſt appellare, & adducit tex. & glo. magnã, in fin. in. §. 2. Inſtit. de ver. ſig. Fallit tamen, vt dicit idem Felin. vbi Iudex multitudine agendorum fuiſſet occupatus, quia tunc ferre poſſet. melius tamen faceret ſi diferret vſque ad diem ſequentem, prout text. c. conſuluit. de quo ſupra. Per quod ſignum autem a nocte ſeparetur dies, dicas quod ſtandum eſt conſuetudini, vt puta pulſationi campanę, vel quod ſit diſtinctio poſt ortum ſolis, & poſt eius occaſum, vt per Feli. in di. c. conſuluit. Confirmat Zabar. in c. ſi perfodiens. de homicidio. *De die, & nõ de nocte.*

28 Sententia data per Inquiſitorem contra hæreticum relapſum, vel impęnitentem, debet ſtatim per Iudicem ſecularem executioni demandari, & ſi contra fecerit, ipſo facto eſt excõmunicatus, quam excõmunicationem ſi per annum ſuſtinuerit, vt hæreticus condemnatur. c. vt Inquiſitionis. de hęre. li. 6. & ad hoc facit c. ad abolendam. & c. excommunicamus. & per glo. quæ ibi dicit quod talis ſententia ſine dilatione debet executioni demandari, vt patet. 2. q. 1. c. ſicut. & per Gemin. in d. *Sententiæ Inquiſitoris executio cito facienda.*

c. vt

c.vt Inquiſitionis.Nec differtur etiam ſi appelletur,quia in tali caſu reiicitur appellatio,vt per Gem in.in di.c. vt Inquiſitionis. Mandatur hoc per leges Federici Imperatoris approbatas per Bonifacium octauũ in di.c.vt Inquiſitionis, & ſunt regeſtratę in capitularibus comi.

Et nota,quod licet Bar.in l.diuinis.ff.de cuſto.reo.dicat ꝙ Iudex ſecularis non teneatur facere executionem cõtra reum hæreticum, niſi Inquiſitor ſibi exhibeat proceſſum, & videatur an iuſte, vel iniuſte proceſſum ſit, & idem in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.omn.iud.alleg.di. l.diuinis, & vide Angel. in li. Malef.clau.necnon. in 2.col §.quæro an denunciator.Abb. in c.1.de off.ordi.tamen tenet contra ipſum Bart.& dicit contra illum eſſe textum expreſſum in di.c.vt Inquiſitionis.de hæ. re.li.6.§.prohibemus. vbi dicitur quod de crimine hæreſis cũ ſit mere eccleſiaſticum, quoquomodo Iudex ſecularis non cognoſcat. Ad hoc etiã Bal.& Paul. de Caſtro.in ea l. magiſtratibus.& ibi Alex.& Iaſon cõtra Bar.& Abb.in c. ea quę de ſta. mona.in fin.& Barba.in c.1.de off.ordi.Bal.in aucten.clericus C.de epiſc.ad hoc eſt Felin.in c.ad abolendam. in fin. eo. tit. confirmat Gemin. in di.c.vt Inquiſitionis.dicens,Notandum quod Iudex ſecularis exequitur ſententiam latam per Iudicẽ eccleſiaſticum,abſq; eo quod cognoſcat de iuribus ſententiæ.

De crimine hæreſis nõ cognoſcet iudex ſecularis.

29 Et nota quod Inquiſitor poteſt compellere Iudicem ſecularem ad exequendum ſententiam per Inquiſitorem ipſum latam, vt patet per ea quæ notantur in glo. in ver. præiudicari. di.c.2.de off.ordi.& in glo.in ver.contra eum.c. 2.de Maledicis. Ad hoc etiam eſt priuilegium Inno. quarti. quod incipit. Quũ ſicut accepimus. vbi dicitur quod Inquiſitores poſſunt compellere per cenſuram eccleſiaſticam poteſtates ab obſeruandum,& faciendum quæ ipſi Inquiſitores duxerint obſeruãda,& facienda pro exterminatione hæreticorum,& ad procedendum contra hæreticos damnatos,etiam ſi teſtium nomina non exprimantur. Ad hoc facit glo. fin. in c.auctoritatem 15. q.6.& glo.in c.ſicut ſine iudicio.2.q.1.facit dictum Archid.ſuper di.glo.di.c.ſicut ſine. Confir.Abb.in c.paſtoralis,vbi habetur

Cõpellere iudicem ſecularem poteſt Inquiſitor.

tur in di.§. quod ordinarius ad mãdatum delegati exequitur ſententiam, & quod Delegatus poſſit mandare ordinario loci, vt exequatur ſententiam ſuam, & quod is cui mandatur nuda executio ſententiæ, non poteſt aſſumere cognitionem ſuper iuribus ipſius ſententiæ. Vide Abb. in loco alleg. Felin. etiam in c. ad abolendam. in fin. de hære. dicit quod ſi Inquiſitor puniret hæreticum per eum cõdemnatum pœna mortis, quod non credit eum irregularem, quia etiam id iure officii non prohibetur aliis poſſe mandare, ſi per ſe hoc non poſſet. per tex. in c. 3. Ne cler. vel mona. li. 6. Nota tamen quod ipſe Felin. in c. vergentis. de hęre. videtur ad illud c. 3. ne cler. vel mona. reſpondere. & bene iudicio noſtro dicit. *Delegatus mandat ordinario.* *Inquiſitor nõ irregularis.*

30 A ſententia diffinitiua ſuper hæreſi non poteſt appellari. c. vt Inquiſitionis de. hęre. li. 6. vnde executioni demandari poteſt infra dies decem, ſecũdum Petrum de Ancha. ibi. & alios. ſecus autem eſt in interlocutoria, quia ſi in proceſſu inquiſitus ſentit ſe grauari. poteſt appellare. Scillac. in trac. de fide catho. c. 45. Carer. in tract. de hære. num. 120. qui ait etiam in diffinitiua recurſum ad ſuperiorem eſſe amotum, nedum appellationem. *A diffinitiua ſuper hæreſi non poteſt appellari.*

31 Sententia priuans hæreticum requiritur ad hoc, vt executio fieri poſſit contra perſonam ipſius, & bona, ſed ſufficit declaratio, vide Boſſium. in pract. tit. de hære. nu. 28.

32 Sententia declaratoria poteſt fieri contra hęreticum etiam poſt mortem, declarãdo tali tempore commiſſum delictum, ex qua ſequitur confiſcatio bonorum a die commiſſi criminis c. cum ſecundum. de hære. lib. 6. cum ibi not. & ratio eſt, qa poteſt fieri poſt mortem, quia & poſt, & ante mortem poteſt tractari de crimine tali. Angel. in l. pe. C. ad l. iul. maie. glo. in ſum. 24. q. 2. & glo. in c. neque: di. 38. et ibi Docto. c. ſi quis epiſcopus. de hære. c. accuſatus. lib. 6. *Declaratoria etiã poſt mortem.*

33 Sententia in criminalibus nulla eſt, niſi aduocatus fiſci ſit præſens l. fin. c. de aduoc. fiſ. l. 3. §. Diuus. & l. ſi fiſcus alicui. ff. de iure fiſci. & per Io. de Plat. in l. vnica. C. de ſent. aduer. fiſc. lat. & in ſpacio quod tam fiſcus, quam offenſus ſit citãdus, *Præſentia fiſcanlis neceſſaria.*

dicit

dicit Bal. per illum textum in l. fin. de bon. vacan'. lib. 10. Et ibi Angel.

Falſitas detecta quid operetur. Sententia quocunque tempore per fiſcum detegatur fuiſſe obtenta ex falſis, vel ſimulatis contractibus, nulla habeatur ratio dictæ ſententiæ, quia quando dolus interuenit, & ſi ceſſet regulare remedium reſtitutionis in integrum fisco iuxta. l. vnica. C. de ſent. aduer. fiſc. lat. Et l. Imperatores ff. de re iudi. tamen non ceſſat hoc caſu etiam perpetuo remedium reſcindendi eam. per glo. fin. in di. l. Imperatores. Vbi Iaſon & glo. & Docto. in di. l. vnica. in ver. fraus. Vide Boſſium in pract. tit. de fiſco. 34

Clauſula quādo poteſt addi. In ſententia quādo Iudex poſſit apponere clauſulam reſoluentem, vel corrigentem condemnationem, vel abſolutiones iam factas, vide Alex. poſt Bar. in l. Iudex poſtea quam. ff. de re iudi. Abb. in conſ. 72. Et Card. in conſ. 23. in fin. et an poſſit in ſententia ſibi reſeruare facultatem mutandi. vide Anchar. in conſ. 209. in fin. 35

Sententia condemnans clericum in pœna capitis intelligitur de naturali, ſed primo intelligitur quod debeat degradari, & ſucceſſiue morti tradi vide ſupra in ver. degradatio. 36

Contra mortuum lata. Sententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla. l. pen. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. Cępol. in conſ. 17. col. 3. conſ. 23. col. 2. Et ideo etiam ſi veles condemnare memoriam defuncti caſibus in quibus poteſt fieri, condemnes ipſam memoriā nō ipſum defunctum, & ad hoc eſt conſ. Cæpol. 17. iam alleg. Hinc eſt, quod cum ſeruus habeatur pro mortuo l. quid attinet. ff. de reg. iur. ſententia contra eum lata eſt nulla. l. ſeruus C. de iudi. & ibi Iaſon. 37

Præſumptio præſumptionem allidit. Sententia lata prætextu alicuius præſumptionis retractaē ex alia præſumptione fortiori ſimilis ſpeciei ſuperueniente, caſus ſingularis, ſecūdum Bal. in l. qui adulteri. C. de adulter. & ita tenet Petrus de Anchar. in reg. ſemel malus. de re iudi. lib. 6. & voluit illud Lud. Rom. in l. Admonendi. de iure iur. Marſ. in pract. crim. §. opportune nu. 21. 22. & 23. 38

Sententia lata ex præſumptionibus numquam tranſit in rē iudicatam 39

iudicatam.l. ſi qui adulteri.C. de adult. qui textus,ſecundum Bar. & alios ibi eſt ſing. ita dicit Iaſon in repeti. l. admonendi .ff. de iureiur. col. 23. *Quæ nunquã in rem iudicatam non tranſit.*

40 Sententia canonis, vel legis nõ habet iudicis officium executiuum,niſi ſequatur ſentẽtia hominis cum cauſæ cognitione. Petrus de Anchar. in conſ. 190. incipien. plura contra ꝓceſſum col. 2. & allegat c. cum ſecundum. de hære. lib. 6. & Clem.præſenti.de cenſi. & not. per Io.And. in c.ſi qui. de præſumpt.lib.6.Et obſerua quod ſententia Iudicis requiritur etiã in notoriis, vt late per Marſil. in repet.c. de proba.in col.46. verſ. attende tamen in rubrica. *Canonis, vel legis.*

41 Sententia quam laturus eſt Iudex, manifeſtari non debet antequam feratur,vel pronuncietur, alias falſi tenetur iudex, vt per Gemin. in tract. de malefi. tit. de falſis. nu. 15. Et facit .ff. eo tit. in princ. & .ff. de offic. præſid. l. obſeruandum. Et idem dicendum de quolibet reuelante priuata conſilia ſuę poteſtatis,vel eius præſidis,cuius officio ſubſequitur. Et idem de tabellione,qui ante aperturam teſtium manifeſtat ipſorum teſtium dicta parti.ff. eo tit.l. 1.§. His qui inſtrum. *Secreta.*

42 Sententia ſi fertur præſente parte,& in ea recitãtur acta,& non appellatur tunc probantur acta ipſa, & ſententia. Abb.in c.Quoniam con. de proba. nu. 27. Et per Angel. in l. Qui ad ciuilia. in fin. C. de appell. vbi ait quod ſententia lata in præſentem non contradicentem,omnia enunciata vera preſumũtur, licet tunc præſentes non potuerint interuenire. *Probat qui tacet in iudicio.*

43 Sententia lata per relationem ad aliam ſcripturam non valet, niſi talis ſcriptura ſit in actis. Oportet ergo quod ſententia ſit certa ex ſe, vel quod poſſit certificari ex aliqua parte actorum,& hoc vult ſingulariter l.quam allegat glo. fin. in c. Illa præpoſitorum. de accuſa.& idem vult Innoc. in c.2.de libel.obla.& idem tenet Io. An.in addi. ad ſpec. in tit. de ſent. prola.§.qualiter.verſ.Quid ſi Iudex. Ex quo infertur quod ſi ſententiat ſecundum conſilium ſapientis, talis non valet ſententia,maxime qñ conſiliũ nõ eſt in actis & de hoc in l. 2. C.ſi aduerſus li.per glo.& Doct. Abb.in c.illa ꝑpoſitorũ de accuſa. *Per relationẽ ad aliam ſcripturam non valet.*

Sententia quælibet in fine continere debet clauſulam, vi- 44
Lata et lecta. delicet,lata,lecta,& ſentẽtialiter promulgata fuit ſuprad.ſen tentia per ſupradictum D. Iudicem &c. Et de eius mandato per me notarium lecta fuit die &c. Quando ſcilicet per nota rium recitatur.

S E R V V S.

SEruus ſtricto modo dicitur carens libertate,ſed largo mo- 1
do etiam dicitur ſeruiens pro mercede. Abb.in rubr.de Iudæis. An autẽ ſeruus ſtare poſſit in iudicio, vide Abb.in c.tanta. de ſimo.

Torqueri quã do poſſit. Serui poſſunt torqueri tam in ciuili, quam in criminali cau 2
ſa. Et, an quando contra dominum, an contra extraneum per Abb.in c.cum in contemplatione.de reg.iuris,& Salic. in l.fi. col.2.& l.interrogari.C.de quæſtioni. Imo ad veritatem eruẽ dam poſſunt inquiri, ac torqueri,& capite puniri, vbi potuerint præſtare aliquod auxilium domino,& non fecerunt. quia voluit lex ſalutem domini ponere ſub cuſtodia ſeruorum ſuo rum, vt in l.1.in pr.ff.ad ſenatusconſult. ſyllanianum.

Seruus ad omnia ſacramenta eccleſiæ admittitur, etiam 3
contradicente domino, ideo paganus poteſt inuito domino baptizari, nec tamen propter hoc deponit ſeruitutem. Abb. in c.dignum.de coniug.ſeruo.

S I M O N I A.

Quomodo ſit hæreſis. SImonia eſt hæreſis propter immanitatem criminis, non au 1
tem proprie. vnde Papa de hæreſi accuſari poteſt, non autem de ſimonia. Abb.in c.quotiens. de ſimonia. licet ſimonia grauius peccatum dicatur quàm hæreſis, ideſt cum quis credit gratiam Spiritus ſancti vendi poſſe. Abb.c. in licet Heli. de ſimo. Imo eſt maximum omnium peccatorum glo. vbi ſupra. Et Abb.in c.per tuas.eo.

SOCIVS CRIMINIS.

SOcius criminis facit qualem qualem pręſumptionem. per 1
glo.in c.cum 1.& .ff. canonici. de ſent.& re iudi. & ibi Fel. col.3.verſ. Demum inquantum. & idem in c. cum dilecti. de accuſa. quæ tamen præſumptio tolleretur, ſi fieret oppoſitio

contra

contra perſonas talium teſtium ante examen,ut per Areti. in l.repeti.§.1.in glo.is,qui dicit quod ſocius criminis ſufficit ad inquirendum etiam in caſibus non exceptis. & Brunus in tra cta.ſuo.char.3.col.3.& Angel.in tract. ſuo char. pri. col.3.& ita communiter tenetur,quicquid dicat Fulgoſ.in conſ. 173. col.1. Et etiam locum haberet, ſi procederetur ſola facti veri tate atteta,quia tũc quilibet poſſet interrogari,vt per Corn. in conſ.241.col.3.vol.1.

2 Socius criminis ſine alia præſumptione nõ facit indicium ad torturam. Salic.in l.fin.C.de accuſ.col.vlt.quod dictũ quo tidie practicatur,& Docto. ſequuntur illud,vt patet per Marſil.in l.1.§.diuus.eo. cum enim nõ ſit omni exceptione maior vt patet, inceptum eſſet dicere quod ſolus faceret tale indicium, etiam in caſibus exceptis, & quod teſtes inhabiles ex eorum natura, qui tamen aliqua ratione ſpeciali admittũtur in teſtes,non ſint omni exceptione maiores, & conſequenter per ſe non ſufficientes ad tormenta. Habes ſolemne,& vulgatum conſilium Alex.2.vol.1.& eſt glo.in l. etiam matris.ff.de proba. quam ad hoc allegat Butrig. in conſ. 24.col.penult.in fin.& Bal.in l.parentes.col.2.C.de teſt.ſed iuncta alia ſuſpicione,puta infamia,ſufficeret Salic.in l.fi.c.de quæſtio.vide Boſſium in pract.tit.de indiciis,& conſid.ante tort. *Non facit ad torturam.*

3 Socius criminis etiam in articulo mortis non facit indiciũ ad torturam ſed tantum quale quale,Salic.in l.fin.col.penult. quia etiam reprobata opinione glo.illã dicit eſſe falſam.vide Bar.in l. maritus.ff. de quæſtio. & Bal. in l. ſeruos.C.de teſti. qui omnes volunt quod ſolum faciat qualequale indicium, & ſic nolunt quod adſit aliquod ſpeciale, quia quilibet infamis hoc operatur, vt per Felin.in c. 1. & .ff.de re iudi. & per Bar.in di.l.maritus. *In mortis articulo.*

4 In criminibus autem exceptis quandoque faciunt plenam probationem ſocij criminis, vt per Abb. in c.quoniam.de teſti. Petrus de Anchar.in c.In fidei fauorem.de hære. Alex. in conſ. 132. 1. vol. *Socij criminis quando plenam probationem faciant.*

5 Socij tamen de crimine contra tertium dicentes,facerent

EEe 2 indicium

indicium ad torturam, qui in ciuili facerent fidem. Et hanc conſequentiam facit Bart. in l. in actionibus .ff. de in litem iurando.

Socij criminis admittuntur in crimine læſæ maieſtatis, vt 6
per Bar. in l. quoniam liberi. C. de teſti. Et Marti. lauden. in tit. de crim. læſæ maieſt. in tract. de Princip. & aliter inhabiles, præter inimicos capitales. c. per tuas. de ſimo. Bart. in .l. In quæſtionibus .ff. ad l. iul. maieſt. Et Felin. in di. c. per tuas. in quinto not.

SORTILEGIA.

SOrtilegia quando ad Inquiſitorem pertineant, vide Bar- 1
ba. in conſ. 55. pri. vol. Io. An. in c. accuſatus. de hære. li. 6. & ibi Archid. Abb. in c. in tabulis. de ſortibus, Vide ſupra in ver. Diuinatores.

Sponte veniens. vide in ver. Abſolutus. 2

SPORTVLAE.

SPortulæ poſſunt peti a iudice eccleſiaſtico delegato, quan 1
do non habet ſufficiens beneficium. Abb. in c. cum ab homine. de vita & hone. cleri.

STATVTVM.

STatuta eccleſiaſtica, & ſecularia contra hęreticos edita ha 1
bent Inquiſitores authoritatem interpretandi ex conſtitutionibus quibuſdam Innoc. 4. vbi ſic habetur. Vt commiſſum vobis negotium ab apoſtolica ſede tam ſalubre, & vtile miniſterium exequi liberius, & exercere poſſitis efficacius in hac parte, interpretandi ſtatuta eccleſiaſtica, & ſecularia contra hæreticos edita. &c. vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem. Item per Alex. 4. in cuius literis hæc habentur. Vt commiſſum vobis officium contra prauitatem hæreticam efficacius, & liberalius exequi valeatis, interpretandi vel declarandi, vna cum diœceſanis locorum in quibus eſt idem officium vobis commiſſum, vel ipſorum vicariis, cum diœceſanis abeſſe contigerit, ſtatuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorum edita, quoties in eis apparebit aliquid ambiguum, vel obſcurum &c. vobis au

ctoritate

ctoritate præſentium concedimus facultatem. vide in directo rio 3. parte q. 85. & 86. & Tab. in ver. Inquiſitor. §. 39.

2 Statuto laicorum ſibi fauorabili vti poſſunt clerici. Abb. in c. conſtitutus. de reſti. in integrum.

3 Statutum tollere appellationem a ſententia intelligitur a diffinitiua tantum, quia appellatione ſententiæ venit diffinitiua. ſi vero appellationem ſimpliciter, tūc intelligitur ab omni ſententia. Abb. in c. paſtoralis. de ſent. & re iudi.

3 Statuta per quæ impediuntur, vel tardātur negotia Inquiſitionis, ſunt nulla, & per Dominos temporales ſunt reuocanda. c. ſtatutum. de hære. li. 6.

STILVS.

1 STilus curiæ ſi non eſt ſeruatus in literis, literę ipſe ſunt ſubreptitiæ. Abb. in c. ſacroſancta. de elect. quia ſtilus curiæ fecit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, ſi ius non reperitur in contrarium. Abb. in c. ex literis. de conſtit. *Curiæ ſtilus.*

SVBDITI.

1 SVbditi nullo tempore præſcribunt obedientiam, & propter crimina obedientia non eſt deneganda prælatis. Abb. in c. cum liceat. de præſcript.

2 Subditi etiam regulares non tenentur obedire eorum prælatis, niſi in his quæ ad Deum pertinent. Si ergo pręceptum eſſet contra Deum, vel excederet limites officij ſui, non tenerentur ſubditi obedire. Inno. in c. ad aures. de tempo. ordinā. Abb. in c. cum in eccleſiis. de maiori. & obedien. *Obedire ſuperibus in quibus tenetur quis.*

SVPPLICIVM.

1 SVpplicium vltimum pati dicitur clericus, qui ab officio, vel dignitate eccleſiaſtica eſt depoſitus, Io. de Tur. Cre. ſuper c. In ſynodo. di. 63.

SVSPENSVS.

1 SVſpenſus ab officio non poteſt agere nomine proprio tamquam beneficiatus pro iuribus ipſius beneficii, nec habere redditus beneficii, ſi habet aliunde vnde viuat. ſi autem non habet, modicam ſuſtentationem accipiat. Abb. in c. Apoſtolica. de except.

Perdurans ꝑ annum. Suſpenſus, vel excommunicatus perdurans per annum, debet ſpoliari per ſententiam omnibus beneficiis, vt in c. rurſus. & in c. quicunque 11. q. 3. Inno. in c. cum bonæ. de ætate, & qualit. ord. & Abb. in 1. de re iudi. 2

Suſpenſus celebrans fit irregularis, vt in c. quorumdam. de ſolu. Abb. in c. latores. de cleri. exco. mini. 3

SVSPICIO.

Quid. SVſpicio eſt aliqualis applicatio animi ad aliquid cum vehementi titubatione, vt. ff. de teſtam. l. de ſtatu. Nec *ſuſpicio* vna ſufficit ad inducendum præſumptionem, ſed plures requiruntur. glo. in l. 2. §. ętas. ff. de excuſa. tuto. Bal. in auctē. ſi quis. C. de adulte. 1

Quotuplex. Suſpicio eſt triplex, ſcilicet leuis, vehemens, & violēta. Prima eſt modica, ſecunda magna, tertia maxima. de prima habetur in c. accuſatus. de hære. li. 6. ibi ſi autē leuis, &c. Et dicit̃ leuis ſiue modica, quia leui, vel modica defenſione tollitur, vel quia leuibus, & modicis ex coniecturis oritur, vt ſi aliqui reperiantur occulta conuenticula facere, vel vita, & moribus a communi conuerſatione fidelium deuiare, vel aliquid tale facere, quod hæretici frequenter facere comprobātur. de hac etiam leui ſuſpicione habetur in c. de hære. l. 2. in fin. Et per Hoſt. in ſumma. tit. de præſump. §. fin. 2

De ſecunda ſimiliter in di. c. accuſatus. ibi accuſatus. de hæreſi &c. Et dicitūr vehemens ſuſpicio, tum quia non niſi magnis, & fortibus, ac vehementibus defenſionibus tollitur, tum quia non niſi magnis, fortibus, ac vehementibus oritur coniecturis, argumentis, & indiciis, vtpote ſi aliqui comperiantur qui eos quos ſciunt hæreticos fore, occultent, aſſocient, & defenſent, vel eis aliquo modo fauorem impendant, munera mittant, vel ab eis recipiant, vel eos viſitent, vel talia, & ſimilia exerceant cum hæreticis, quæ ratione aliqua bona excuſari non poſſint, quod eas res non faciant in fauorem hæreticę prauitatis. Et de his habetur in di. c. accuſatus. § illæ vero. & per notata in di. c. per Archid. 3

Fortia indicia quæ ſint.

De tertia habetur in c. cum contumacia. de hære. lib. 6. & 4

ibi per

ibi per Gemin. & Philip. Franch. & Arch. & de hoc canon. eſt in c. quorumdam. di. 34. Et dicitur violenta, tum quia violentat, cogit, & arctat iudicem ad credendum, nec defenſione repellitur qualicunque, tum quia ex violentis, & conuincentibus oritur coniecturis, vtpote, ſi qui inueniantur, qui hæreticos adorauerint, ſeu ſuo more eis reuerentiam exhibuerint, conſolationem, vel communionem ab eis receperint, & ſimilia quæ ad ritum eorum pertinent perpetrauerint, tales enim ſunt de hæreticorum credentia conuicti, per c. filij. & c. accuſatus. de hære. lib. 6. *Violenta quare dicatur.*

5 Suſpicionum pluralitas in difficilibus quę ſui natura probationem perfectam non recipiunt, ſufficit, & locum plenæ, & legitimæ probationis importat, & ſupplet, nam quæ non poſſunt ſingula, iuncta iuuant. l. 2. de excuſ. tut. & in incertis obſcuris, & difficilibus quæ ex ſui natura difficile probantur, ſufficit probatio per coniecturas, quæ eo caſu eſt dilucida, & legitima probatio Bal. conſ. 37. 1. parte. Et idem conſ. 251. 2. parte. Et dicit Felin. in rubr. de probat. vere conſtare eam hoc genere per cōiecturas cōſtantes, & dicit Bal. in l. excipiuntur. Ad Syllan. textum eſſe meliorem de corpore iuris in c. excommunicamus. in fin. de hæret. Ad prædicta faciunt, quæ habentur per Paul. de Caſtr. conſ. 82. 2. col. poſt medium. & dicit Lud. Rom. conſ. 7. & 54. ex pluralitate præſumptionum aliquem condemnari poſſe. glo. Bart. & Doctor. in vulg. l. admonendi. de iureiur. glo. l. cum ex eo. de euict. Doct. in l. inſtrumenta C. de proba. Bald. c. cum cauſam. eo. tit. cum ſimil. quæ paſſim per Doct. tractantur. Hæc Zaſius conſ. 15. pri. parte.

6 Suſpectus leuiter de hæreſi non eſt tamquam hęreticus habendus, ſed poteſt iniungi purgatio canonica de leui, ſi tamē laborat infamia, vel abiuratio de leui, vt in c. excommunicamus. de hære. ibi. qui autem inuenti fuerint, &c. & in c. accuſatus de hære. li. 6. Et talis facta abiuratione, vel purgatione tali de leui, ſi poſt incidat in hæreſim non dicitur relapſus, ſed tantū grauius eſt puniendus, vt in di. c. accuſatus. dicitur. *Leuiter.*

Suſpectus

Vehementer. Suſpectus ſimiliter vehementer non eſt vt hæreticus habẽdus, nec poteſt vt hæreticus condemnari, quia nullus etiã pro vehementi debet de futuro crimine condemnari. vt in c. literas. de præſumpt. ſed poteſt ſibi iniungi quod purget ſe purgatione canonica ſi laborat infamia, tamquam vehementer ſuſpectus, vel quod abiuret de vehementi omnem hæreſim generaliter, & in ſpeciali illam hereſim, de qua eſt, vel fuit ſuſpectus vehementer, vt in di. c. accuſatus, & in c. inter ſollicitudines. de purg. cano. & talis facta purgatione, ſi poſtea relabatur in hæreſim purgatam, habebitur tamquam relapſus vt in c. ad abolendam. de hære. Et c. accuſatus. eo. li. 6. non autem ſi in aliam relabatur non purgatam. Vide ſupra quæ diximus in ver. purgatio. 7

Si autem relabatur in aliquam hæreſim poſt talem generalem abiurationem, cenſetur relapſus, vt in di. c. accuſatus. ſi autem relabatur in abiuratam, vel aliam ſuſpicionem vehementem, vt quia hæretico miſit munera, vel libros legit ſcienter prohibitos, non dicas propter id eum relapſum, ſicut alias tenuit directorium antiquum in q. 55. de ſuſpectis. ibi. quidã ſunt vehementer ſuſpecti. quia hoc nullibi habetur, nec ex textibus, nec ex doctoribus. Et conſidera verba capituli accuſatus, quę ipſe citat, quia ex eis non habetur tale quid, imo habetur quod ad hoc quod quis dicatur relapſus, oportet ꝙ ſemel ſaltim ſit vere lapſus in aliquam hæreſim, vel ante, vel poſt abiurationem. In tali igitur caſu dicas eum violenter ſuſpectum, & pro tali puniendum.

Contra directorium.

Si autem talis vehementer ſuſpectus purgationem, vel abiurationem acceptare contempſerit, non propter id tãquam impęnitens tradi debet brachio ſeculari, quia c. ad abolẽdam. de hære. quod videtur id innuere, loquitur de manifeſte deprehenſis, vel conuictis, non autem de ſuſpectis. Ad mitiorẽ igitur tendendo excommunicabitur talis, ſecũdum c. excommunicamus. de hære. in qua excommunicatione ſi per annum ſteterit, tamquam hæreticus condemnabitur, per alleg. c. excommunicamus. 8

Renuens abiurare.

Per annum in excõmunicatione perſeuerans.

Suſpectus

9 Suſpectus violenter, eſt vt hæreticus habendus, & ſicut de deprehenſo in hæreſim per omnia de eo eſt iudicandum, per c.excommunicamus. de hære.§.qui vero. Et per c.cum cõtumacia.eo.tit. li.6. Nam aut fatentur crimen, aut non.ſi fatentur, & volunt redire, & hæreſim abiurare, recipiuntur ad pœnitentiam.

Si autem nolunt abiurare, traduntur brachio ſeculari. Et ſimiliter fit ſi nolunt confiteri, & ſunt conuicti. violenta enim ſuſpicio ſufficit ad condemnationem, & contra eam non admittitur probatio, vt in c.literas. de præſump. pones tamen in abiuratione quod abiurat tamquã violenter ſuſpectus, & non vt in hęreſim proprie, & vere deprehenſus. *Conuicti, ſed non confeſſi.*

10 Caſus autem in quos incidunt de hæreſi vehemẽter ſuſpecti ſunt plures, quorum primus eſt. Quicunque citatur ab Inquiſitore ad reſpondendum de fide, & ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat, & infra terminum competẽtem ad comparendum ſibi aſſignatum nõ comparet. Tex. eſt in c.cum contumacia. de hære.li.6. *Caſus in quos vehemens ſuſpectus incidit.*

11 Secundus eſt. Quicumque impedit Inquiſitionis officium directe, vel indirecte, ac etiam quouis modo, & hoc ſcienter. Nam talis ſecundum iura eſt excommunicatus, quam excommunicationem ſi per annum ſuſtinet animo pertinaci, ex tunc violenter ſuſpectus efficitur, & velut hæreticus eſt condemnandus.c.vt Inquiſitionis. de hære.li.6.§. fin. violenta autem ſuſpitio non inſurgit ex leui, ſed ex vehementi ſuſpicione præſuppoſita. Omnes igitur tales antequam tranſeat annus, vehemẽter de hæreſi ſunt ſuſpecti. Rurſus in priuilegio Vrbani quarti directo Inquiſitoribus Aragoniæ, quod incipit. Præcunctis. ſic dicitur. *Excommunicatus.*

Cæterum ſi forte (quod non credimus) aliqui cuiuſcumque conditionis huic negotio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi libere in eodem, imo niſi requiſiti illud fouerint, & iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſe, contra eos tamquam hæreticorum fautores, & defenſores, ſecundum

ſanctiones catholicas freti, apoſtolica auctoritate intrepide procedatis.

Tertius eſt, quod præſtantes ſcienter conſilium, auxilium, vel fauorem impedientibus officium Inquiſitionis ante factū. patet per c. vt Inquiſitionis. de hęre. li. 6. §. fin. 12

Quartus eſt, quod quicūque inſtruit citatos per Inquiſitorem, vt taceant veritatem, vel aſſerant falſitatem, ſunt vehementer ſuſpecti, vt in c. accuſatus. §. fin. de hære. li. 6. Nam qui cunque aliquid agit in fauorem hæreticę prauitatis, vehemēter eſt de hæreſi ſuſpectus. 13

Quintus caſus eſt, quod omnes hæreticorum fautores, defenſores, vel receptatores ſunt de hęreſi vehemēter ſuſpecti. Nam omnes tales excommunicati ſunt, vt in c. excommunicamus. §. credētes. de hęre. quam excommunicationem ſi per annum ſuſtinuerint, violenter ſuſpecti redduntur, vt in c. cū contumacia. eo. tit. li. 6. Violenta autem ſuſpicio ex vehemēti oritur, & eam ſupponit ſicut ſuperlatiuum comparatiuum, vt dicit Io. An. in di. c. cum contumacia. 14

Infamatus. Sextus modus eſt, quod quicunque propter hæreticam familiaritatem de hæreſi eſt infamatus, de hæreſi eſt vehementer ſuſpectus, vt in c. inter ſolicitudines. de purg. cano. vbi ratione infamiæ cuidam decano indicta eſt purgatio canonica, & ratione familiaritatis hæreticorum abiuratio publica, & ratione ſcandali fuit priuatus beneficio, quouſque ſcandalum ſopiretur. 15

Receptator. Septimus modus eſt, quod quicumque eos quos ſcit eſſe hæreticos ſciēter receptat, deducit, viſitat ſiue aſſociat, ac dona ſiue munera eis dat ſiue mittit, ſiue aliter fauorem impendit, qui excuſari non poteſt quin ſit magis in fauorem culpæ, quam perſonæ, vehementer de hęreſi eſt ſuſpectus. Arg. eſt in c. accuſatus. de hære. li. 6. 16

Falſarius. Octauus modus eſt, quod quicunque in cauſa fidei pro hæretico falſum iudicialiter aſſeuerat, vel mendacium dicit, eſt de hęreſi vehementer ſuſpectus. Caſus expreſſus eſt in c. literas. de pręſumpt. vbi quidā Gulielmus confeſſus fuerat quod 17

eius

eius frater vitio hęreſis laborabat. Et poſtea id negauit, & fratrem ſuum purgauit, & propter id habitus eſt vehemẽter de hæreſi ſuſpectus. Nam pręſumptio erat contra eum, quod ſecunda vice dixerit mandacium, vt fratri ſuo opem ferret.

18 Nonus modus eſt, quod quicũque ſemel aliquid dicit, vel facit contra fidem eſt leuiter ſuſpectus. qui autem bis vel ter, ſit de hęreſi vehementer ſuſpectus. Et hic caſus ſecundum directorium antiquum, licet nõ habeatur in iure communi, habetur tamen in conſultationibus archiepiſcopi Terraconeñ, & eius ſuffraganeorum. Et per hoc poteſt reſponderi ad id quod a multis dubitatur, an qui poſt abiurationem de leui cadit iterum in aliam leuem ſuſpicionem, ſit vehementer ſuſpectus, vel non. Dicendum enim eſt quod ſic ſecundum hũc caſum. Et habetur expreſſe in Malleo maleficarum, in tract. de leuiter ſuſpecto.

Dicens, vel faciens cõtra fidem.

Leuis ſuſpicio tranſit in vehemẽtem.

19 Decimus modus eſt, quod eripiens aliquem de manibus Inquiſitoris confeſſum, vel conuictum, vel iam condemnatũ de hæreſi, eſt vehementer ſuſpectus, & forte eſt de hæreſi violenter ſuſpectus, quia vt hæreticus puniri poteſt. Argumentum ad hoc, quia eripiens de manu curiæ confeſſum, vel conuictum, vel condemnatum de aliquo delicto incidit in crimẽ læſæ maieſt. l. cuiuſque. ff. ad l. iul. mai. & ibi Bar. & alij. Idẽ voluit Lucas de penna. in l. quotiens. C. de exact. tribut. li. 10. Idem per Bal. in l. aditos. C. de epiſ. audien.

Eripiens reũ de manibus Inquiſitoris.

20 Vndecimus modus eſt, quod quicunque ſcienter parentelam, vel confœderationem facit cum hæretico, eſt vehementer ſuſpectus. argumentum, quia faciens parentelam, vel confœderationem cum inimico Domini ſui, hoſtis iudicatur illius, & vt rebellis feudo quod habet debet priuari. Bal. in l. liberti. circa fin. c. de offi. teſta. Idem tenuit Martinus de Laude. in tract. de confœder. princip. q. 26. & rationem aſſignat, quia videlicet tales ſunt eiuſdem intentionis, & voluntatis. Vide Hiero. Gigan. de crimi. læſæ maieſt. rub. de pluribus quæſtionibus. q. 17.

Parentelam, vel confœderationem faciens.

21 Duodecimus modus eſt, quod quicumque ſcribit, vel fal-

Scribens, vel recitãs in dãnum officij. ſum recitat in damnum officij ſanctæ Inquiſitionis, eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus. Argumentum a ſimili. per tex. in l. 2.ff. ad l. iul. maieſt. ibi. quiue ſciens falſum conſcripſerit, vel recitauerit. Enumeratur enim hoc in primo capite criminis læſæ maieſtatis, vt ibi in text. Et intellige ſemper hoc, ſi ſcienter id faciat. Et vide rubr. ff. de crim. læſæ. maieſt.

Fugiens ad hæreticos. Tertiusdecimus modus eſt, quicunque ad hæreticos fugit, eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus. argumentum eſt in l. 2. ff. ad l. iul. maieſt. ibi. aut qui exercitum deſeruerit. Vnde *priua*tus etiam quilibet ad hoſtes confugiens crimen læſæ maieſtatis incurrit, vt in l. alleg. Ideo probe factum ab Africano legimus, qui deuicta Carthagine, quum omnes qui de exercitu Romano ad Pœnos tranſiuerant in ſuam redegiſſet poteſtatem, eos qui Romani erant tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, Latinos vero transfugas tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Val. Max. li. 6. in rubr. de diſcipl. milit. 22

Mutuans pecunias. Quartusdecimus modus eſt, quod mutuans pecunias hæretico eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, ſi ipſi quoquomodo conſilium, auxilium, vel fauorem ſcienter præſtat. textus eſt in ſimili in l. cuiuſque dolo. vbi Bar. not. ff. ad l. iul. maieſt. Et hanc opinionem tenuit etiam Martinus de laude in tract. de crim. læſæ. maie. q. 4. & Matth. de afflict. in c. 1. §. & bona cõmittentium. nu. 66. tit. quæ ſint regaliæ in vſu feudi. 23

Concitantes, ad rebellionẽ. Quicunque aliquos concitant, ſeu ſollicitant, vt rebellẽt contra Inquiſitorem, vel aliquid faciant in damnum, ſeu iniuriam eius, vel officij Inquiſitionis, ſunt de hæreſi vehementer ſuſpecti. argumentum per text. in l. 1. ff. ad l. iul. maieſt. Ibi. quiue milites. Ad idem eſt textus in l. 2. & 3. ff. eo tit. Ita etiam concludit Cardi. in Clem. Paſtoralis. de re iudi. in 9. not. Et per Mãth. de afflict. in c. 1. §. Quæ ſint regaliæ. in §. Et bona committentium. col. 6. nu. 69. 24

Nuncios mittens ad hæreticos. Qui literas, vel nuntios mittunt ad hęreticos, vt eis aliquo modo faueãt, ſunt vehemẽter de hæreſi ſuſpecti, & forte etiã violenter. Nam ſecundum leges, qui literas, vel nuncios mittunt inimicis Principis (vt ſupra diximus) incidunt in crimen 25

crimen læſæ maieſtatis, ſi doloſe id agant, vt eſt text. in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. & ibi not. Bar. Cępol. in conſ. 17. incipien. viſa commiſſione. col. 8. nu. 30. Mart. de laude in ſuo tract. de crim. læ. maieſt. q. 2. Boſ. in ſuo tract. de ſedicio. in 6. præſuppoſito. col. 4. nu. 15. Ad idem eſt Angelus in di. l. 1. in fin. ad l. Iul. maie. vbi dixit quod ciues aduertere debeant ne rebellibus ciuitatis literas mittant, neque eis aliquod ſignum præbeant, per quod contra ciuitatem iuuari poſſint, alias incidunt in crimē læſę maieſt. & idem dicendum de his qui literas portant, vel eunt doloſe, & ſcienter, vt per Bal. in di. l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. ſi autem non doloſe ſed ignoranter id agatur, arbitramur ꝙ ſaltem ſint leuiter ſuſpecti, quia hoſtibus inconſulto Principe literas, vel nuncios quis mittere non debet, etiam pro priuatis negotijs, & bona fide, quia non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali cauendum eſt. vide Hier. Gigan. in tract. de crimi. læſę maieſt. tit. qualiter, & a quibus. q. 2.

26 Iurans ad hæreticos ire, ſeu hæreſes ſequi, vel offendere officium Inquiſitionis, etiam ſi non ſequatur effectus, ſuſpectus eſt de hæreſi. argumentum quia in crimine læſæ maieſt. punitur affectus etiam non ſequuto effectu. l. quiſquis. ibi. Eadem enim ſeueritate. C. ad l. Iul. maieſt. *Iurans hæreſes ſequi.*

Plura tamen conſiderare debet prudens Inquiſitor in tali caſu, & magis & minus augere, vel minuere ſuſpicionem. Cōſideranda enim ſunt qualitas perſonæ iurantis, ſeu loquentis, locus, & tempus huiuſmodi prolatorum verborum. Perſonæ dico qualitatem conſiderandā, quia ſi talia verba dicta eſſent ab aliquo qui eſſet leuioris capitis, vel ab ebrio, ſeu inſano, vtique non magni eſſet momenti. tex. in l. 1. c. ſi quis Imperatorī maledix. & ibi glo. in ver. temulentia. Et probantur prædicta per tex. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt. Similiter cōſideratur locus, & tempus, quia multa in vno tempore, & vno loco dicta poſſunt excuſari, quæ in alio loco, & tempore prolata non erunt excuſabilia. Et vide in di. l. famoſi ff. ad l. Iul. maieſt. *Conſiderāda circa iuramētum.*

27 Præter hos, nota ex Zanchino. c. 35. nōnullos caſus in quibus

Vſurarius. bus quis redditur ſuſpectus de hæreſi,& ſunt plures.Et primo cū aliquis publicus vſurarius,vel fornicator publicus, ſeu blaſ *Vitans fidelium conſortia.* phemator dicit illud non eſſe peccatū, vel nihil dicit. Secūdo quando euitat conſortiū fidelium . Tertio quando nō aſſumit *Pœnitentiam renuens.* pœnitentiam . Quarto quando nūquam audit diuina officia. Quinto quando nunquam eccleſię ſacramenta recipit. Adde *Fugiens diuina.* Fely.in rubr.de hæret.dicētem,quod ſacram communionem *Communionē ſingulo anno nō recipiens.* ſingulo anno nō recipiens eſt hæreticus.& addducit tex.not. in auth.de priui.dot hæret.mulie.non præſtan.circa medium. vbi habentur hæc verba. Igitur ſacram communionem in catholica Eccleſia non percipientes a Deo amabilibus ſacerdotibus,hæreticos iuſte vocamus.Nam licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint, verumtamen a Chriſtianorum ſe fide, & communione ſeparant. Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes. Hæc imper. Iuſtinia. eundem tex. allegat ipſe *Clericus publice contrahens.* Fely.in c. ad abolendam. nu. 2.Sexto quando quis profeſſus, vel in ſacris conſtitutus publice cōtrahit matrimonium.adde per Carer. adductū nu.38.qui declarat hæc ad hæreſim pertinere,ſi publice; & notoriæ fiant, & non cladeſtine, quia tunc eſt contra c.1.de voto in.6.& contra Clemen.eos qui.de conſangui. & affin. cui ſententiæ adhærent Iac. Butr. Salyc. in l. nemo C. de ſum. tri. Panor. in c.de homine. de celebr. miſſ. in glo.in verſ.verbis. & in c.cum quidam. de iureiur. & Mat. in conſti. inconſutilem. not.6.quæſtio.7.& Bal.in di.l.nemo, circa fin.

Duas uxores ducens. Idem quoque dicitur de eo qui duas vxores duxit, vt per Gemi. in c.accuſatus.§.ſane.de hære.li.6. Fely.in d.c.ad abolendam.nu.1.qui etiam adducit Lapum in eodem c.accuſ.vide etiam Gondis.in tract.de hæret. quæſt. 9. nu.4. & 5. & de profeſſo ducente vxorem.vide etiam Panor. in conſ.68. incipien.videtur primo dictus magiſter.num.4.vbi dicit ex Butrij ſententia,quod ſi clam contraxit præſumitur de dolo,& ideo Inquiſitor debet cognoſcere. Siue igitur publice ſiue occulte quis ea faciat, per quæ de eius fide ſuſpitio, vel præſumptio oriatur,vigilantes Inquiſitores diligenter inquirere poſſunt habita

habita ratione loci, temporis, perſonarum, & ſuſpicionis qualitate bene conſiderata.

28 Violenter ſuſpectus de hæreſi eſt ille, qui citatus ad reſpondendum de fide nō vult comparere, & excommunicatus propter hoc perdurat in excommunicatione per annum continuum. c. cum contumacia, de hære. li. 6. & ſimiliter quicumq; poſt abiurationem de vehementi iterum cadit in aliam vehementem ſuſpicionem. facit quod dicit Philipp. Franch. in glo. 2. in fin. di. c. cum contumacia. ibi nota mirabilem doctrinam cognoſcendi ſuſpicionem violentam. Nam præſumptio uiolē ta inducitur, quando poſt præſumptionem vehemētem ſuperuenit alia præſumptio primam confirmans, quia tūc talis præſumptio vehemens tranſit in violentam. Idem per Gemin in di. c. cum contumacia. ibi. Nota optimum text. ad cognoſcendū &c. Et per glo. in c. excōmunicamus. eo. tit. §. qui autē.

Violenter ſuſpectus quis dicatur.

Vehemens in violentā trāſiens.

29 Suſpectus violenter de hæreſi, punitur quidem vt hæreticus. c. cum contumacia. de hære. li. 6. Eſt tamen hæreticus præſumptiue tantum, & non vere, ſecundum Gemin. in di. c. cum contumacia. licet Archid. oppoſitum ſentiat. Et poni debet in ſententia ſi eſt penitens, quod abiuret tamquam violenter ſuſpectus, ſi autem ſit impænitens, tradatur brachio ſeculari, ſecundum c. ad abolendam. de hære.

30 Suſpectis de hæreſi, vel conuictis pœnitentibus imponitur pœna pro motu Inquiſitoris cōſideratis cōſiderādis, ſi in iure non inueniantur determinatę pœnæ. Nam talium pœnitentiæ communiter non ſunt a iure determinatę, ſed Iudicis arbitrio pro maiori parte relinquuntur. C. ad abolendam. de hære. c. excommunicamus. eo. tit. Et in c. inter ſolicitudines. de pur. cano. conſueta tamen pœna imponatur, quę alterari non debet ſine vrgenti cauſa, & ratione.

Violenter ſuſpectus & impœnitens.

31 Suſpecti de hæreſi ſiue leuiter ſiue vehementer non debent perpetuo immurari, ſeu perpetuo carceri deputari, ſed ad certum tempus incarcerari ſecundum eorum demerita, & ſecundum quod Inquiſitori videbitur, cum eis poſtmodum diſpenſari poteſt. iuxta c. Vt commiſſi. de hære. li. 6.

Immurari nō debent ſuſpecti tantum de hæreſi.

TACENS.

T

TACENS.

TACENS in his quibus tenetur contradice- 1
re, habetur pro conſentiente. Abb. in c. conſul
uit. de recuſa. & reuel. Et idem in conſ. 89. &
in c. pœn. de procur. & in c. cum dilectus
de conſuet.

Tacens, vel obſcure reſpondens a Iudice iuſſus haberi pro 2
confeſſo. pract. Papien. in for. poſſ. acti. in addition.

Pro contradicente quando habeatur.

Tacens in oneroſis, & maxime in obligationibus perſonã, 3
regulariter habetur pro contradicente, vt notatur in glo. ſe
cus in re concupiſcibili, ſiue commoda, quia tunc tacens ha
betur pro conſentiente, vt in l. qui petitur. ff. man. & hæc eſt
thorica Inno. in c. Geneſi. de electi. Sed nota quod vbi tracta
tur de præiudicio alicuius, ſi vltra taciturnitatem facit aliquẽ
actum, quod videtur venire ad approbationem illius actus,
videtur conſentire. Bar. in l. quo enim. ff. rem. ra. ha. vt ſi ſcien
ter recepit literas, in quibus dicebatur quod erat debitor &c.
Abb. in c. non iniuſta. de procur.

In iudicialibus.

Taciturnitas partis præſentis in iudicialibus habetur pro 4
conſenſu, & ſibi præiudicat. in c. 2. de accuſa. li. 6. & l. cum oſtẽ
dimus. §. fin. ff. de fi. tut.

TERMINVS IVRIS.

TErminus iuris eſt communiter triginta dierum cõtinuo 1
rum, non habito reſpectu an ſint feriati, ſiue non, & ipſe
terminus incipit currere a die latæ ſententiæ ſiue præcepti, ſi
ue a die habitæ notitiæ quo ad abſentes, in quo caute aduer-
tendum. ita notatur in c. ab eo. de appel. li. 6.

Comparitionis terminus.

Nota etiam quod terminus comparitionis eſt vltimus dies 2
hora veſperarum, quam tranſact. comparatio erit nulla. Phi
lipp. de percuſio in c. perſonas. de appell.

TESTIS.

DE teſtium materia tractaturi, quo facilius ea quæ ſumus 1
ſcripturi a lectoribus intelligantur, articulatim procedẽ
dum

dum arbitramur. Et primo vidēdum eſt de teſtiū quidditate.

Secundo de teſtium qualitate.

Tertio de teſtium quantitate, & numero.

Quarto de teſtium citatione, & coactione.

Quinto de teſtium approbatione, & reprobatione.

Sexto de teſtium examinatione.

Septimo de teſtium variatione, & vacillatione.

Octauo de teſtium publicatione, & propalatione.

Primo igitur dicimus illos eſſe teſtes quos quiſque ante iudicium ſibi placitos alligat, ne cui ſit poſtea liberum, aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe, vnde & alligati appellantur, a quibus (ait Iſidorus in li. Ethimol.) quęritur veritas in iudicio Et teſtes dicti ſunt quod teſtamēto adhiberi ſolēt, ſicut ſignatores qui teſtamentum ſignant. Et ſecundum grammaticos, teſtis ab eo dictus eſt quod ſtatum cauſæ tueatur, vel ꝙ ante ſtat. Ita quod de natura teſtis eſt quod ſit in iudicio, vel in cauſa vocatus ad roborandum iudicium, vel cauſam. Cauſā dicimus, propter teſtes qui apponuntur ſcripturis publicis, & quod clare intelligat quę fiunt, atque ibi dicuntur ad cauſam & negocium pertinentia. Et ſic patet quid ſit teſtis.

Teſtes vnde dicti.

2 Secundo dicimus quo ad teſtium qualitatem, quod quilibet in dubio teſtis eſſe poteſt, niſi prohibitus reperiatur l. 1. ff. de teſti. ſpec. eo. tit. §. nunc tractandum. Propter hoc non tantum maſculi, ſed & fœminæ in teſtes poſſunt produci. & de hoc diffuſius vide Bal. in conſ. 39. 2. vol. ſecundum tamē diuerſitatem teſtium eorum non quantitas, ſed qualitas eſt conſideranda, videlicet, qui ſint honeſtiores, ditiores, &c. Teſtimonium tamen viri præfertur teſtimonio fœminę. C. forus. de ver. ſig. & ibi Abb. diffuſe, quomodo, & quando mulier poſſit eſſe teſtis vide in margine. Nota etiam quod qui melioris ſunt famę, & qui iuri cōmuni conſona, vel aptiora negocio de quo agitur deponunt. Nam vt dicit Hoſt. poſſent centum ribaldi, & viles ex vna parte, ex alia parte duo talis, & tantę honeſtatis eſſe, quod eis potius ſtaretur, quam multitudini. Dignioribus enim teſtibus magis creditur etiā

Teſtium qualitas.

Fœminæ etiā in teſtimoniū poſſunt adduci.

Centum ribaldi quid poſſint.

Dignioribus

magis creditur. paucioribus, vt l. 3. ff. de teſti. & ibi Bar. & Alex. quod verum eſt ſi dignitas eſt valde magna, alias multitudo præualet. Domi. in c. in noſtra. de teſti. & Bal. in l. teſtium. C. de teſti. niſi pro accuſato, quia pręualet teſtibus accuſatoris etiã dignioribus ſimiliter. & ſenioribus magis creditur, quam iunioribus. glo. Bar. & Doćto. in l. nunquid. ff. ſi cer. pet. vbi Alex. dicit verum niſi iuniores ſint digniores, per. §. ordinationem, in auđen. de mona. Alex. in l. ob crimen. ff. de teſti. Hoc tamen arbitrio Iudicis relinquitur l. 3. §. ideoque diuus. & ibi Bar. ff. de magi. conui. & nobilitatem debet Iudex ex officio conſiderare. Bal. in l. Gracchus. C. de iudi. Quia teſtes debent eſſe quibus lux veritatis aſſiſtat, & fides ſincera. ſpec. de off. omn. iudi. §. poſtremo. & quod nulla ſit veriſimilitudo quod debeant deierare. Abb. in c. in literis. de teſti. omni namque exceptione maior, ideſt qui nulla legitima exceptione repelli poſſit, debet eſſe teſtis. Abb. in c. 1. de conſang. & affin. Barba. in conſ. 32. In criminibus tamen exceptis, & in defećtum probationum, ideſt quando veritas aliter haberi non poteſt, admittuntur teſtes qui ex vilitate, & inhabilitate perſonæ repelluntur. l. ob crimen. § ſi ea. ff. de teſti. & ſpecialiter contra hæreticos teſtes poſſunt eſſe credentes, fautores, & defenſores, ac eius criminis participes, & etiam excommunicati. vt in c. in fidei fauorem. de hęre. lib. 6.

Maior omni exceptione quis ſit.

In exceptis criminibus.

3 Et nota quod teſtis integer debet eſſe a quatuor immunis, ſcilicet a crimine, infamia, ſuſpicione, & macula. Et primo a crimine, & infamia. Abb. in c. teſtimonium. de teſti. A ſuſpicione ſcilicet inimicitiæ, vel criminis. di. 81. c. tantis. Et a macula animæ, & corporis, quando ſcilicet quis vult teſtificari contra clericum in cauſa criminali. Repellitur etiam corpore vitiatus eo caſu quo repelluntur ab ordine, ſecundum Abb. vide text. cum glo. 2. q. 7. c. Ipſi Apoſtoli. Et c. fin. de teſti. Conſiderabitur etiam perſona producentis. Nam ex qualitate producentis præſumitur qualitas teſtium. In his tamen non poteſt dari certa regula, ſed ex varietate, & qualitate fađorum informabitur animus iudicis. l. 3. ff. de teſti. Si etiam

Integer qualis eſſe debet.

Producentis pſona eſt conſideranda.

pro qualitate paupertatis, & famæ pauper teſtis, an ſit accep tandus relinquitur arbitrio Iudicis. Abb. in tract. de reſtit. ubi etiã dicitur quod monachus ſine licentia Abbatis non poteſt eſſe teſtis. Et nota quod teſtes debẽt cognoſcere eos a quibus & contra quos inducuntur. ſpec. de teſti. niſi quando deponũt ſuper homicidio ad conuincendum negligentiam ſindici qui denunciauit homicidium. Abb. in c. cum cauſam. de teſti. Quantæ autem auctoritatis ſit ipſe ſindicus per vicinias conſtitutus, qui & ſynodalis dicitur & denunciator, vide Abb. in c. ceterum. de teſti. cogen.

Monachus non poteſt eſſe teſtis ſine Abb. licen.

Sindici auctoritas.

4 Nota etiam quod pro dominis ſuis teſtificari poſſunt famuli nobilium, quia prçſumuntur nobiles habere famulos honeſtos, ſecus autem de famulis cerdonum, & plebeorum. Innoc. in c. Inſinuatione. de off. deleg. Barb. conſil. 3.

Famuli nobilium.

5 Tertio dicendum eſt de numero teſtium, ſed quia ſcriptũ eſt Deuter. 17. ℣ in duorum vel triũ teſtiũ ore peribit qui interficiendus eſt, & nemo occidatur uno tantum contra ſe dicente teſtimonium, Primo uidebimus de efficacia duorum, et ſi quandoq;, & quare plures duobus requiruntur. Secundo de ualiditate, & robore unius teſtis. Tertio de ſingularitate ipſorum teſtium.

Numerus.

6 Et primo aduertendum eſt differentiam non modicam eſſe inter teſtes quos legitimos ſeu conteſtes vocamus, & teſtes ſeparatos, ſeu ſingulares. Nam conteſtes dicuntur teſtes qui eodẽ modo, in eodem loco, ſub eodem tempore, eodem ſenſu corporeo, vtputa viſu, vel auditu perceperunt eundẽ actũ vel aliquo interuallo. Si actus eſt continuus, vt ſunt videntes per fixuram aliquam vnus poſt alium, actum ſpoliationis, fornicationis, vel ludi. Singulares autẽ teſtes dicuntur qui deponunt ſuper diuerſis factis, ita quod quilibet eſt ſingularis ex dicto ſuo, quod ĩtellige reſpectu obiecti. Nam reſpectu percipiendi ſemper teſtes ſunt ſingulares, quia ſenſus meus per quem ego percipio non eſt tuus ſed meus, nec contra tuus eſt meus. Sed dicuntur conteſtes, & non ſingulares, quando obiectum ſuper quo deponunt fuit reprçſentatum ſenſibus teſtiũ

Teſtium differentia.

Conteſtes qui dicantur.

Singulares teſtes qui dicantur.

GGg 2 eodem

eodem tempore. Nam tunc videntur deponere de eodem facto, quia diuerſitas temporum poteſt inducere diuerſitatem rerum, & actorum, & teſtes habent neceſſario concludere, vt in c. in præſentia. de proba. & Abb. in c. bonæ memoriæ. de electio. His præmiſſis nota quod mens, & ſenſus illius iam allegatæ auctoritatis, videlicet in ore duorum, vel trium teſtiũ &c. non fuit neque eſt quod plures duobus, vel tribus teſtes non poſſint adhiberi, ſed non pauciores, ſed ſolum innuere voluit quod omnis cauſa poſſit inſtrui per duos, vel tres teſtes, ita ꝙ neceſſario non exigantur plures, non tamen negat quin plures poſſint adhiberi. Et ſi diceres quomodo in aliquibus caſibus requiruntur vltra duos, vt not. glo. in c. licet. de ver. ſig. dic quod id fuit inductum ex diſpenſatione principis, qui potuit ex cauſa ius diuinum limitare, & interpretari iuxta not. per Inno. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Et per legiſtas, & maxime Bar. in l. fin. C. ſi cõtra ius, vel vti. pu. imo princeps ex cauſa etiam priuilegium conferendo in certis cauſis, vel certa qualitate perſonarum inſpecta, poteſt ſtatuere vt vni tãtum credatur, & ſic recedere ab illa iuris diuini regula, in ore duorum, vel trium &c. Abb. in c. ſuper nobis. de teſti. Et in c. ſicut de conſuetudine. de proba. allegando textum imperatoris dicentis, quod in cauſis vertẽtibus in ciuili prætorio crederetur ſolius epiſcopi teſtimonio. Teſtes ergo duo requiruntur regulariter, & ſufficiunt in omni negotio. l. vbi numerus. ff de teſti. & c. in omni de teſti. Et in c. nouit. de iudi. Et etiã contra hæreticos in cauſa fidei duo requirũtur. Card. in Cle. 2. §. eo. ſed ad iudicium faciendum, vt infra dicitur. Nota tamen interim, quod teſtes duo non ſufficiunt ad probandum quem eſſe bonæ, vel malæ famæ, & vitæ, vt dicit Angel. in auten. quomodo oportet Epiſcõpos. §. quã. duo tamen affirmãtes vincunt duos negantes. Inſti. de vti. ſtip. §. item verborum. ſicut duobus affirmãtibus de metu magis creditur, quam mille liberam voluntatem affirmantibus. Inno. in c. ſuper hoc. de renunciat. quia deponentes ſuper metu, deponunt ſuper actu perceptibili ſenſu corporeo, alii autẽ de actu intrinſeco. Abb. in c.

Ius diuinum limitare quis poſſit, & interpretari.

Duo non ſufficiunt ad probandum aliquem eſſe bonæ, vel malæ famæ.

in c.perlatum.de his quæ vi,met.ſi.duo teſtes quod Ticius occidit Caium,& duo quod ſeius occidit Caium, probant contra Ticium, & Seium,niſi deponant de diuerſis temporibus. Bar.in l.2.ff.de bonorum poſſeſſ.Bal.in conſ. 158.

7 Teſtes ſi ſunt pares illi cum quibus concurrit informatio facta per ſindicum præualent etiam per vnum alium teſtem non legitime receptum.glo.& Bar.in c.1.§.ſi duo.de pa. tenē. & Alex.in conſ.99.tertiæ partis. *Quando ſunt pares.*

De teſtium autem validitate dicturi,primo de ſolius,& nudi teſtis ſufficientia, ſecundo de eiuſdem fama, & cæteris adminiculis ornati efficacia ſubiungemus.

8 De primo igitur notandum eſt quod teſtis vnus facit indicium non delatiuum iuramenti, ſed purgatiuum per tormenta, vt .ff. de quæſtioni.l. maritus & c. ad l.iul. maieſt.l.ſi quis, dummodo talis teſtis ſit omni exceptione maior. Et dicimus delatiuum iuramenti,quia ſecundum Inno. & Bal. in l.ſi quis per triginta.C.de feud.diſ.teſtis vnius probatio iuramentum non trahit poſt ſe.ſemiplenā enim facit probationē ſicut duo faciunt plenam.Nec obſtat quod vox vnius vox nullius, quia illud procedit quo ad plenam probationem,non quoad ſemiplenam, quod probatur in c.ex inſinuatione.de procur.& in c.fin.de ſucceſ.ab inteſt.facit l.3.§.cauſa.ff.ad carbo.& hoc cō muniter tenent doctores, tam legiſtę, quam canoniſtæ niſi teſtis patiatur exceptionem,vt dictum eſt, & deponat ſuper facto,& non ſuper indicio,quia tunc ſolum probaret indicium, vt glo.& Bar.in l.fin.C. de iudi. ſi enim eſſet patiens exceptionem,vt quia conſanguineus,vel amicus,vel etiam quia cauſa plures teſtes duobus requirit, tunc licet teſtis faceret præſumptionem,non tamen ſemiplenam probationem.Abb.in c.vlt. de iureiur.in margine. *Purgatiuum indicium facit teſtis vnus.*

9 Nota etiam quod teſtis vnus dicitur ſemiplene probare, quando depoſitio concernit præiudicium alicuius, ſed plene probat quando nullius præiudicium concernit. Inno. in c. 1. de ſepul. Similiter teſtis vnicus ſufficit in certis caſibus,videlicet,ſi *Vnus quando ſemiprobare dicatur.*

licet ſi concurrunt alia adminicula, vt l. admonendi. & l. in bo na fide. de iureiur. Item vni medico ſi plures deſint creditur in arte ſua.

Vni tantum quando creditur.

Item in cauſis paruis ſi teſtis eſt honeſta perſona. Butri. in 10
c. veniens pri. de teſti. Iaſon. in l. admonendi. de iureiur. Itẽ quando teſtator mandat ſtari dicto vnius. Bal. in l. Theopõpus. ff. de off. præla, Item in nuncio publico. Item notario aſſerenti manu ſua ſcriptum inſtrumentum de quo dubitatur. Item teſti vnico reuelanti inſidias, vel conſpirationem, vel crimen læſæ maieſtatis. c. ſi quis. diſt. 79. ſpec. de teſti. §. reſtat. Cardi. in Clem. 1. §. fin. vlt. q. de vſur. vbi dicit idem de hæreſi. & ſimonia. Item de conſenſu partium, vel publico officiali. Alex. in l. 1. §. fin. de ver. ſig & Abb. in c. propoſuiſti de proba. Item ſoli ſacerdoti de peracta pęnitentia, & ſimilia. de quibus vide glo. in c. nuper. de teſti. & Hoſt. in c. licet. de teſti. Et ſpec. §. reſtat. eo tit.

Teſti ſoli non creditur de facto proprio, ſecus de alieno. 11
Paul. de Caſtro in conſ. 368. & in l. ſeruos. C. de teſti. & Alex. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex nox. cau. aga.

Ad impediendum matrimonium.

Nota etiam, quod teſtis vnus facit quandoque plenam ꝓ 12
bationem ad matrimonium impediendum. vt c. præterea. de ſponſ. & c. nuper. de teſti. & vbicũque agitur ad peccatum impediendum. nec cum diminuitur ius alterius, ſufficit vnius dictum. glo. in c. nuper. de teſt. Abb. in c. ſuper eo. de teſt. & in c. at ſi. de iudi. & licet non frangat vim inſtrumenti quia vox vnius vox nullius c. de teſti. l. iuſiurandum conſi. attamẽ ſecundum Bal. in conſ. 166. 2. partis facit indicium ad torturam, ita quod vterque debet torqueri, ſed tabellioni perſeueranti magis creditur quam teſti propter publicã auctoritatẽ.

Teſtis ſtipatus.

De teſte autem fama, & aliis adminiculis ſtipato dicimus, 13
quod teſtis vnicus etiam cum fama ſufficienter crimen nõ verificant. glo. in c. vnicus. de teſt. & Præpoſitus in c. presbyter 3. q. 4. ſecus autem ſi aliquibus indiciis ſit munitus, quia tunc probat. Bar. in l. 1. §. Idem Cornelio. videas hic caſum. ff. de quæſtioni. licet indicia non plene probent. glo. in ver. deficit

l. com-

l. comprobatio .ff. de proba. Probat etiam teſtis vnicus cum confeſſione abſente parte, ſecundum Bar. l. admonendi. de iuſti. & iure.

14 Teſtes primo loco examinati parte non citata, nihil concludunt. c. 2. de teſti. ſi poſtea repetiti referunt ſe ad primas depoſitiones abſque quod nec verbum exprimant de his quę primo loco dixerunt, eis nulla eſt fides adhibenda. Bal. & Sa. lic. in l. iuſiurandi. & in l. fin. C. de teſti. quæ quidem procedunt præſertim in criminalibus in quibus teſtes debent in ſpecie deponere, nõ autẽ ſe referre ad alias depoſitiones. Corn. conſ. 56. col. fin. lib. pri. Soci. conſ. 40. l. 3.

15 Nota etiam quod teſtis vnicus de infamia præualet communi opinioni contrariæ ad Inquiſitionem faciendam. argumentum. 2. q. 5. c. mandaſti. et arg. ad hoc, quia ſi ſoli Epiſcopo eſſet ſuſpectus poteſt indici purgatio. 2. q. 5. c. Omnibus. Ergo ab vno poteſt procedere infamatio, etiam ſi ſemel tantũ ſuſpectus eſt. in c. qualiter, & quando. de accuſa. Bal. in l. Caſſius. ff. de ſenat. *Teſtis vnus de infamia opinioni præualet communi.*

16 Nota etiam quod teſtis vnus ſi contradicit pluribus, aut teſtes ſunt conſubſtantiales, & neceſſarii ad eundem actum, & tunc vnius contradictio nocet. vt l. 1. ff. quemadmodum teſtamentum aperi. Aut eorum conſonantia non eſt neceſſaria, nec numerus, nec vox vnius vox nullius. Bal. in c. in noſtra. de teſti. Si autem plures pluribus contradicunt, & tunc refert aut ſunt producti ex eadem parte, & tunc aut poſſunt ad concordiam reduci, & reducuntur, aut non, & tunc ſtatur melioribus. Nam qui producit teſtes non intendit dicta eorum cõfiteri, quia ignorat ea, & ideo poteſt quorumdam atteſtationes approbare, & aliorum reprobare, ſed ille qui producit inſtrumenta intelligitur ea confiteri contraria, & ſic valet confeſſio. Bal. in c. in noſtra. de teſti.

17 Teſtes ſingulares non probant in crimine hæreſis vbi agitur ad condemnationem pœnarum, ſecus ſi ad iniungendam pænitentiam. Squil. in tract. de Sum. Tri. & fi. ca. q. 34. & vbi agitur in crimine hæreſis de imponẽda pœna vltimi ſupplicii

requiruntur

requiruntur teſtes, vt in aliis criminibus. Paul. Gril. in ſuo tract. de hære. q.fin.& teſtes ſingulares in crimine hæreſis nõ probant. Hippol. poſt Archid. Innoc. Ant. & alios quos allegat in conſ. 109. num. 7.

Singulares qui ſint.

18 Singulares autem teſtes dicuntur qui deponunt (vt ſupra dictum eſt) ſuper diuerſis factis, ita quod quilibet eſt ſingularis ex dicto ſuo, intelligimus reſpectu obiecti ꝙ ideſt diſcrepantes, & non conſonantes in idem rei factum, vel finem, vel circunſtantiis variãtes, vt dicit Bal. in c. ingenioſi. de elect. vbi allegat l. qui ſententiam. C. de pœnis. Quia teſtium ſingularitas attenditur ex fine. Non enim poſſunt dici ſingulares teſtes, cum tendunt ad vnum rei finem, vt glo. in c. dudum. de con. coniug. Et nota quod omnis teſtis eſt ſingularis, et deponit de eo quod ſolus ſcit, & alius non ſcit, vel ſi ſcit non deponit de eodem. Secundo aduerte, quod idem dicitur duobus modis, ſcilicet idem genere, vt in genere hæreſis ſi vnus dicit aliquem hęreticum, quia audiuit illum negantem incarnationem, alius reſurrectionem Chriſti, dicit Butrius quod probatur hæreſis in genere, quia conſonant in vnum finem. Et pro hoc facit id quod dicit Abb. in c. cum Iohãnes. de fi. inſtrum. Ex hoc (ait) nota, quod vbi ad probandum vnum totum, vel quid certum inducuntur teſtes, non eſt neceſſe quod teſtes deponant ſuper toto, ſed ſatis eſt quod ex dictis omnium teſtium, & partium confeſſione eliciatur id quod erat neceſſario probandum.

Idem duobus modis.

19 Alij autem contrarium dicunt, quia genus non probatur niſi quia reprę ſentatur in ſpecie, idem autem ſpecie non probatur niſi per teſtes comprehendentes notitiam rei eodem ſenſu, eodem loco, & eodem tempore, ſine aliqua differentia, vt C. de teſti. l. teſtium.

20 Teſtes duo ſingulares faciũt duo indicia, dummodo vnus non infringat alium. l. maritus. ff. de quæſtioni. Bald. in conſ. 281. ſecundę partis.

Plures duobus quãdo requiruntur.

21 Teſtes plures duobus quandoque requiruntur maxime in ciuilibus in certis cauſis, nec iura id requirentia ſunt irrationabilia

nabilia, quia approbata ſunt per ius canonicum. Abb. in c. cũ eſſes. Et c. licet. de teſt. multitudo tamen teſtium poteſt a iudice augeri, & minui, ſecundum cauſę qualitatem, vt dicit Abb. in c. cum cauſam. de teſti. quæ autem ſint cauſæ requirẽtes plures teſtes duobus, vide Hoſt. in ſumma. de teſtibus. §. quotus.

22 Nota tamẽ ſub breuitate., quod in depoſitione Cardinaliũ & epiſcoporum requiruntur teſtes. 72. presbyterorum. 44. diaconorum. 16. ſubdiaconorum, & inferiorum ſex. quando videlicet ſunt minus idonei teſtes, ſecundum Gratianum. Aduerte tamen optimam declarationem Abb. in c. cum eſſes. de teſtam. & vlt. vol. & eſt quod nõ debet ita de facili falſitas præſumi, vbi ad minus ſunt quatuor teſtes, cum Papa qui ſuperiorem nõ habet, poſſit conuinci duobus teſtibus, vt not. glo. in c. præſul. 2. q. 4. Nec obſtat ſi diceretur quod etiam de iure canonico eſt dare caſum vbi requiruntur 72. teſtes, vt cũ agitur contra Epiſcopum Cardinalem, vt habetur in præallegato c. præſul. quia dicimus quod ille text. intelligitur quando teſtes non ſunt idonei nec omni exceptione maiores, ſecus autem ſi eſſent laudabilis vitę, quia tunc ſufficerẽt duo teſtes, vt dicit Gratianus. in c. fin. 2. q. 4. & pro prædictis facit quod in ſimili habemus in præſcriptione. Nam ius ciuile adinuenit præſcriptionem, tam cum bona quam cum mala fide, vt 16. q. 3. §. poteſt. vt finis imponeretur litibus, & vt negligentia puniretur. Ius autem canonicum ſuperueniens approbauit pręſcriptionem quatenus erit ſine peccato, & reprobauit rigorẽ iuris ciuilis, quia reprobauit præſcriptionem cum mala fide, vt in c. fin. de præſcript. Sic facit hic Papa, nam reprobauit rigorem iuris ciuilis quatenus exigebat ſeptem teſtes, & approbauit cauſam motiuam iuris ciuilis, & ob hanc cauſam motiuam obſeruandum ſtatuit, quod in teſtamentis vltra duos teſtes intereſſet presbyter parochialis. & pro hoc facit in ſimili. Nam regula iuris diuini licet habeat, non occides &c. Ius tamen ciuile certo caſu determinato poteſtatem vxorem in adulterio deprehenſam occidendi habet, & ſic illa regula iuris diuini reſtringebatur, ius vero canonicum ſuperueniens

In cardinaliũ depoſitione quot teſtes requiruntur.

Teſtes minus idonei.

Præſcriptio quare ſit inuenta.

Ius diuinum.

Ius ciuile.

Ius canonicũ.

illum rigorē iuris ciuilis abſtulit, vt in c. inter hæc, & c. admonere 33. q. 2. ſed volens prouidere maritis, ſtatuit quod vxores peccantes ligandi, & eas moderate corrigendi mariti haberent poteſtatem. vt 7. q. 1. c. ſicut. Et 33. q. 2. c. placuit. Ita in propoſito Papa improbauit rigorem iuris ciuilis quatenus in teſtamētis exigebat ſeptem teſtes, & prouidit falſitati, ſtatuēdo quod adhiberetur præſentia presbyteri parochialis cum duobus teſtibus. In teſtamento autem inter filios duo teſtes, vel etiam duæ fœminæ ſufficiunt. in l. hac conſulti. ff. de teſt. Aduerte tamen quod in teſtamento nuncupatiuo requirūtur ſeptem qui ſint habiles, vel octo quorum duo poſſunt eſſe inhabiles, vel etiam in teſtamēto in ſcriptis, ſi teſtator neſciuit ſcribere. vt in .l. hac conſulti. ff. de teſt. vide diffuſius Hoſt. in ſumma, vbi inuenies quod in codicillis requiruntur quinque teſtes, & totidem in donatione cau. mortis.

Septem teſtes in teſtamentis quare.

Quarto agēdum eſt de teſtium citatione, & coactione. circa quorum conſiderationem notandum eſt, quod cum teſtis non poſſit proprio motu in iudicio, & maxime in criminalibus teſtificari, ſed oporteat quod ſiue a parte, ſiue a Iudice vocetur, vt Bal. in c. cum contra. de teſti. ideo volens teſtes producere (ait ſpec. §. qualiter. de teſt.) facias eos per iudicem vocari. quia ſi ſe ingerant, quodammodo ſunt ſuſpecti. ff. de procur. l. quæ omnia. C. de teſt. Auctén. niſi teſtis reperiatur tunc in iudicio, quia tunc citatio non eſt neceſſaria. Io. An. in c. fin. de elect. li. 6. Bar. in l. furioſo. de re iudi. Et rubr. ff. de in ius vocan. vel, ſecundum Præpoſitum. in c. ſi debitum. 3. q. 9. ex tranſitu audiat illud ſuper quo deponunt, vel ſi venit ad locum ob aliam cauſam. Et nota quod quando teſtium nomina nō poſſunt haberi, per edictum etiam ſub excommunicationis pœna poſſunt citari. Abb. in c. ad noſtram. de iureiur. & citatus nolens comparere poteſt excommunicari, ſuſpendi, & etiam deponi. Abb. in c. cū ſuper. de teſt. cog. imo cogetur per mulctæ indictionem. ff. ſi quis ius dicen. non obe. l. vnica. priuilegiati a teſtimonio reddendo non poſſunt cogi ad illud reddēdum, quando aliter teſtes haberi poſſunt, ſed cū aliter haberi 23

A parte, vel a iudice teſtis citari debet.

Cogi quando poſſint teſtes.

non

non poſſunt,cogi poſſunt.Abb.in c.cauſam.de teſt.cog.& q. ſe excuſare poſſunt a non ferendo teſtimonio,non coguntur, vt ſunt valetudinarij,ſenes,& alii.de quibus ſpec.de teſt.§.de teſtium compulſione loquitur.

24 In criminalibus autem ſecundum canones non ſunt teſtes cogendi, ſed admonendi. c.ex parte.de teſt. niſi in defectum probationum. Abb.in c.ven.de teſti.cog.ſed nota quod dicit Bal.in c.cum contra.de teſt.quod ſi ſibi magnum imminet periculum ne delicta remaneant impunita. Et nota quod in cauſa criminali teſtes debent remitti ad Iudicem cauſæ, etiã ſi ſint extra prouinciam, & ſic debet limitari.l. ſi quando.C. de teſt.quæ dicit quod extra prouinciam vocandi non ſunt. Abb.in c.conſtitutus.de fideiuſſ. Et in c.cum cauſam.de teſti.

25 In ciuilibus autẽ regulariter ſi ſe odio, gratia, timore, vel fauore ſubtraxerint, vt in c.1.de teſt.cog.& quãdoque etiam in criminalibus. Et iurare non debẽt teſtes in diebus feſtiuis, licet ad ponendum cogi poſſint.c. omnes dies. de feriis. Et ibi. Abb.

26 Teſtis qui teſtificatus eſt in vna cauſa, non compellitur teſtificari corã alio Iudice,niſi probationes deficiant.Et hoc ne incurrat in plures inimicitias. Abb.in c. cæterũ.de teſti.cog. Nota etiam, quod ſi quis iuramento ſe aſtringat ad non dicẽdum teſtimonium, quod poteſt cogi non obſtante tali iuramento,quia celare veritatem eſt peccatum. vt in c. quiſquis. 11.q.3. Et c.1.de cri.falſ.imo auctoritate propria talis poteſt venire.vt in c. noſtris. de iureiur. vide ſpec.de teſti.compulſione.Et nota quod teſtes eo ipſo quod ſunt nominati coguntur teſtificari,licet per alios veritas poſſit haberi,quia eo ipſo quod ſe ſubtrahunt,pręſumũtur quod odio,vel amore ſe ſubtrahant, niſi cauſa ſit criminalis,quia tunc non ſunt cogendi, niſi appareat quod ſimus in caſu in quo poſſint in criminali cõpelli c.peruenit.2.de teſt.cog.niſi ſint priuilegiati,qui tunc non compelluntur,niſi quando veritas aliter haberi non poteſt,vt glo.in c.ſtatutum.2.q.6.Et Io.An.in c.1.de teſt.cog.Et Præpoſitus in di.c.ſtatutum.

Quando bis teſtificari cogatur teſtis.

Quinto dicendum eſt de teſtium approbatione, ſeu reprobatione, circa quod ſciendum eſt, quod omnes qui non reprobantur, vel videntur reprobari, videntur approbari. 72

Qui reprobari debent teſtes. Et primo reprobantur qui ſine iuramento deponunt, non ſolum quando nullo modo iurarunt, ſed etiam quando iurāt ſuper certo articulo, & deponunt extrà illum, & illis ſeptem modis quos ponit Abb. in c. teſtimonium. de teſt. in cauſa criminali, & tribus in cauſa ciuili.

In crimine pſeuerans. Primus illorum ſeptem eſt, ſi quis perſeuerat in crimine. hinc infertur quod clericus concubinarius non poteſt eſſe teſtis etiam in ciuili, cum in illo concubinatus ſit graue crimen c. nullus. diſt. 32. & c. præterea, & c. accepimus, de æta. & qualit. ordi.

Infamis. Secundus caſus eſt, ſi eſt infamis infamia iuris.

Et nota, quod teſtes infames, & inhabiles admittuntur in cauſa hæreſis vt in c. in fidei fauorē cum triplici declaratione.

Prima eſt, vt admittantur ad indicia tantum, non autem ad condemnationem, vt patet ex notatis per Iaſon. in le. prima in ſecunda lectura. nu. 51. & 53. C. de Sum. Tri. et fi. ca.

Secunda eſt, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex teſtiū qualitate, & aliis circunſtantiis de falſo non ſint ſuſpecti.

Tertia eſt, vt admittantur non obſtante eorum infamia, & inhabilitate, remotis exceptionibus quæ competebant contra eorum perſonas, ſed contra eorum dicta poteſt opponi omnis exceptio quæ de iure competit contra alios teſtes, & propterea ſi ſunt, vt puta, contrarii ſibi ipſis, & aliis conteſtibus, non probant l. eos. vbi Bar. & alii ff. ad l. Cornel. de falſis, cum aliis vulgaribus. Alias ſequeretur abſurdiſſimus intellectus, vt magis crederetur teſti inhabili, & infami quam teſti integræ vitæ, cui contrarietatis, & vacillationis obſtaret exceptio, & retento hoc abſurdo intellectu non obſtaret teſti infami. & conſequenter melioris conditionis eſſent infames quā viri probi contra argumenta l. Non ſolum ff. de Noxa action.

Periurus. Tertius caſus eſt, ſi eſt periurus. an autem procedat in trāſ

greſſione

greſſiõe cuiuslibet iuraméti maxime temerarii dicetur infra.

Quartus caſus eſt, ſi alias inſtituta accuſatione contra eũ fuit de crimine cõuictus, licet nunc ſit emẽdatus, nõ enim pro deſt adhoc ꝙ admittatur ĩ cauſa criminali criminaliter mota. *De crimine conuictus.*

Quintus caſus eſt, ſi fuit alias de crimine confeſſus in iudicio, non ſufficit emendatio. *Non emendatus.*

Sextus caſus eſt, ſi poteſt modo per exceptionem conuinci. intellige, quod alias commiſit crimen. Nam ſi poſſet conuinci, quod hodie perſeuerat, idem eſſet in ciuili, ſupra in principio. debet ergo ſic intelligi, vt ponat ſpeciale cum criminaliter agitur, & idem Inno. & Io. And. ſicut ſecundum eos repelleretur confirmatus conſecrationem petens. de quo in c. dudum. 2. de elect. & c. ſuper his. de accuſ.

Septimus caſus eſt, ſi ſit grauata eius opinio pro eo, quod tali modo, ſcilicet per viã exceptionis, fuit quãdoq; repulſus. *Alias repulſus.*

28 Caſus vero in quibus teſtes in ciuili repelluntur, vel cum de crimine ciuiliter agitur, ſunt hi. *In ciuilibus.*

Primus ſi perſeuerat in crimine. Secundus ſi eſt infamis. Tertius ſi eſt periurus. Adde tu, quod teſtis repellitur ſi fuit conuictus de crimine contra illum excepto, licet de illo crimine non puniatur c. 1. de except. Et nota etiam, quod per confeſſionem delicti factam in vno iudicio etiam criminali, teſtis repellitur in alio iudicio in teſtificando. Imo confeſſio, & acta facta coram arbitro faciunt fidem coram iudice. Secus de factis coram arbitratore. Abb. in c. præſentata. de iudi. Et nota quod teſtis in vno falſus, in omnibus repellitur. Innoc. in c. fraternitatis. de hære. glo. in c. ſi ad ſacras. di. 9. ſpec. de teſt. Et aduerte quod teſtis deponens ſuper negatiua præſumitur falſus, & periurus, maxime ſi negatiua ſit improbabilis. Abb. in c. cum eccleſia. de ca. poſſeſſ. & propr. ſimiliter teſtis ſupprimens veritatem accuſatur de falſo, ſicut ſi falſum dixiſſet. c. 1. de crim. falſ. Præpoſ. in c. presbyter. 1. q. 6. Suſpectus autem habetur teſtis etiam ſi deponat bonam cauſam dicti ſui, & iudici videatur quod dicat falſum, & hoc debet poni in actis. vt Bar. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. *Veritatẽ ſupprimens.*

Cohabitans. Suſpectum etiã reddit cohabitatio. Bal. in l. parẽtes. c. de teſti. Barba. in conſ. 3. 3. partis. propter hoc qui ſunt de familia, ſeu domeſtici ideſt quibus poteſt dñs imperare repellũtur a teſtificatione producentis. Abb. in c. in literas. de teſt. 29

Non reddẽs rationem dicti ſui. Suſpectus eſt etiam teſtis non reddens rationem, ſeu cauſam dicti ſui interrogatus, vel non, & hic quando repellatur, vide Abb. in c. venerabili. de teſt. Et nota quod iudex de cauſa interrogationem omittens tenetur ad interreſſe. Abb. vbi ſupra. 30

Nimium deponens. Nota etiam quod teſtis deponens vltra id de quo interrogatur, non valet eius teſtimonium, quia ſuſpectum ſe reddit. Inno. in c. Inquiſitionis. de accuſa. 31

Habilis inhabilis factus. Teſtis habilis tempore iuramenti, ſed effectus inhabilis tẽpore depoſitionis, non admittitur ſi crimen eſt notorium, ſecus ſi occultum. c. talia. 8. q. 3. ſpec. de teſt. §. opponitur. Præpoſitus in c. conſtitutus. 7. q. 8. 32

Teſtes quando aliqui deponunt de tempore, aliqui dicunt ſe non recordari, arbitrio Iudicis relinquitur, maxime ſi omnes eadem dicunt, Io. An. in c. ex tenore. de teſt. niſi tempus ſit de ſubſtantia articuli deducti in iudicio. Præpoſ. in c. nihilominus. 3. q. 9. ſecus de loco qui ſemper eſt neceſſarius. Idem Præpoſ. in c. ne his. 3. q. 9. 33

Se corruptũ aſſerens. Teſti qui poſt depoſitionem dicit ſe corruptum fuiſſe non creditur, quia allegat turpitudinem ſuam, & merito non eſt ei credendum, vt in c. 1. de confeſſis. Abb. in c. ſicut nobis. de teſt. imo puniri debet, quia crimen eſt contingens cauſam de qua agitur in iudicio. Similiter repellitur teſtis ſcriptum teſtimonium ſuum iudici tradens, quia Iudex debet conſiderare vocum ſubſtantiam, & trepidationem, cæteraque accidentia ff. de quæſtio. l. de minoris. §. 2. & c. relatum. 5. q. 2. 34

Aliter reſpõdens quam dixerat. Teſtis qui ſemel eſt inductus ſuper eodem, ſecundo inducitur, & dicit ſe non recordari qualiter primo depoſuerit, ſed non deponit, vt alias depoſuit, non aliter exprimendo, valet teſtimonium. Si vero variat, non ſtatur primis nec ſecundis atteſtationibus ff. de teſt. l. qui falſa. Similiter producẽs teſtes 35

ſiue

ſiue principalis, ſiue ſecundarius non poteſt illos reprobare, ex quo ſemel illos approbauit c. ſi quis teſtibus. 4.q.3.Abb.in c.de teſtibus.de teſt.

36 Teſtimonium de auditu alieno non probat niſi in parentela, & antiquitatibus, Præpoſ.in c.ne his.3.q.9. centum annos videlicet excedētibus.Abb.in c.licet ex quodam. de teſt. ſimiliter ad improbandam conſuetudinem, ſecus de auditu proprio cum fama iuncto.Abb.in c. ex literis.de teſt. imo qui audit aliquem loquentem, licet nō viderit, plene deponit præterquam in teſtamento.Abb.in eodem c. ex literis. *De auditu alieno.*

37 Teſtes qui ex tranſitu audiunt illud ſuper quo deponunt, vel ſi veniunt ad locum ob aliam cauſam, & aliter non rogantur, non dicuntur rogati.Præpoſ.in c.ſi debitum.3.q.9.

38 Teſtis vnus vni ſi cōtradicat, vtriuſque dictum annullatur, ſecundum Vincentium, niſi alter dignior ac melior eſſet. ita quod prouocat Iudicem ad iuſiurandum deferendum. C.de re.cre.l.in bonæ fidei.Et hoc nota pro intellectu c. fin.de iure iur. Similiter ſi plures pluribus ita quod ſint ęquales, arbitrio Iudicis relinquuntur, qui conſiderabit teſtium qualitates, & ad benigniorem partem inclinabit.Abb. in c.in noſtra.de teſt. Et idem Abb.in c.licet.de proba.alleg.l.3.ff.de teſt.dicit ꝙ data paritate teſtium dicentium contrarium, plus creditur illis quorum dicta conſonant iuri.Et nota quod teſtibus affirmantibus magis creditur, quam negantibus.l. diem.§. ſi plures, & ibi Bar. & Doctores.ff.de ar. Bald. in l.1.q.5.C.de teſt. vbi dicit rationem eſſe, quia cauſa affirmatiua credibilior eſt. ſpec. de proba.§.1.imo etiam vni affirmanti magis creditur, quam duobus negantibus.Bar.in l.1. ver. vlterius.ff.de ven. inſpi. niſi negantes aſſerant negatiuam per ſenſum, vt quod Titius non eſt viuus quia viderunt eum mortuum, tūc ſtatur maiori, & digniori numero vbi ſupra.Et nota ex Zaſio ſingul. l.2.c.6.quod teſtes producti ſuper factum tale, quod ſolo ſenſu ſine aliquo diſcurſu rationis percipi poterat, ſi fide digni ſunt faciunt fidem.ſi autem tale factum non ſolo ſenſu, ſed & aliqua intellectus diſcurſione percipi neceſſe eſt, non creditur

ditur ſine cauſa ſcientiæ, etiam ſi interfuiſſe non dubitetur.

Clerici contra laicos, neque laici contra clericos in teſtes 39
non admittuntur quando de crimine criminaliter agitur, niſi
in exceptis criminibus in quibus laici contra clericos in defe
ctum teſtium admittuntur. Clerici tamen quando agitur de
pœna ſanguinis contra laicos, non admittuntur. Abb. in c. de
cætero. de teſt.

Teſtes namque alias non admittendi quandoque admittũ 40
tur propter difficultatem probandi. Abb. in c. ſuper eo. de his
quæ vi. met. ca. ſi. & etiam propter qualitatem perſonæ, vt in
c. ſi teſtes. 4. q. 3. & in iſtis admitterentur vt teſtes inhabiles, ſi
aliqua qualitate iuuarentur perſonæ teſtium per quam tolle-
rentur præſumptiones. Puta licet ſit frater qui deponit pro
fratre, eſt tamen vir magnæ auctoritatis, puta religioſus bonæ
vitæ. Imol. in c. inſinuare. Et in c. cum R. canonicus. de off. de-
leg. Et in c. de preſentium. 16. q. 1. Abb. in c. ad audientiam. de
præſcrip. Præpoſ. in c. quod uero. 3. q. v. Bal. in c. 2. de iudi. imo
teſtis alias indignus ratione dignitatis agentium admittitur,
ſicut infidelis contra infidelem pro fideli. C. ſi hæreticus. 2. q.
7. ibi præpoſ.

Et nota etiam quod teſtis alias criminoſus poſt per actam 41
pænitentiam dicitur innocens. Abb. in c. 1. de except. licet ſu
per illo remaneat neſcio quid ſuſpicionis, quia nunquam prę
ſumitur eſſe qui vel talis qualis prius fuit.

Teſtes ſuper peritia artis producti poſſunt tanquam crimi 42
noſi repelli, quia non ſolum peritia, ſed etiam honeſtas re-
quiritur in teſte. Abb. in c. cauſam. de proba.

Teſtis productionem tria poſſunt impedire, videlicet ſuf- 43
ficiens numerus teſtium, teſtium renunciatio, & atteſtatio-
num publicatio. C. de teſtibus, de teſt. Abb. ibi.

Teſtes reprobatorios reprobatoriorum reprobare non li- 44
cet. c. licet dilectus. de teſt. Abb. ibi. ſcilicet tam perſonas te-
ſtium, quam contra vel circa dicta eorum.

Teſtimonium credulitatis admittitur quando non poteſt 45
haberi certa, & determinata notitia. in c. ex parte. de ſcrut.
in ord.

in ord. ſi. Abb. ibi.quando ſcilicet talis credulitas eſt propinqua ſenſui . vt in c . quotiens . de teſt .

46 Teſtis, & denunciator, non autem teſtis,& accuſator quis poteſt eſſe,glo.in rubr. 4. q. 4. Abb. in c. præterea.de teſt.

Sexto dicendum eſt de teſtium examinatione,quod in tres partes diuidimus,videlicet quomodo, quando, & quotiens .

Iurare debet.

Et primo notandum eſt quod teſtis examinandus ante omnia iurare debet de dicenda veritate, quia teſtis non iurati teſtimonium non valet. l. iurandum . c . de teſt . Et non ſolum quando nullo modo iurauit, ſed etiam quando iurauit ſuper certo articulo, & depoſuit extra illum.Abb. in c. de teſtibus. de teſt. Imo teſtis nolens iurare repellitur quantumcunque religioſus. vt dicit Hoſt. in ſumma. qui teſt.requir. in accuſ. mat. quodquidem verum eſt,

Clericus quomodo iurare debet.

ſed clericus productus coram iudice laico debet iurare coram iudice clerico. Abb. in cap. ſi qui teſtium . de teſt .

De validitate non tamẽ de ſubſtantia.

Aduerte tamen quod licet iuramentum ſit de validitate teſtimonii ex diſpoſitione iuris,non eſt tamẽ de ſubſtantia falſi teſtimonii, quia teſtis deponens falſum licet non iuratus punitur de falſo,ac ſi iuraſſet. Bar. in l. ſi quis .ff.de falſ.Et ſi quis ſimiliter ex obliuione non iurauerit,depoſuit tamen falſum, punitur ac ſi teſtimonium valeret, ex quo depoſuit in forma teſtimonii, vt plene probat, & concludit Io. And. in reg. non eſt ſine culpa. de reg.iur. li.6. in mercur. & Bar. poſt Rich. in l. ſi quis legitimum.ff. de falſ. Abb. in c. de teſtibus. de teſt. Sed nota ipſius Abb.aliam declarationem in c. tuis quæſtionibus. de teſt. quod iuramentum non eſt de formali validitate teſtimonii, cum poſſit remitti a partibus, poſſet tamen dici contrarium per c. de teſtibus. de teſt. vbi dicitur quod non valet teſtimonium ſine iuramento .

Solemnitas formalis eſt iuramentum.

vnde dic quod eſt ſolemnitas formalis, & conſubſtantialis, ſed cõcernit fauorem partium principaliter, ideo poteſt a partibus remitti principaliter. Secus ſi concernat principaliter fauorem publicum. ar. l. nemo poteſt.ff de legi.& in c.vno.de lit. conteſt. Vnde autem conſurgat poteſtas hæc partibus,vt poſſint remittere hanc ſolennitatem iudicialem, reſpondetur,

quod ex eo quia quilibet poteſt renunciare iuri fauore ſuo introducto. c. Ad apoſtolicam de regular. Nam principaliter eſt introductum hoc in fauorem partium (vt iam diximus) Nam partes poſſunt conuenire vt ſtaretur verbo alterius dũtaxat. Et quia neceſſitas talis iuramenti ceſſat ex quo partes quarum fauore principaliter agitur remittunt. facit c. ſignificaſti. de elect. & per hoc puto conſenſum iudicis non neceſſarium, vbi cauſa mere eſt priuatiua.

Iurare ſecundo quando teneatur.

Et nota quod teſtis productus iterum ſuper eadem cauſa, 48
iterum debet iurare. c. fraternitatis. de teſt. etiam ſi iuraſſet de non teſtificando contra aliquem, vel de non reuelando ſecretum, ſi producitur in teſtem debet iurare, reuelare, & teſtificari. Abb. in c. intimauit. de teſt.

Super quo.

Quomodo autem, aut ſuper quid ſit iurandum, vide quæ ſupradiximus in ver. Iuramentum, & Hoſtienſem in ſumma. tit. de teſt.

Si autem quæratur quomodo poſt acceptum iuramentum 49
debeant examinari teſtes, dic quod ſigilatim, & de per ſe, & non plures ſimul examinandi ſunt. Abb. in c. cum cauſam. Et

Seperatim, & corã iudice.

Viua voce et non per ſcripturam.

c. venerabilis. de teſt. Et coram Iudice coram quo cauſa agitur ſi cauſa eſt criminalis, ſecus ſi ciuilis. Abb. vbi ſupra. & teſtis debet deponere viua voce, & non per ſcripturam, vt in l. 2. & 3. ff. de teſt. cõtra Bar. in l. Theopompus. ff. de do. preleg. Sed Abb. dicit opinionem Bar. ſibi nõ placere, quia textus in c. a nobis. de his qui matri. accuſ. poſſ. eſt in contrarium. vbi dicit quod tales conſcriptiones non ſufficiunt ad ſententiam. Et allegat etiam textum in c. teſtes. 3. q. 9. vbi dicitur, quod teſtis in præſentia debet deponere. Et ad l. Theopompus ſuper qua ſe fundat Bart. dicit quod ibi ille proprie non erat teſtis. Sed

Iudicis arbitrium.

loquitur in eo in cuius fidem teſtator elegerat. Attamen ſi iudici videbitur eius ſcripturam ab ipſo delatam ſuper depoſitione admittere, poterit c. de teſtibus. de teſt. & ibi Inno. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de re. cred. vide prædictum. in c. teſtes. 3. q. 9. textus tamẽ eſt clarus in c. relatum. 5. q. 2. vbi dicitur. Relatum eſt ad ſedem Apoſtolicam vos accuſationem fratrum per

ſcripta

ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore, quod deinceps in orbe terrarum fieri prohibemus, & quod imperfectum eſt abſque vlla retardatione corrigere curamus.

Quādo ſit iurandum.

50 Quando autem ſit iurandum, dic quod licet & ante, & poſt depoſitionem, vel reſponſionem teſtis poſſit iurare, melius tamen eſt, vt ante iuret. Abb. in c. de teſtibus, de teſt.

Suam turpitudinem tegere quilibet tenetur.

Voluntas coacta præualet.

51 Accepto igitur iuramento teſtis tenetur reſpōdere de omnibus quæ ſuam turpitudinem non detegunt, ſecus de paupertate. Io. An. poſt Guil. de Suzaria in addi. ad ſpec. Abb. in c. cū cauſam. de teſti. Et nota quod deponentes de volūtate coacta præponuntur teſtibus deponentibus de voluntate libera, etiā ſi coacti numero ſint pauciores. Inno. in c. ſuper hoc. de renū. Barba. in conſ. 54. ſecundę partis. Et teſtium verba debent intelligi ſecundum communem modum intelligendi, & vſum interpretari. Inno. in c. cū clamor. de teſt. Decius in c. tranſlato. de conſt. ſi autē teſtis iuſſus a Iudice dicere taceat, vel obſcure ſiue contumaciter reſpondeat, vt ſupradictum eſt pro confeſſo habeatur. pract. Papien. in li. poſ. acto. ver. reſponderi. in addi. vide ibi allegationes. Si autem obſcure reſpōdeat, poterit iterum examinari. c. cum clamor. de teſt. & nota ꝙ teſtium obſcuritas in dictis ſuis non releuatur per confeſſionē, vel articulum a parte formatum, ſed per confeſſionem aduerſę partis bene releuatur. Et ex hoc nota quod vbi ad probandum vnum totum, vel quid certum inducuntur teſtes, nō eſt neceſſe quod teſtes deponant ſuper toto, ſed ſatis eſt quod ex dictis omnium teſtium, & partium confeſſione eliciatur id quod erat neceſſario probandū. Abb. in c. cum Iohannes. de fid. inſtru. Et ſi errauerit teſtis in dicto ſuo, ſed incontinenti antequam loquatur partibus, vel antequam exeat conſpectū Iudicis ſecundum Abb. in c. cæterum. de teſt. cog. correxerit ipſum dictum, non teneatur dicere de errore ſuo. ſi autem teſtis non recordatur de die, menſe, & anno, propter hoc teſtimonium non vitiatur. Abb. in c. cum cauſam. de teſt. niſi interrogatus de tempore varie reſpondeat, vel niſi inducatur ad probandum tempus, & dicat ſe non recordari. Abb. in c. cum

Obſcuritas.

Errorem ſuū corrigere qn̄ teneatur.

Tempus non vitiat.

Io.vt ſupra niſi(vt iam diximus) tēpus eſſet de ſubſtantia cauſæ de qua agitur in iudicio. Inno. in c. qualiter, & quando. de accuſat.

Diſcordia de loco, & tempore.

Teſtium autem diſcordia de loco, & tempore in actu itera bili poteſt reduci ad concordiam, ſecus autem de non iterabili. Abb. in c. cum cauſam. de teſt. Et nota quod teſtium cōcordia non eſt fienda, niſi cum ſunt in pari numero. Inno. in c. cū contingat. de off. deleg. Bar. & Bal. in l. 2. §. 1. ff. ſi certū pet. teſtes nanque cum ſunt pares ad concordiā ſi poſſibile eſt ſunt reducēdi. Si autem hoc impoſſibile fuerit, recurrat iudex primo ad auctoritatem, ſecundo ad veriſimiliora dictorum, tertio ad multitudinem. Si autem non æquales fuerint, tunc ꝓ reo ferenda eſt ſententia, niſi in exceptis criminibus, & caſibus. Et ſi neuter eſt reus diuidat iudex, vel gratificet cui voluerit, ſi res eſt indiuiſibilis, vel diuiſibilis, aut ſorte diuidat. Abb. vbi ſupra. 52

Dicti ſui rationem reddere tenetur.

Teſtis etiam debet reddere rationem dicti ſui per illū ſenſum, per quem recepit illud ſuper quo teſtificatur. Inno. in c. cum cauſam. de teſt. quia non poteſt teſtificari niſi de geſtis in eius præſentia. & ſi de vtroque ſenſu percipit ſufficit, per alterum illorum deponere. c. Ad noſtram. de cōſuet. vel ſufficit deponere de pręſentia ſua abſque quod dicat de aliquo ſenſu corporeo. vt in c. vt circa lib. de elect. li. 6. Bart. in l. 1. ff. de auct. tut. & in c. perueniat. 2. de teſt. cog. & ibi Inno. 53

Nota quod teſtis ſecundo inductus ſuper eodem ad alium effectum poteſt dicere. Ego dico illa eadem quæ dixi in prima depoſitione. & hoc cautum eſt, ſed contrarium tenet Bar. in l. eos. ff. de falſ. vbi dicit quod iudice acquieſcente valebit tale teſtimonium, ſed iudex poteſt non admittere, vt audiat teſtem, & videat qua conſtantia, ſeu trepidatione loquatur, & tunc conſulit teſti vt faciat ſibi exhibere primam depoſitionem, vt habeat. vel ſi non poteſt habere, proteſtetur in fine depoſitionis quod tunc melius recordabatur, & ſic per hanc relationem euitabit vitium contradictionis. Inno. in c. cum venerabilis. de except. Abb. in c. cum in tua. de teſt. 54

Cautela ad cōtradictionem vitandam.

Teſtis

55 Teſtis etiam qui deponit in vna cauſa ſuper vno articulo, in alia cauſa dicat, ſecundum Bar. dico id quod alias dixi. Facit textus.c. cum in tua.de teſt. Bar. in l. eos.ff. de fal. & hoc eſt ad arbitrium iudicis tale teſtimonium admittere, ſicut teſtator teſtamentum quod ante fecit inualidum, poteſt confirmare ſine alia expreſſione verborum conceptorum in primo teſtamento.l.1.§. cum exhibuiſſet.C.de publ. iudi.

56 Teſtis qui eſt inductus ſi ſuper eodem ſecũdo inducitur, & dicit ſe non recordari qualiter primo depoſuerit, ſed non deponit vt alias depoſuit non aliter exprimendo, valet teſtimonium.ſi vero variat, non ſtatur primis, nec ſecundis atteſtationibus (vt iam ſupra diximus) l. qui falſa.ff. de teſt.

57 Et nota ſecundum Zaſium ſingul. li. 1. c. 6. quod teſtibus productis ſuper factum tale quod nõ ſolo ſenſu, ſed etiam aliqua intellectus diſcurſione percipi neceſſe eſt, non creditur ſine cauſa ſcientiæ, etiam ſi interſuiſſe non dubitetur. Similiter dicimus, quod teſtes non tantum in ſubſtantia, ſed etiam in cortice verborum debent concordari. glo. in c. cum eccleſia ſubtrina. de cau. poſſeſ. & in c. dudum. de conuer.coniug. maxime teſtificantes ſuper verbis formalibus. Butrius in cap. Nihil. de ver. ſig. Barb. conſ. 3. 2. partis. *Etiam in cortice verborũ debẽt concordare.*

58 Teſtes propter nimiam diſſimilitudinem dicũtur variare, & propter eundem ſermonem dicuntur ſubornati, id tamen iudicis relinquitur arbitrio, an eis ſcilicet credatur. Bar.in l. cordi.C. de Sum. Tri. & fi. ca. *Similitudo & diſſimilitudo nimia, quid faciat.*

59 Teſtimonium de credulitate admittitur, vbi admittitur teſtimonium de auditu, & valet vbi credulitas eſt proxima ſenſui per quem percipitur veritas.vt videns nudum cum nuda credit obſcœna. Abb. in c. quotiens. de teſti. *De credulitate.*

60 Teſtis de auditu proprio probat, ſcilicet facit indicium, ſecus de auditu alieno. Abb. in c. ex literis. de teſt.

61 Nota etiam quod quando de periculo animę agitur, etiam poſt concluſionem cauſæ poſſunt teſtes recipi. Card. in cap. ad petitionem. de appell. & allegat id quod habetur in c. cũ Iohannes. de fi.inſtrum. quomodo autem valeant dicta teſtiũ *Vbi periculũ animæ.*

in proceſſu

in proceſſu annullato. vide Bal. in conſ. 286. tertiæ partis.

De infamia deponens. Teſtis deponens de infamia alicuius debet etiam non interrogatus dicere a quibus audiuit. Inno. in c. cum oportuit. de accuſ. Barb. in conſ. 29. pri. partis. 62

Teſtis, Iudex, Aſſeſſor, & Aduocatus quis, & quomodo poſſit eſſe, vide Præpoſitum in c. ſtatuendum. 2. q. 6. videlicet non vt Iudex vel Aſſeſſor, ſed ad referendum, vide ibi. 63

Varius quis dicatur. Septimo videndum eſt de teſtium variatione, & vacillatione, de quibus cum ſpec. dicimus, quod varius quis dicitur cũ nulla cauſa aſſignata dicit contrarium eius quod primo dixerat. c. dilectus. de temp. ordi. Et cum quilibet conuictus de mãdacio poſſit torqueri. vt l. vnius facinoris. §. teſtis. ff. de quæſtioni. varius poteſt torqueri. Faciunt quę notantur in c. ſuper his. de pœnis. c. illi qui. 5. q. 6. Nam tales pręſumuntur quod veritatem quam nouerant velint celare, & quia non poſſunt cõmode, vacillant, & variant ad interrogatoria Iudicis reſpondendo. Secus ſi veritatem negarent in vna cõfeſſione, & poſt ducti pœnitentia in alia illam faterentur. tunc enim non reputantur varii, nec conſequenter tales quæſtionandi eſſent. c. accuſatus. de hære. li. 6. Et not. in c. literas. de præſumpt. vide Frãciſcum Brunum. de tortura, & infra in ver. tortura. 64

Et nota quod teſtium varietas attenditur in eadem inſtantia eodem momento. l. qui falſa, vel vana. ff. de teſt. & in ſubſtãtialibus. glo. in c. dudum. de conuer. cõiug. variatio autẽ in teſte groſſo, & imperito toleratur, maxime circa modũ. Barb. in conſ. 70. ſecundę partis, & in conſ. 29. primę partis. 65

Varietas in eadem inſtantia. Et nota etiam ſecundum Bar. in c. veniens. 2. de teſt. quod ſi teſtis vnum dicat in primo, & aliud in ſecundo iudicio, ſtandum eſt primo dicto. glo. tamen in di. c. veniens. dicit quod ſimpliciter non valet dictum ſuum. Idem tenet ſpec. de teſt. §. 1. ver. ſi quidem. Io. An. poſt Inno. in di. c. veniens dicit non valere ſecundum dictum. Bar. in di. l. eos. ff. de fal. ait ſi teſtis variat in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, ſtatur ſecundo dicto, ſi cum tormentis. ſi autem ſine tormentis, & in ſecundo dicit animo corrigendi, ſtatur ſecundo dicto quando exprimit cauſam

mit cauſam correctionis incontinenti,& hoc iudici videatur, alias ſi dicit diuerſa,punitur vt varians, & vacillans. Barb.in conſ. 29. 1. partis.

66 Teſtium fides etiam dicitur vacillare propter nimiam obſcuritatem,& diuerſitatem, in ſimilitudine tamen Iudex habet arbitrari ex cõiecturis, an teſtes videantur ſubornati propter vnum eundemque ſermonem præmeditatum cum parte. Bal. in l.1.C.de emenda.iuſt.Barb.in conſ.26.ſecundæ partis.Et nota quod ſi Iudex reperit teſtes vncillare ſeu trepidare, ita quod fides integra non ſit eis adhibenda ipſius iudicio ſecundum Inno.debet ſcribi facere ſecũdum ſuam ſanam extimationem,quanta ſit eis fides adhibenda.& niſi hoc apponatur, tale periculum poterit accidere, quod quamuis Iudex qui prius fuit in teſtium receptione,& nouit eos vacillare,bonam ſententiam ferat contra ipſorum teſtium dicta,tamẽ Iudex ſuperior qui ꝑ appellationem, vel alio modo cognoſcit, ferat ſententiam iniuſtam ſecundum dicta teſtium reuocãdo iuſtam ſententiam.& hoc quia vacillationem teſtium ignorabat.ar.in c.cum Io.de fi. inſtrum. ſubiungit circa hoc Inno. ꝙ hanc vacillationem ſeu variationem debet receptor teſtium facere deſcribi audiente ipſo teſte, vt ſic ſit illi contradicendi facultas.

Nimia obſcuritas.

Fides iudicis arbitrio quomodo ſit adhibenda.

67 Sed quæritur.Nunquid tabellio debet ſcribere hanc vacillationem ſi ipſam non deprehendit, & quãdo ſcilicet ſi immediate? Reſpondetur quod ſecundum Hoſt. debet incontinenti ſcribere,& ſi non in ipſius teſtis præſentia, ſaltem incontinenti poſt eius receſſum. Notarius enim, & ſi non viderit vacillationem, vel mutationem vultus &c. ad verbum Iudicis tamen variationem affirmantis debet ſcribere.Primo quia tabellio non habet auctoritatem in teſte recipiendo, ſed in ſcribendo tantum,Iudex autem habet auctoritatem examinandi etiam,& vinculandi ipſos teſtes.Secũdo quia Iudex ſuperior eſt,vnde magis tabellio iudici quam e contra credere debet. Tertio quia tabellio circa ſcripturam intentus non poteſt ita percipere titubationem, vel variationem faciei ſicut Iudex.

Vacillationẽ ſcribere debet tabellio.

licet

licet enim ipſe Iudex dictet ſemper, tamē poteſt, & debet oculos ad teſtem habere, illi ergo magis credendum qui veritatē nouit. C. videtur. qui matri. accuſ. poſſ. & facit ſecundū Hoſt. in ſumm. de teſt. §. quis poſſit eſſe teſtis. Poteſt tamen tabellio cum bona conſcientia ſecundum Inno. ſcribere, vt infra videlicet. Et Iudex mihi tabellioni dixit, vt ſcriberem quod teſtis vacillabat ſic, & ſic. Sed efficacior eſſet ſcriptura ſi adderet, & ſic mihi videtur, vel & ego vidi ſeu audiui dictam varietatem &c. Et debent quantum poſſunt, cum veritate tamen, exprimere vacillationem, & hoc diligenter notandum in practica. vide in c. præterea de teſt. cog. & ibi. Abb.

Quid de verbis teſtium ambiguis, vel diuerſis, An partes 68
poſſint declarare verba ipſa teſtium ꝑ eos productorum? Diſtingue hic cum Paulo de Caſtro, quia aut verba teſtium ſunt declaranda, & concordanda ad hoc, vt vitetur contrarietas, quatenus vitetur in eis crimen falſi, & tunc ſtatur declarationi producentis. Aut quo ad profectum producentis, vt in eo plenior probatio eluceſcat, & tunc non creditur producenti, imo verba remanent ambigua, & relinquitur probatio dubia per c. in præſentia. de proba. Hæc Zaſius. de verb. oblig. l. inter ſtip. §. ſacram.

Verba teſtiū quomodo ſint declaranda.

Puniuntur autem teſtes varii, & vacillantes pœna extraor 69
dinaria, videlicet eadem qua punitur qui falſum depoſuit. l. 1. ff. de ſicar. Alex. poſt Bar. ibi. Et l. presbyteri. C. de Epiſ. & cler. quando ſcilicet doloſe agit. In cauſa autem homicidi punitur pœna talionis. Bal. in l. 2. C. de re. cre. Per quem autem Iudicē puniatur dic quod per Iudicem coram quo teſtis depoſuit, ſiue ſit ordinarius etiam in ciuilibus. Bar. in l. penul. C. de proba. & glo. in l. ſi lis. & ibi Docto. C. de ſatiſ. ſiue ſit delegatus. Alexand. in l. 2. ff. de iur. omn. iud. Non tamen per arbitrum, vt plene probat pract. Papien. in ſumm. ver. falſitatis. de iur. teſt. ſpec. de recuſ. §. effectus. in tit. de teſt. §. 1. ver. ſed quid. Et nota quod teſtis falſum dicens in cauſa criminali punitur pœna talionis. tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi cer. pet.

Vacillatio quomodo puniatur.

Teſtis non reddens cauſam dicti ſui ſtudioſe, vel reddens 70
cauſam

cauſam non concludentem punitur pœna falſi, ſicut ſi deponeret tacita veritate. ex quo ſequitur quod teſtis qui dicit nō recordor, punitur quando certum eſt quod recordatur, ſecus ſi eſſet probabilis cauſa obliuionis. Nellus. de teſt. *Non reddēs cauſam dicti ſui.*

71 Teſtis ſi confiteatur crimen proprium contingens cauſam, ideſt fatetur ſe inuolutum in crimē de quo agitur, ſecundum Inno. punitur pœna ordinaria. ſi autem crimen non contingit cauſam, ſecundum eundem Inno. non imponitur pœna etiā extraordinaria, niſi aliter conſtet de eo quam per confeſſionem. Abb. in c. 1. de except. vide ibi. *Propriū crimen cauſam cōtingens faſſus.*

72 Octauo de teſtium propalatione dicimus, quod Iudex teſtibus iam productis, & examinatis ad inſtantiam partium renūciantium teſtium productioni, ſi ſibi videtur debet in præſentia partium ipſos teſtes cum eorum atteſtationibus publicare in iudicio publice per notarium, vel etiam ipſe legendo. quo facto dicat Iudex, Hæc ſunt tales atteſtationes, habeatis eas pro publicatis, vel, eas publico. & hoc totū redigatur in actis. de forma vide ſpec. in tit. de teſt. §. ſatis.

73 Si autem pars fuerit abſens per contumaciam, Iudex tamē publicabit, quia contumaces tunc habentur pro præſentibus, vt c. in nomine. de teſt. & C. de iudi. l. properandum. §. cum autem, & c. veritatis. de dol. & contum. *Contumaces pro præſentibus.*

74 Teſtium publicatio poteſt fieri per alium notarium. de mādato Iudicis, ſi alius ſcilicet ordinarius notarius ſit impeditus. Bal. in l. fin. ver. quæro. C. de re iudi. & nota quod teſtes non publicati etiam ſemiplene non probant. Bal. in l. ſolam C. de teſt. In criminibus tamen exceptis, maxime in crimine hæreſis, ſi propter potentiam perſonarum contra quos deponunt graue periculum imminere timetur in publicatione nominum productorum, tunc non fiat publicatio huiuſmodi. vt in c. fin. de hære. li. 6. ſed coram Epiſcopo, & Inquiſitore ac peritis ſuper negotio deliberandum eſt. c. fin. vbi ſupra. Potētia non tam generis, ſed & maliciæ intelligenda eſt. vide ſupra in ver. Potentia. Et nota quod Abb. in c. præterea. de ſpon. & matri. dicit quod vbi agitur de peccato vitando abſque magno *Suppreſſis nominibus.* *Vbi de peccato agitur.*

Dicto vnius creditur. incōmodo alterius,creditur dicto vnius etiam abſque publica
tione nominis, ſi ex cauſa timet prodire in publicum . Et idē
dicit Butrius ibidem.

Nota etiam ꝙ quando quis non audet alicui etiam in ciui- 75
libus mouere quęſtionem propter illius potentiam , quia ti-
met tamen ne moriantur teſtes, poteſt petere a iudice vt clā-
Ad futuram rei memoriã. deſtine recipiantur teſtium dicta ad futuram rei memoriam ,
vt notat Hoſt. in c. quoniam. vt lit. non cont. Abb.in c. Inno
mine domini. de teſt.

T I N I L A.

TInila facere, eſt ritus ſecundum quem illi qui prius fue- 1
runt Iudæi,& poſt Chriſtiani,& iterum poſt redeunt ad
iudaiſmum , & eſt talis.

Reiudaizandi forma. Nam ille qui debet reiudaizare requiritur, ſeu interroga- 2
tur ab vno ex præſentibus Iudæis cui ex officio incumbit , ſi
vult facere tinila in hæbreo , quod in latino ſignificat , ſi vult
facere balneationem , ſeu lotionem in aqua currente , vt Iu-
dæus reficiatur . Ille autem reſpondet, quod ſic . Et tunc ille
qui præeſt aliis Iudæis,eidem in hæbreo dicit, Ceſſuira,quod
eſt in latino dictum, reuertaris a ſtatu peccati . Et poſt hæc
ille exuitur totaliter,ac in aqua calida deſcendit.Tunc Iudęi
confricant illum ante, & retro cum arena,& maxime in fron
te, & in pectore , ac in manibus , & locis in quibus baptiſmū
ſeu ſanctum chriſma fuit poſitum . Poſtmodum ponunt eum
in aqua currente , & iubent illum facere immerſionem cum
capite in aqua tribus vicibus . Et poſt dictam immerſionem
ſubiungunt ſequentē orationem . Benedictus dominus Deus
rex cælorum , qui præcepiſti nobis ſanctificari ſuper aquam
iſtam, ſeu balneum,quod tinila vocatur . Quo facto ille egre
ditur de aqua , & induitur noua camiſia , & nouis brachis ,
& omnes Iudæi præſentes oſculātur eum,& imponitur ſibi no
men quod prius in hæbreo habuerat . Poſtmodum cogitur
legem Moyſi profiteri iterū , & abnegare baptiſmū, & fidem
Chriſti.Finaliter datur ei cartha,ſeu inſtrumētū teſtimoniale
ad alios Iudæos, vt ſic poſſint illū recipere,& de illo cōfidere.

TYRAN-

TYRANNVS.

1 Tyrannus quis dicatur, quid operetur tyrannorum timor, an geſta per tyrannum valeant, & an tyranni dominium poſſint præſcribere. Abb. in conſ. 61. Io. de Anan. in c. 1. de ſchiſmaticis. Et plene per Bar. in tract. de tyranno, Abb. in c. 1. de off. deleg. & in c. olim. de reſt. ſpol.

TORTVRA.

1 Tortura, ſiue quæſtio eſt inquiſitio veritatis per tormeta, & cordis dolorem. Nam nuda, & leuis territio abſque dolore cordis non dicitur proprie tortura, nec quæſtio. vt l. Item apud labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & l. 1. §. quæſtionem. ff. ad Sill. Ita diffiniunt Azo. in ſumma. de quæſtioni. Et Odof. in quodam ſuo tract. de quæſtioni. Et dicitur tortura a torqueo torques, & dicitur quæſtio, a quęro quęris. Nam per torturam, ſeu tormenta inquiritur rei veritas de qua agitur, videlicet deficientibus probationibus. A tormentis enim non eſt incipiendum. l. 1. ff. de quæſtioni. *Territio non eſt tortura.* *Tortura, & quæſtio vnde.*

2 Et nota quod circa hanc materiam quædam principaliter ſunt conſideranda. Et primo cum proceditur per viam accuſationis, & crimen eſt tale, quod ſi probaretur veniret irrogāda pœna vltra relegationem, citatur accuſatus, ac ſibi datur copia libelli ſumptibus ſui accuſatoris, & ſuper eo lis cōteſtatur, & datur terminus ad probandum, & fiunt articuli &c. *Accuſationis modus.*

3 Cum autem proceditur per viam Inquiſitionis, volens Iudex cautius agere ne ad fugam reum inſtruat, prius clam parte non citata debet accipere informationes, & ſi per illas videt indicia extare, tunc perſonaliter reum capi faciat, & ex tunc, ſi fama publica laborat contra reum, formabit capitula inquiſitionis. fama enim ſuccedit loco accuſatoris, & ſine ea regulariter non poſſet fieri inquiſitio. quod dic vt notat Decius in conſ. 189. Formatis deinde capitulis Iudex facit reum vocari, & citari ad recipiendum copiam capitulorum, quæ capitula ſunt loco articulorum in ciuilibus. Nam continere debent omnia crimina, quæ inquirendo probare intendit iudex ipſum ſingillatim ſuper vnoquoque cap. & eius reſpon- *Inquiſitionis via.* *Fama loco accuſationis ſuccedit.*

 ſionem

ſionem faciat per notarium actorum annotari in calce vnius cuiuſque capituli. Et illa reſpõſio habet vim litis conteſtatio nis. Deinde dat ſibi copiam capitulorum, & reſponſionum ſuarum, ad hoc vt poſſit formare ſuas exceptiones, & facere ſuas defenſiones, ſibi terminum aſſignando ad probãdum & ad defendendum, qui terminus eſt communis etiam curiæ in quirenti. Et infra illum terminum Iudex repetit teſtes parte citata, quia alias non faceret indicium, vt dicit Bar. in l. fin. ff. de quæſtioni. Et fabricato proceſſu, ſiue per accuſationem, ſi ue per Inquiſitionem Iudex facit citari reum ad publicationẽ ſicut fit in ciuilibus, & dat copiam proceſſus reo ſi illam vult, ſumptibus tñ ipſius rei, ad hoc vt poſſit conſulere aduocatũ, & facere allegationes, & diſputationes ad euacuãda indicia. Et ſi vult terminum ad repulſam reus, ſibi conceditur. Et facta publicatione ſuper repulſa, & admiſſis allegationibus rei, Iudex mature videt ſi ex probatis extant plane probationes, & condemnabit reum ſeruato iuris ordine ad pœnam legitimam ſine alia tortura. Nam mortaliter peccant Iudices aliunde habentes probationes, ſi torqueant reum. Io. An. & Iſern. Nam tortura (vt diximus) inuenta fuit ob defectum probationum ad veritatem inueſtigandam.

Repetitio teſtium neceſſaria.

Sine cauſa torquere.

Et ſi in negotio fidei ſupradictus ordo ab Inquiſitoribus ad plenum non ſeruetur, quia ſine ſtrepitu aduocatorum, & de plano licet eis procedere, c. ſtatuta. de hære. li. 6. placuit tamen nobis ad pleniorem agendorum notitiam, illum qui in criminalibus apud ſeculares ſeruatur ordinem hic inſerere. In foro namque Inquiſitionis hæreticæ prauitatis talis ordo ſeruatur, & eſt in vſu in omnibus locis vbi libere procedi poteſt, Quod ex fama, & præuiis indiciis citatur, vel ſi de rei fuga timeatur, capitur, & arreſtatur reus, deinde ſuper indiciis examinatur, eiuſque reſponſiones coram Iudice, & duobus teſtibus ad hoc vocatis per notarium officii in actis annotantur. Et tandem viſis, & conſideratis per Inquiſitorem eius reſponſionibus, vel confitetur errores ſuos, vel conuictus ſuccumbit teſtibus, & probationibus contra eum productis, & ſic condẽ 4

Stilus officij.

nabitur

nabitur ſecundum ſuperius dicta in ver.hæreticus.vel indicia euacuabit, & liberabitur, nō abſolute, ſed a pręſentium inſtātia, vt infra patebit.

5 Si vero indicia non ſunt ſufficientia ad condemnationem ſed ad torturam, tunc Iudex poterit reum tormētis ſupponere, & ipſum torquere ſufficienter & moderate, habita conſideratione ad complexionem robuſtiorem, & debiliorem ipſius rei, ita quod in aliquo membro detrimentum ſcilicet notabile non detur, vt dicit Andreas de Iſernia in tract. de tortura. *Rei complexio conſiderāda.*

6 Solēt hic cauti Iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, ne detur materia appellandi. Nam cum hæc ſit executio irreiterabilis, ligarentur manus Iudicis per ſolam appellationem ante inhibitionem. Sed ducto reo in pede tonduli cum incipit ligari ſolēt interponere decretum de torquendo, & eo interpoſito immediate torquetur. Qui reus ſi confitetur in tortura, Iudex antequam condemnet debet illā confeſſionem ratificari facere extra tormenta, & poſt vigeſimam horam a tortura, puta die ſequenti, & coram Iudice extra carceres, & loca tormentorum, ſecundum Bar. in c. qualiter, & quādo 2. de accuſa. Et l. 2. C. de cuſto. reo. Et nota quod quædam eſt tortura quæ fit de ſcientia ſeu conſcientia legis, & iſta non viciat. quædam autem eſt quæ fit de facto, & ſine conſcientia legis, & iſta viciat, niſi ſponte perſeueret. hæc Bal. in di. l. 2. C. de cuſto. reo. Aut ergo præcedunt indicia, & confeſſio valet. aut non præcedunt indicia, & non valet confeſſio nec tenetur perſeuerare reus. Oportet enim ſecundum Bar. q̧ ille qui fuit confeſſus in tormentis reducatur in loco publico iudicii, & ibi coram teſtibus, & notario confiteatur ſeu ratificet confeſſionem in tormentis factam. Sed nota ex Claudio Zaneto. in margine pract. Papien. quod confeſſio ratificata poſt tormenta ne videatur facta metu tormentorum debet ratificari per vnum diem naturalem poſt tormenta, alias diceretur facta metu tormentorum per ea quę voluerūt. Bar. & Doctores in l. 1. §. diuus. ff de quæſtioni. & Angel. in l. 2. C. de cuſto. reo. Et plenius Alex. in conſ. 99. 3. partis.

Iudicis cautela in torquendo reum.

Ratificatio extra tormenta per diem naturalem.

Confeſſio ſine præuijs indicijs nulla.

De con

Solemnis aduocatorũ diſputatio.

De conſuetudine autem obſeruatur quod prius fiat ſolen- 7
nis aduocatorum,& doctorum diſputatio coram Iudice, ſcili
cet Inquiſitore, vel eius Vicario ſuper hoc,an ſit torquendus.
vbi aduocatus poterit admitti,vt pro reo alleget,vt l.ſi poſtu
lauerit.§.quæſtioni.ff.de adulteris.Et per glo.l. legis virtus.ff.
de legi.ſed ipſi quæſtioni,& examini non eſt admittendus.Ita
tenet glo.in Aucten de teſti.§.quia vero.glo. ſuper ver.aduo-
catus.glo.videtur idem velle in l.2. C. de iura. calumn.Ita de-
terminat Bar.in l.cuſtodias.ff.de cuſtodia .ff. de publi.iudi.&
in l.legis virtus. Et propter grauitatem iudicii eſt introductũ

Inquiſitor,& Epiſcopus ſimul.

quod in cauſa fidei nec Inquiſitor ſine Epiſcopo, nec Epiſco-
pus ſine Inquiſitore ad ipſius rei torturam procedat, ſed am-
bo ſimul,vt eſt tex.in clem.1.de hære. Et hoc ſi ſui adinuicem

Spacium octo dierum.

copiam habere valeant infra ſpacium octo dierum poſtquam
ſe requiſiuerint, vt ibi. vbi ſecundum Zabar. nota. quod hoc
tempus octo dierum incipit currere a tempore factæ notitiæ,
& requiſitionis,quod bene probatur per literam.ibi.poſtquã
ſe requiſierint.facit c.Pia cõſideratione.de except.li. 6.& glo.
in ver.computatio,& de decim.Clem.1. & quod ibi not. cum
glo. Quod ſi Inquiſitor non poteſt habere copiam Epiſcopi,
vt quia eſt a remotis, vel e conuerſo Epiſcopus non poteſt ha
bere copiam Inquiſitoris,quod eorum alter procedere ſine al
tero libere poteſt.Idem Zabar. ibi in ver. poſtquam ſe requi-
ſierint, a contrario,quod nota. Confirmat Io. de Imol. in di.

In commoditas quid faciat.

clem.1.Ad hoc facit glo.optima in ver.commode.c.fin.de ſe-
pult.li.6.quæ dicit ratione incommoditatis id permittitur,ꝙ
alias non permitteretur.

Epiſcopus venire recuſãs.

Si autem Epiſcopus,vel eius Vicarius ab Inquiſitore requi 8
ſitus venire noluerit infra octo dies,vel venire neglexerit,tũc
Inquiſitor ſolus procedet ad torturam, & ad ea omnia de qui
bus in di.Clem.1.vt dicit idem Zabar.ibidem.Nam tunc con
ſolidatur tota poteſtas in Inquiſitore,vt Abb. in c.cum cauſa.
de off.deleg.quod ſi Epiſcopus,vel eius Vicarius venerit infra
octo dies, ſed cum Inquiſitore conuenire non poterit in tor-
quendo reum,quia vnus dicit reum eſſe torquendũ alter non

torquendum

torquendum, dicit idem Card. Zabar. vbi ſupra. quod ſi diſcordant ratione proceſſuum quia ſunt varii, quia Epiſcopus procedēdo contra vnam perſonam fecit vnum proceſſum varium ab illo quem fecit inquiſitor contra eandem perſonam, tunc ſtandum eſt notario, in c. in præſentia. de teſt. Si autē diſcordant propter iuris imperitiam, tunc conſulant peritos. Argumentum c. quoniam. de vi. & hone. cler. & c. ſtatutum. de reſcript. §. Aſſeſſorem.

9 Sed pone quod Epiſcopus, vel eius vicarius non vult conſentire niſi videat proceſſum, ſeu indicia ſuper quibus ferenda eſt ſententia torturæ, ſeu tortura, nunquid Inquiſitor tenebitur communicare proceſſum, & ipſa indicia, vt ipſe Epiſcopus, vel eius vicarius poſſit deliberare ſuper ipſis? Dic quod quum inquiſitor non poſſit procedere ad torturam, neque ad ſententiam, neque ad duriorem carcerem penalem ſine Epiſcopo, vel eius Vicario vtpatet in Clem. pri. de hære. ideo dignum, & iuſtum eſt, vt in his tribus caſibus adinuicem proceſſum communicent, & indicia ſimiliter. Irrationabile quidem videtur, ꝙ vnus alteri conſentiat ad torquendum, vel condemnandum, niſi prius videat, an debeat torqueri, vel condemnari. Quod ſi poſtea etiam Inquiſitor, & Epiſcopus diſcordauerint, conſulant ſedem Apoſtolicam.

Apoſtolica ſedes conſulēda.

10 Et nota quod ſufficit, quod Inquiſitor ſemel Epiſcopum requirat. vt in glo. in ver. requiſierint. in di. Clem. pri. de hære. & ibi Zabar. Et ſufficit quod hæc requiſitio fiat per nuncium, vel per epiſtolam. Facit. di. 18. c. ſi Epiſcopus. Confir. Zabar. vbi ſupra. Nec eſt neceſſe in tali requiſitione exprimere terminum. vt idem Zabar. ibi. Et ſecundum glo. in ver. requiſierint, Io. de Imol. vbi ſupra.

Requirendi Epiſcopū modus.

Et nota, quod ſi alter ſine altero ad torturam procederet nō expectato prius alterius cōſenſu, vel diſſenſu, totum eſſet irritum, & inane, atque ipſo iure nullū, vt dicit textus ipſius Clem. pri. & ibi Zabar. & poterit appellari, vt in glo. di. Clem. in ver. ipſo iure.

11 Nota etiam ex additionibus. D. Ludouici Bolognini.

Et primo

Et primo quod quando fit Inquiſitio ad eruendam veritatem per torturam,& corporis dolores,proprie dicitur tormẽtum ſiue quæſtio. licet etiam poſſit dici tormentum quaſi torquens mentem,a torqueo torques. ita reperitur dixiſſe Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. plus dicimus, quod

Cibi ſubtractio.

etiam denegatio cibi dicitur ſpecies torturæ ſcilicet in carcere,vt in.§ quæſtionem.l. 1.ff. ad ſylan. & ibi glo. & ideo male faciunt iudices denegantes alimenta carceratis qui non poſſunt torqueri,ſecundum Bal.in l. 1.§.Diuus.ff. de quęſtioni.Et Angel.in tract.malef.in ver.forma publica. Et ideo requiruntur corporis,& mentis dolores.Quod ſi Iudex fecit quem ſpoliari vt torturæ illum ſupponeret,ſi confiteretur crimen nõ diceretur confeſſio extorta metu tormentorum, ſecundum Nicol.de Neapoli.in l.nouiſſimo.ff.de falſ.tut. auct. Salic. tamen in hoc vltimo tenet contrarium in l.2. C. de cuſto. reo. Idem tenet Boſſius in pract.tit.de tortu.& certe melius.Nam ſi denegatio cibi inducit ſpeciem torturæ, idem in ſubiecto torturæ, & iam ſpoliato vt torqueatur, ineſſe videtur.l. 1.§.impuberis .ff.ad ſyl.& eſt glo.quam commendat ibi Bal.in l.fi. C. ad ſyl. & Bar.in l.ex libero.§.ex minore.ff. de quæſtioni. Ad idem facit,quia ſi filius torquetur prout torqueri debet ante patrem, vel coram patre, pater dicitur torqueri, vel quaſi tortus.l.ad veteres.ff.de noxa, & tamen corpus eius non torquetur. Præterea ductus ſolum ad locum torturæ ſi confiteatur dicitur confeſſus in tormentis l.2. C. de quo.appell. in ver. ſi fortitudine tormentorum.

Spoliatus, vt torturæ ſupponatur.

Pater in filio torquetur.

Et nota ſecundum Felinum in c.afferte.de præſumpt.quod ſicut confeſſio,ſeu litis renunciatio facta metu tormentorum non nocet l. 1.c.de quæſtioni. ita confeſſio metu torquendi filii.vnde parentes aliquando magis terrentur in filiis quam in ſeipſis. l. iſti quidem .ff.quod metus cauſa. Et nota quod licet tortus perſeueret negando, & nõ confiteatur,ſi eſt probatum crimen per teſtes debet condemnari,dummodo ſit plene probatum, ſi autem ſecus. ſed tortus tantum ex indiciis præuiis, tunc dic quod non eſt licita repetitio in tortura, niſi quando 12

Repetitio illicita.

non fuit

non fuit vti debebat tortus. Quod duobus modis poteſt contingere, vel conſiderata magnitudine indiciorum ſuper quibus fuit tortus, vel etiam quando erant ęqualia, tamen Iudex videns quod reus non timebat torturam illũ dimiſiſſet animo eam repetendi ſeu potius proſequēdi, & cum tali proteſtatione. Et nota ſingulare dictum Ludouici Ro. in ſingul. videlicet, quod officiales ſunt homicidæ, & tenentur ad reſtitutionem omnium bonorum, qui ſine indiciis ponunt ad torturam homines, qui metu tormentorum confitentur delicta etiam per eos perpetrata ex qua confeſſione poſtmodum ſuſpenduntur, quia talis confeſſio non valet l. 1. C. de quæſtioni. ac etiam ſi indicia ſuperuenerit, vt glo. in l. maritus. ff. eo. tit. & Felin. in c. at ſi clerici. de iudi. dicit ſic. Quod cōfeſſio rei facta in tormentis nullis præcedentibus indiciis, vel non legitimis nulli nocet etiam ſi millies ſit repetita, & ratificata, tex. in l. pen. ff. de quæſtioni. Et dicas etiam ſi indicia ſequantur torturam, quod nō ſufficerent ad conualidandum confeſſionem ibidem factam. ſi autem iuſte, & legitime torto, ſed non confeſſo noua ſuperuenerint indicia (noua dicimus ſcilicet a primis differentia ſpecie, & ſubſtantia, non tamē ſi eadem coadiuuarentur teſtibus) iterum poterit torqueri. Boſſius in pract. tit. de tortura.

Officiales homicidæ.

Confeſſio in tormentis nō valida.

Noua indicia quæ ſint.

13 Et nota etiam ex Nicolao Maranta quod quando plures ſunt incriminati de aliquo delicto, tortura debet incipi a magis ſuſpecto, ſed ſi omnes ſunt ſuſpecti, tunc ſi eſt maſculus, & fœmina, debet incipi a fœmina, quia cenſetur timidior, & citius dicet veritatem, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de quæſtioni. Et Gandi. in tract. malef. in tit. de quæſtioni. Sed ſi omnes ſunt maſculi, debet incipi tortura a minori, vel a timidiori, vel a debiliori. tex. in l. vnius. ff. de quæſtioni. Et glo. in c. paruuli. 22. q. 5. Item ſi de eodem delicto eſſent criminati pater, & filius, incipi debet tortura a filio, quia pater magis cruciatur de tormentis filii quam de proprio cruciatu. l. iſti quidem. §. fin. ff. quod metu cau.

A magis ſuſpecto incipiendum.

A minori.

14 Et nota etiam quod tortura quandoque datur principali, quandoque teſtibus. Primo caſu quando datur principali ad

Tortura non in oībus cauſis criminalibus datur.

veritatem eruendam, irrogatur ſolum in cauſis criminalibus irrogantibus pœnam vltra relegationem,& nō in aliis criminibus,licet poſſit etiam irrogari in cauſis ciuilibus habentibus crimē annexum,& eſt tex.& ibi Abb.in c.grauis.de poſiti.Soci.conſ. 119. 2. vol.In cauſis autem ciuilibus non deuenitur ad torturam, quia in illis ſuccedit regula, auctore non probante,&c.l.qui accuſare.C.de eden.& c.fin.de iureiur.

Teſtes variātes torqueri poſſunt.

Teſtes tam in ciuilibus quam in criminalibus poſſunt tor- 15
queri quando variant, ſeu vacillant, propter ſuſpicionem falſi,vt in auctẽn.de teſt.§.ſi vero ignoti. Et not.Bal.in l. presbyter C.de Epiſc.& cler.& Bar.in l.1.§.qui quæſtionē.ff. de quæſtioni.Et Alex.in conſ.65.pr. vol.

Ad ſolam reſponſionē habendam.

Et ſcias etiam quod non ſolum ad eruendam veritatem, 16
ſed etiam ad ſolam habendam reſponſionem tam affirmatiuam quam negatiuam poteſt irrogari tortura,& tunc indicia non requiruntur. vt quando accuſatus, vel Inquiſitus nō vult reſpondere Iudici ſuper accuſationem, vel denunciationem poteſt torqueri ad hoc,vt reſpondeat. ita tenet Bal.in l.accuſationem C.de accuſa. po. Et ipſum ſequitur Paris.de put.in tract.ſindic.in ver.tortura,in c.ſequitur.

Negās quod in tortura dixerat.

Quando tortus confeſſus dum tempore debito ducitur ad 17
acta,vt ratificet id quod in tortura confeſſus eſt negat,an per hoc debeat iterum torqueri donec ante tribunal dicat, & ratificet id quod in tormentis dixit. Bal.dicit quod poſt talem reuocationem remanet ſemiplena probatio, & allegat glo.in l.2. C. de cuſto. reo.& ideo niſi reuocans probet contrarium, compellitur perſeuerare in confeſſione etiam per repetitionē tormentorum.Ad hoc facit quod notat Inno.in c.per Inquiſitionem.de elect.ita notat Bal.in l.bonę fidei.C.de iureiur.ſed idem Bal.in di.l.2.c. de cuſto. reo. dicit quod quando quis in confeſſione non perſeuerat tacite, vel expreſſe,ſed reuocat,& tunc ſi ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione,admittitur reuocatio,vt l.1.§.ſi quis vltro .ff.de quæſtioni.Si autē indicia faciunt contra eum,non admittitur reuocatio,quia vbicunque poteſt quis cogi confiteri, non admittitur reuocatio, ſed

Reuocatio confeſſionis quādo admittitur.

ſed iſte poteſt cogi perſeuerare in confeſſione. vbi autem nulla indicia apparent pro vel contra, videtur quod iſta reuocatio confeſſionis ſponte facta non teneat nec procedat, niſi error allegetur, & probetur, vel non ſtaret per allegantem, ſed per Iudicem quominus probaretur. vt l. de ætate. §. fin. ff. de interro. act. Facit quod notatur in l. Ictus fuſtium. ff. de infami. Hæc Bal. in di. l. 2. & eſt notabilis diſtinctio. Ita debet intelligi quod ipſe notat in l. fin. C. de proba. ideo debent repeti tormenta, ſed mitius. Et nunquam tamen vidi (ait Boſſius in pract.) torqueri vltra trinam vicem, niſi a carnificibus ideſt malis iudicibus.

18 Sed pone. Reus poſitus ad torturam legitimis præcedentibus indiciis confeſſus eſt delictum, poſtea ductus ad banchũ iuris non vult illam confeſſionem ratificare, & ſecundo tortus confitetur idem, et ſecundo ductus ad banchum non vult confeſſionem ratificare, ſed dicit id dixiſſe propter dolorem torturæ, an hoc caſu poſſit iſte iterum torqueri? Dicas, quod non, niſi noua ſuperuenerint indicia, quod in caſu non fit, quia ſecunda indicia debent eſſe diuerſi generis a primis indiciis per quæ repetitur tortura. vide Marſilium in pract. crim. §. quoniam. nu. 5. Nota tamen ex Angel. de maleſi. quod quando Iudex præcedentibus indiciis torquet aliquẽ, & vna die ipſe reus dicit vnum, alia die dicit aliud variando, dic ꝙ tunc Iudex parcere non debet calamo, ſed faciat ſcribere omnes variationes, & quicquid reus dicit. Nam ſæpe, & ſæpius aliis indiciis non ſuperuenientibus Iudex poterit reum in tortura repetere, ſecundum Bar. in. §. plurium. l. de minore. ff. de quæſtioni. vide etiam Bar. in l. fin. in fin. ff. de quæſtioni. Lud. Rom. in conſ. 8. incipien. viſo facto. Alex. in conſ. 2. incipien. viſo proceſſu.

Secundo tortus.

Calamo non parcat iudex.

19 Sed pone. Reus nõ per tormenta, ſed ſponte crimen confitetur, poſtea ductus pænitentia illud negat, & non vult in tali confeſſione perſeuerare, an in hoc caſu poſſit cogi per torturam dictus reus? Ad hoc dicitur quod opportet diſtinguere, & ſic. Aut reus eſt maior vigintiquinque annorum, aut

 minor,

minor, ſi maior, aut facit confeſſionem in iudicio, vel extra iudicium. Si in iudicio, & ſit veriſimilis, probabilis, & poſſibilis, tunc non eſt opus alia ratificatione, ſed ex ea poteſt cōdemnari, quum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis niſi in condemnando. l. proinde .ff. ad l. acquil. l. ſi confeſſus .ff. de cuſto. reo. Si autem confeſſio ſit facta extra iudicium, tunc nō poteſt condemnari ex tali confeſſione, ſed ex ea bene poterit torqueri vt perſeueret, quia talis confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturā. glo. in l. capite quinto .ff. de adult.

Veriſimilis probabilis & poſſibilis confeſſio non reuocatur.

Si autem reus ſit minor, tunc etiam quod confeſſus fuerit 20
delictum auctoritate curatoris, ex ea confeſſione non poterit condemnari, niſi eam ratificet, vide Marſil. in pract. crim. §. quoniam. nu. 18. 19. & 20.

An autem ſi reus confiteatur delictum in iudicio ſine tortu 21
ra poſſit poſtea ſuam confeſſionem reuocare prætextu erroris, vide Marſil. vbi ſupra. nu. 25.

Si reus confeſſus eſt crimen extra iudicium primo, & po- 22
ſtea legitimis præcedentibus indiciis confiteatur idem in tortura, talis confeſſio non requirit ratificationem, ſed ex tali cōfeſſione ſine alia ratificatione poterit cōdemnari. Io. de Imol. in c. at ſi clerici. de iudi. Felin. in ca. olim. de reſcript. Et per Marſil. in pract. crim. §. quoniam. nu. 38.

Confeſſio in tortura ratificationem nō requirens.

Si quis eſt conuictus de delicto per teſtes idoneos, et con- 23
tra eum ſunt plenę probationes, tunc non debet poni ad torturam, ſed ſi non confitetur poteſt ſine alia confeſſione condemnari. textus in l. qui ſententiam. C. de pœnis, & ibi Doct. Et adeo hoc eſt verum, quod ſi in tali caſu non deuenitur ad torturam, nec ad confeſſionem, nec ad ratificationem, ꝙ Alber. de Roſa. in l. edictum .ff. de quæſtioni. dixit not. quod ſi plene eſt probatum de delicto contra aliquem, ſi poſtea ipſe ſit tortus ſuper ipſo delicto, & non confiteatur, tunc tollitur illa probatio tamquam non ſit vera. & hoc vult per glo. ibi Idem affirmat Cæpol. in conſ. ſuo 32. incipien. Quidam ruſtici. Quia tortura non ſolum auget fidem torti, & facit, quod illi credatur quod alias credendum non eſſet. Bart. in l.

Probatio quā do tollitur p torturam.

Cunctos

Cunctos populos .ſub. num . 12 .cap . de Sum. Tri. & fi. ca . Aymo conſ. 6. nume. 15 .ſed etiam elidit,& debilitat indicia, & probationes contrarias,in tantum quod ex illis quis condē nari non poſſit . Albericus in l. edictum .ff. de quæſtioni. Veroneñ . conſ. 32 . col . penult . Decius conſ. 15 . Hippolitus . conſ. 64 . col. prima . *Tortura debilitat indicia.*

24 Et nota,quod die quaquis eſt torquendus non datur ei ad comedendum , nec bibendum ante torturam , ne corpus ex cibo turbetur in ipſa tortura. Io. Mileus.in praxi crimi. 127 . nu. 51. Craſſus enim venter tenuē ſenſum gignit l. quæ adulterium. iuncta glo. C.ad l. iul. de adulter . & ita de conſuetudine ſeruatur.

25 Et pone.Quidam inculpatus de hęreſi ſponte ingerit ſe Inquiſitori dicendo . Ego non commiſi tale delictum , tamen me offero torturæ,ponatis me in tortura , An Inquiſitor iuſte poſſit iſtum volentem torqueri ponere ad torturam , ſi alias de iure hoc ſibi non liceret,puta quia non pręcedunt indicia? Reſpondetur, quod non poteſt, quia liber homo non eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo.ff. ad l. Aquil. Secundo,quia poteſtas torquēdi eſt meri imperii vt l.defenſans C. de defenſ. ciuit. ſed ea quæ ſunt meri imperii non poſſunt pacto priuatorum concedi. C. de iur. omn. iud. l. priuatorū. Tertio quia non poteſt quis committere alteri , quod ipſum percutiat.l. 1.§. vſque adeo .ff. de iniur. Et hoc tenuit Bart.in l.pen.ff.de cond. ob. cauſ. Et licet Bar. loquatur de cōmittente ſe ad torturam priuato, tamen idem dicendum eſt ſi ſe cōmittat iudici , quoniam in tali caſu habetur vt priuatus, quū ex iure non poſſit torquere .l. prohibitum. C. de iure. fiſci.§. cum ſi . Iudex igitur ſi torqueret in tali caſu , non excuſaretur a pœna fiſco applicanda, licet excuſaretur ab actione iniuriarum, quia volenti non fit iniuria. in l. 1.§. adeo , & ibi Bar.ff. de iniur. Brun. de indic.& tort. q. 7. in fin. in 2. parte. *Etiam volentem torquere non poteſt iudex.*

26 Quid ſi aliquis inculpat aliquem de aliquo delicto,& quia non habet veras probationes, neque indicia ad torturam ſufficientia. dicit,dñe Inquiſitor ponatis me & ipſum ad torturā. *Exhibens ſe contra aliquē ad torturam.*

Reſpondetur

Reſpondetur quod non,quia ſi volens (vt iam diximus) non poteſt ſine indiciis torqueri,quanto minus qui non vult?vide Brunum vbi ſupra. Nota tamen quod licet reus non poſſit ſemper torqueri,poteſt tamen terreri, quia ad minus poteſt Iudex vultum terribilem oſtendere, vt in auđen. de manda: princip..§. talem vero, ſecundum Bal. in l. 2. cap. quo. ap. non recip.

Ex ſola confeſſione vtrũ quis condemnari poſſit.

27 Quæritur generaliter, an confeſſus in criminalibus poſſit ex ſola confeſſione condemnari, abſque aliis probationibus? Reſpondetur quod tres ſunt caſus. Nam quandoque quis cõfitetur in tortura, ſeu formidine torturæ, & hoc conſtat,ſecũdum Bal.in conſ.quod incipit.tres ſunt caſus.Dicit quod quãdo quis confitetur in tortura, vel formidine tormentorum, & hoc conſtat, quando non proceſſerunt indicia, tunc non creditur confeſſioni etiam ſi poſt confeſſionem probentur indicia iuxta ſuperius dicta,& tũc Iudex appellationis nõ debet confeſſionem ſequi, quia illegitima, & contra iuris formam fuit extorta, vt notatur in l. Maritus.ff. de quæſtioni. Indicia ergo debent præcedere per legitimos teſtes legitime recipiẽdos, & examinandos, conteſtes, & non ſingulares, c. fin. hęc l. fin. Quibus adde quod quomodocunque tortura ſit illegitima, eſt verum quod dicit Bal. in conſ. primo,non ſolum ſi ſit illegitima eiſdem perſonis quę torqueri non poterant,vel quia non formata Inquiſitione, vel accuſatione, & ante litẽ conteſtatam, & non ſeruatis aliis quæ fieri, & ſeruari debent propter quæ non poteſt deueniri ad torturam. Nam ex tali confeſſione extorta per tormenta illegitima non poterit deueniri ad condemnationem,etiam ſi fuiſſet millies ratificata, vt ſupra dictum eſt.

28 Sed ponamus quod quis eſt minus legitime tortus &c. Si autem confeſſio fuit ex torta per legitimam torturam, tũc ad hoc quod ex ipſa poſſit deueniri ad condemnationẽ, eſt opus vt in ea fuerit perſeueratum,& ſic quod fuerit ratificata legitimo modo. & facta ratificatione extra tormenta debet Iudex dare vnum breuem terminum reo ad producendum omnes

Defenſiones etiam aduer-

ſuas

ſuas defenſiones aduerſus ſuam confeſſionem, puta duorum, vel trium dierum, qui terminus eſt de communi obſeruantia, vt ex nulla parte reus remaneat indefenſus, vt notat Salic. in l. 2. C. de cuſto. reo. Et habetur per l. quarta. §. ſi ad diem. ff. de re mil. Et l. ſi non defendatur. ff. de pœnis. Si vero reus non cõfitetur in tormẽtis, tunc per torturam ſunt purganda indicia, & debet a præſentium inſtantia, videlicet in crimine hæreſis, ſed in ceteris cauſis ſi facta publicatione viderit Iudex, ꝙ ex proceſſu non ſunt ſufficientia indicia, tunc non expectata ſententia debet ſtatim liberare reum ſub fideiuſſoribus. *ſus ſuam confeſſionem.*

29 Si reus ante torturam petit copiam indiciorum contra eũ receptorum cum termino ad ſe defendendum, & opponendum, Iudex id ſibi denegare non debet. Nam danda eſt ei defenſio antequam torqueatur, maxime quando tale quid aſſignatur, quo probato ad tormenta procedi non poſſet. Si quidem ſi talis defenſio poſt tormenta differatur, numquam poſſet poſtea recuperare detrimentum membrorum. vt l. 2. de appellat. recip. *Defenſiones ante torturã.*

30 Item ſi confeſſo defenſio ſuæ innocentiæ datur. C. de cuſto. reo. l. 2. multo magis non confeſſo. Et quis de hoc dubitare poteſt, quum in iure habeatur quod quocunque tempore iudicii reo petente, defenſio danda eſt? l. vnius. §. cognito. ff. de quæſtioni. Et dicit Marſil. in pract. crim. quod id facere debet Iudex etiam reo non petente, ſi ipſe reus non ſit peritus. vide eũdem Marſil. vbi ſupra. §. vltima quęſt. nu. 21. & 22. & Guid. de Suzza. in tract. de indic. & tortu. nu. 62. & 64.

De gradibus torturę.

31 Torturæ quinque ſunt gradus. Primus quorum dicitur territio, videlicet expoliatio, & ligatio, ac ſi vere deberet torqueri, quando ſcilicet Iudex reum ſuſpectum habet, ſed deſunt indicia ſufficientia. *Quinque gradus torturæ.*

32 Secundus gradus eſt, cum reus ligatus leuatur modicum a terra, & per ſpacium vnius pater noſter detentus, mox deponi

tur

tur iuxta qualitatem perſonæ, & facti. Ad hunc deueniendum eſt cum indicia apparent probata, vt Bal. in l. 2. C. quo modo appell.

Tertius gradus eſt, cum reus ſuſpẽſus detinetur in tortura per ſpacium vnius, vel duorum miſerere, citra tamen quaſſationem, ſcilicet cum reus eſt magis de crimine ſuſpectus, & indicia ſunt plene probata, delictum tamen de atrocibus non eſt, vt eſt furtum modici valoris, vel vulnus non letale, vt l. 2. C. de quorum appell. & ibi Bar. ff. de publ. iudi. l. 2. vel quando delictum eſſet grauius, & indicia eſſent magis aperta, perſona tamen eſſet nobilis, vel honeſtæ familiæ, vel alias honeſtæ cõditionis, & famæ, & non eſſet aſſuetus in ſimilibus commiſceri, cum tali mitius eſſet agendum. l. non omnes. §. pœna grauior. ff. de his qui. not. infa. & l. teſtium. §. tu magis. ff. de teſti. 33

Reſpectus familiæ, & conditionis.

Quartus gradus dicitur, quando reus per quartam, tertiã, vel etiam per dimidium horę ſuſpenſus tenetur secũdum grauitatem criminis, ſuſpitionem rei, & vires indiciorum. quãdoque in ipſo detentionis ſpatio adhibetur vnus, duo, vel plures ictus cordæ ad maiores cruciatus inferendos, maxime cum indicia ſunt prægnantia, reus multum ſuſpectus, & membra habet robuſtiora, & hoc propter graue, & ſcandaloſum crimen. 34

Quintus gradus torturæ eſt, quando poſt aliqualem ſuſpẽſionem, & ictus cordæ, ſi reus adhuc pertinax in negatiua perſtiterit, pro grauiori cruciatu ad eius pedes pondera, vel compedes ligantur, & cum ipſo pondere ſuſpenſus detinetur, vel ictibus (quod tamẽ raro, vel numquam fieri debet) cruciatur. Hoc eſt grauiſſimum tormentorum, quod pro raro crimine adhibetur reis, vt pote in certis tantum caſibus, & criminibus atrociſſimis, vt eſt hæreſis, & crimine læſæ maieſtatis, & euerſionis ſtatus, aut cum agitur de famoſo aſſaſſino. vt l. Et ſi except. C. de malef. & mathe. l. Manichæos, & l. Ariani. c. de hæreticis. Nec tũc etiam, niſi indicia eſſent adeo clara, & pregnantia, vt nihil deeſſet niſi ipſius rei confeſſio. vt l. milites. §. oportet. C. de quæſtioni. Et ibi Bal. Et quia acerbior, & periculoſior modus iſte nobis videtur, nota minus periculoſum 35

modum

modum,& ad veritatem eruendã, ac noſtro officio ſatis accõmodatũ quem nobis dũ ibi Inquiſitorẽ ageremus aperuit D. Alex. Paneratius Placentiæ criminaliũ Iudex dum cõtra teſtẽ falſum pro ipſius teſtimonii falſitate eruenda laboraremus. *Experimentum in teſte falſo.*

Nam poſt ictum vnũ funis ſatis bonũ reus a terra ſuſpẽſus tribus digitis, vel quatuor per ſpaciũ vnius tertii, vel mediæ horæ,ita ꝙ cum pedum extremitate aliqualiter terram tangere poſſit,interrogatur,& ſic ex ſe ipſo tortus infra horę ſpaciũ confitebitur. Id enim in dicto falſo teſte experti ſumus.

36 Præter hos torturæ gradus, ſunt multa a diuerſis inuenta tormentorum genera.

Nam quidam ponunt taxillum inter cauillas pedum. *Taxillus.*

Quidam ponunt muſconum ſupra rei vmbilicum cyatho opertum ne fugiat inde. *Muſconus.*

Quidam lingua caprina torquent reum hoc modo, videlicet primo lauant torquendi plantas aqua ſalſa, & eo ſuper ſcamno, vel tabula ligato faciunt capram lingere eius plantas, cum id animal ſalſugine tractum, & allectum, libenter faciat,vehementer aſperitate linguæ ſuę citra tamen periculũ mortis reum torquet. *Caprina lingua.*

Quidam clauiculos ligneos inter digitos manuum ponentes,& cum funiculo ſtringentes reos torquent. *Clauiculi.*

Quidam rigoroſiores aquam calce infectam per nares immittunt obſtructo ore ipſius torti.Et id torturę genus eſt periculoſiſſimum, ex eo quod tortus poſſet ſuffocari. *Aqua calce infecta.*

Quidam reo dant carnes ſalitas ſiue ſalſamenta ſine potu. *Salſamenta.*

Quidam aliis potum dant ad ſacietatẽ, ſed denegant ſomnum per horas quadraginta, faciunt enim reum bene ligari, & ſic cuſtodiri. de quo tormento dicit Marſilius in ſua pract. crim. quod eſt validiſſimum,& ſecuriſſ. & quod nunquam aliquem inuenit qui ipſum ſufferre potuerit. *Vigiliæ.*

Alii lauari iubent plantas torquendi, & poſtea eas vngunt larido porcino, & ligato ipſo reo ſuper tabula faciunt vt eius plantæ ſic vnctę prunis adhibitis torreantur. ſed & hoc genus eſt periculoſum. De modis autem, & inſtrumentis aliquibus *Ignis.*

torquendi. Vide Bal. in l. 1. C. de emã. ſeruo. vbi dicit per illum tex. in ver. laniauerit. Nota contra Iudices qui ſcindũt carnes alicui, vt confiteantur crimen, quod ſi tortus in tormẽtis moriatur, Iudex debet decapitari tanquam homicida. Et Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. li. 10. dicit. Nota text. contra Iudices, qui propter declarationem tormentorum nouas inueniunt ſpecies, quia iſti appellantur irati, & peruerſi, & dominus confundat eos.

Tortus ſi in tormentis moriatur.

Nota ex Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. quod 37
ſunt tres conditiones hominum, videlicet liberi, ſtatu liberi, & ſerui. Liberorum quidam ſunt in dignitate cõſtituti, vt milites, & hi regulariter non debent torqueri niſi tantum in certis caſibus, & criminibus, vt in crimine læſæ maieſtatis, proditionis, & ſimilibus, vt l. milites c. de quæſtioni. Et ex hoc dicũt quidam, quod clericus regulariter non eſt torquẽdus, quia eſt miles cæleſtis curiæ ac militiæ, vt in c. 1. de cler. ęgrot. alii contra per c. ſi conſtiterit. de accuſa. & c. 1. de depoſi. Communis tamen concluſio doctorum, & glo. eſt quod clerici etiam presbyteri ſi fuerint ſuſpecti poſſunt ex cauſa torqueri, non tamẽ debet eſſe ita ſeuera tortura in clericis ſicut in laicis, vnde nõ debent ſupponi aculeis, vel fidiculis, ſed virgis ſeu corrigiatis. Pro hoc nota bonum tex. 24. q. 5. c. 1. Angel. in l. 1. malefi. clauſ. c'hai tradito la tua patria. vnde & glo. not. in l. 3. C. ad l. iul. maieſt. a ſimili arguitur. Per quos autem miniſtros clericus torqueri debeat, dic quod clericus poteſt capi, & incarcerari per laicum de conſenſu ſeu commiſſione Epiſcopi, vel ſuperioris ſui. per c. ſi clericus. de ſent. excommunicationis li. 6. ſed non poteſt torqueri per laicum etiam de conſenſu Epiſcopi. c. vniuerſitatis. de ſent. excõmunicationis. licet Bal. teneat quod poſſit. in c. decernimus. de Iudi. Et hoc habet vſus, & cõſuetudo ſiue bona ſiue mala. Vide. Abb. in c. vniuerſitatis. de ſent. excom. Melius tamen iudicarem facere ſicut fecimus nos circa reos noſtros clericos, torquere videlicet eos arcto carcere, inædia, & ſolitudine quæ miniſtros non requirunt, maxime cum ſibi deſint miniſtri clerici. Vide Tabien. in ver. Inquiſitor. nu:

Liberi ſtatu-liberi ſerui.

Clerici minus torqueri debent.

Per quos torquendi ſint clerici.

ſitor. nume. 14. vbi formam inuenies quæſtionandi huiuſmodi reos. *Tortura ſine miniſtris.*

38 Magiſtratus, doctor, miles, & ſimiles qui in aliis criminibus ſunt exceptuati, poſſunt torqueri in crimine hæreſis, vt notatur in glo. in l. 3. C. ad l. iul. maiſt. Angel. in li. maleſi. clau. fama publica. *Exceptuati a tortura quando torqueri poſſint.*

39 Minor quatuordecim annis torqueri non debet, licet veritas ab eo ferula, vel corrigia haberi non poſſit. vt l. 1. §. impuberes. ff. ad ſyll. ad idem Abb. in c. cum in contemplatione. *Minor.*

40 Decrepitæ ætatis ſenes torqueri non debent, vt in l. 3. ff. ad Syll. fallit tamen in crimine læſæ maieſt. l. nullus. C. ad l. iul. maieſt. ergo & in crimine hæreſis. Confirmat Lud. Bologni. in addi. Guid. de Suzaria de tortura. in 2. col. vbi alleg. idem tenere Angel. in li. maleſi. clau. fama publica. verſ. ſexto quæro. Quæ autem ſit ætas decrepita declaratur in glo. in ver. præfectus. c. Sacroſancto. in prohemio. li. 6. in prin. ipſius glo. vbi dicitur quod quinta ętas durat vſque ad ſeptuaginta annos, ſexta ab inde. *Decrepitus.*

41 Mulier prægnans torqueri non debet, vt in l. prægnantis ff. de pœnis. Et Abb. in di. c. cum in contemplatione. in fin. vnde ſi habueris mulierem aliquam prægnantem, ideſt quæ ſe talem eſſe dicat, eam facias videri ab aliquibus expertis perſonis, quæ ſi dixerint ita eſſe, facies vt id quod ſciunt, & ſentiunt dicant in præſentia teſtium, & notarii, & totum ſcribatur in actis. Et ſi dixerint eam non prægnantem, tunc in actis ſimiliter totum ponatur, & ſubiungatur. Quia talia, & talia cõtra te habemus ex quibus es torquenda, ideo licet allegaueris te prægnantem, & grauidam, tamen quia diligenter inſpecta a perſonis expertis iudicata es non prægnãs, ideo vt veritas habeatur eorum quæ contra te depoſita ſunt, interloquẽdo pronunciamus, & declaramus te quæſtionibus, & tormentis ſubiiciendam. & ita poteſt ſecure torqueri. Si autem prægnans inueniatur, reſeruanda eſt ſub tuta cuſtodia vſque ad tempus quo poſſit torqueri, ideſt poſt partũ, & vltra pro, vt videbitur expedire. *Prægnans.*

Teſtes quãdo torqueri debeant. Teſtes autem in negotio fidei cum indifferenter omnes ad mittantur, vt ſupradictum eſt, ordinarie non torquentur niſi vacillant, vel de mendacio aut falſitate conuincantur. Nam præſumũtur velle occultare veritatem. Et ſufficit quod teſtes ab vno, & in vno ſolo conuincantur dixiſſe mendacium, ſi ſit dignus ille qui conuincit. Bart. in .§. Iudex .ff. de quæſtioni. l. vnius. De quo mendacio, vide Boſſium in pract. tit. de teſti. q. 3. & tit. de tortura teſtium. nu. 10. Idem de accuſatore ſeu denunciatore putamus dicendum, qui niſi variet, vel de mandacio, vel falſitate conuincatur, non eſt torquendus. 42

TVRPITVDO.

TVrpitudinem ſuam allegãs non auditur in iudicio. Abb. in c. cum ſuper. de conceſ. præben. niſi vbi vertitur periculum animæ. in c. lator, & c. conſanguinei. de re iudi. Et in fauorem eccleſiaſticæ libertatis. Abb. in c. inter dilectos. de dona. & Io. de Anan. in c. ſignificaſti. de adult. & ſecundum Bart. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur. diſtingue ſic. Aut vertitur periculum animę ſi turpitudo illa non allegetur, & tunc fauore animæ quis eſt audiendus. ideo ſi contraxit matrimonium cum conſanguinea ſua per falſas probationes, habet poſtea audiri ſi allegat hanc turpitudinem, & vult probare contrarium. Ad hoc c. tertio loco. de prę ſumpt. & c. lator. & c. conſanguinei. de re. iudi. glo. in c. inter dilectos. de dona. Et poteſt dici quod audiatur potius ex officio Iudicis, quam proprio iure. 1

Fauore animæ audiẽdus.

Ad commodũ Eccleſiæ. Si autem ſumus in alia materia quam peccati, tũc ſi allegat quis turpitudinem ſuam ad commodum, & nomine eccleſiæ debet audiri, vt in di. c. ſi quis presbyterorum. tamen in veritate non poteſt dici quod quis alleget turpitudinem propriã, ſed potius nomine Eccleſiæ agitur de turpitudine prælatorũ, vel ſingulorum. Aut agit quis proprio nomine, & tunc ad ſui incommodum, & ad dãnum poteſt turpitudinem propriam allegare, vt in c. 1. & c. 2. de confeſſ. 2

Ad ſui cõmodum.

Aut allegat in damnum alterius, & tunc per viam agendi fundando ius agendi ſuper turpitudine propria, & tunc non 3

debet

debet audiri, quia ex improbitate ſua nemo debet actionem conſequi l.itaque fullo.ff.de furt.& c.inter dilectos. & eſt expreſſum in di.c.Ex tenore.eo. Aut excipiendo,ſeu replicãdo, vel intentionem ſuam aliter iuuando. & dic quod contra participem turpitudinis auditur,ſi ipſe certat de damno vitãdo, & aduerſarius de lucro captando, vel ſaltem intendit euitare ſolum damnum contra participem, & debet audiri l.de tutela.C.de in integr. reſt. mino.& quod ibi notatur. Vnde ſi per colluſionem probaui me maiorem ad inſtantiam tutoris, vt ipſum abſoluerem a tutela, poſſum poſtea allegare hãc turpitudinem cõtra tutorem qui fuit particeps huius turpitudinis. *Contra participem criminis turpitudo ꝓpria allegari poteſt.* Si vero allegãs nõ certat de damno vitando, imo potius vult inferre damnum alteri, & tunc regulariter nõ auditur etiam cõtra participem.Fallit in caſu l.quiſquis.c.ad l.Iul.maie. vbi auditur quis allegando quod iurauerit contra participem, ad effectum,vt alii puniãtur. Item fallit in caſu auctẽ.ſed nouo Iure.C.de pe.iudi. qui male. iudi. Et forte poſſunt reperiri conſimiles caſus excepti, ſed regula eſt, vt audiatur. Ad hoc c.1.de confeſſ.& 15.q.3.c.nemini.

4 Aut allegat turpitudinem contra non participem, vt ſi turpitudo ſua eſt detecta ab alio, poteſt eã allegare. vt l. decreto .ff. de ſuſp. tut. vbi patet quod ſi tutor fuerit pronunciatus ſuſpectus per Iudicem, poteſt allegare ipſe iſtam ſuſpicionem ad effectum,vt non teneatur in futurum.Et facit c. mulier. de iureiur. vbi mulier admittitur contra confeſſionem ſuam, ex quo confeſſio illa fuit reprobata a iudice.

5 Si vero turpitudo illa non fuit ab alio detecta,non auditur eam allegando,vt in l.trãſactione finita. & nota quod ibi notatur C.de tranſactio.Et in caſu c.noſtri. Nec obſtat ſi dicatur quod canonici volebant hoc damnum vitare, ideo debebant admitti,quoniam ex quo ille erat receptus in canonicum,non erat Eccleſiæ damnoſum,vt haberet plures conſiliarios.

Item canonicus certabat hic de damno vitando,ne eſſet canonia ſine præbẽda. & vide notata in c. inter dilectos ſupra alleg. Abb.in c.cũ ſuꝑ quęſtione.de conc.pręb.& eccl.nõ vac.

VACIL-

V

VACILLATIO.

VACILLANS, ſeu varians quis ſit, & quo- 1
modo, & qualiter puniatur; vide ſupra in ver. Teſtis.

Nota tamen quod varietas,vel vacillatio vel 2
trepidatio deficientibus aliis externis indiciis, adeo iudicem mouere poſſunt,vt ad torturam ex quolibet eo rum deueniat,per doctrinam Bar.in l.de minore.§.plurimum. & Bal.in tractatu.de quæſtioni.c.1.nu.2. quàm doctrinam ſequitur Paris de put.de ſindi.in ver.viſo de indiciis indubitatis nu.1.& per totum. Guid. de Suz.de indiciis, & tort. ver.quæ & qualia.nu.33.Fran.Brun.in tract.de eo.in quæſtio.3.primę partis. nu. 30.Marſil. in .§. diligenter. nu. 74. Et hoc tam in teſte quam in reo intelligitur,vt Paris de put.vbi ſupra.

VAGABVNDVS.

Vagabundus,ideſt qui per mundum vagatur certum non 1
habens domicilium ſecundum Alex. in conſ.166. vol. 2. poteſt vbique citari,& conuinci.c. fin.de for. comp. & ibi per Maria.char. 51.col.3. hi ſolent a principibus impetrare ſaluũ conductum.

VEHEMENS SVSPICIO.

Vehementer ſuſpectus in vehementem ſuſpicionem rein 1
cidens non dicitur vere relapſus,niſi relabatur in illos ca ſus qui ſunt notati in c.Accuſatus.§.ille quoque.de hære. li.6. arg.in c.ad decimas. de decimis. maxime cum facile ſit in vehementem ſuſpicionem incidere.Ita deciſum fuit Romæ per Pium Papam Quintum in congregatione, anno 1567. vide tamen Calder.in c.literas.de præſump. quem refert,& ſequitur Squil. in tract.de fi. cath.c.19.vbi dicunt quod in tantum conuerſatio cũ hęreticis arguit relapſum,in abiurato in quan tum eſt ſibi in abiuratione iniunctum in pœnitentiam.

Sed vehemens vehemēti ſuſpicioni ſuperueniēs tranſit in 2
violentam, vide ſupra in ver.ſuſpitio.

VERBVM

VERBVM.

1 VErba vbi de neceſſitate requiruntur non ſufficit ſimplex factum. Abb. in c. eccleſia veſtra. de elect.

2 Verbum hæreticum dicẽs, & ſtatim requiſitus paratus corrigi, ſecũdum Hoſt. conſideranda ſunt maledicta ex perſonis hominum C. de his qui impo. mal. l. 1. Nam ex leuitate, vel errore ſi hoc dicit, non quod id credat contemnendum eſt tale dictum, & quia vere pœnitet venia dignus erit. lubricum qui dem linguæ ad pœnam facile trahendum non eſt. ff. ad l. iul. maieſt. l. famoſi. Sed dicit. Ant. de Butrio. Ego hoc caſu pœnã aliquam, & pœnitentiam leuem imponerem, vt iterato ſit memor, quod non labatur laſciue talia dicere propter exempla aliorum, ſed ſi ex inſania dixit, tunc eſt miſeratione dignus, ſi autem ex animo verba hæretica dixit, & paratus eſt corrigi, licet non ſit hęreticus, tamen puniendus eſt pluſquam in primo caſu. Nam hoc caſu princeps iniuriam ſibi dictam puniret, & ex qualitate perſonæ, & dicti ſtatueret pœnam. quia cum ſit puniendus ex quo deliquit, nec ſit expreſſa pœna, ergo arbitraria eſt imponenda. de off. deleg. c. de cauſis. Conſtat enim hũc plus deliquiſſe ex animo loquens quam primum, qui ex animi leuitate ſeu errore deliquit, ideo maiori pœna dignum. ff. de pœ. l. capitalium. §. ſolent. Et hanc opinionem ſequitur Io. de Imol. poſt Matth. in clem. 3. de hære. dicens quod aliqui proferunt verba hæretica quæ nullam habẽt excuſationem, & proferunt ludendo, & iracunde, vel ex fatua ſimplicitate, & tunc talibus poſſunt Inquiſitores pecuniarias imponere. Nam has pœnas ſolet imponere Eccleſia. 24. di. c. quamquam. de iudę. Et talem pœnam non debet imburſare Inquiſitor, ſed dare pauperibus, vel ad aliud opus pium applicare, vel etiam officio ſuo, vel carceribus ſuis. Vide Squila. in tract. ſuo. de fi. cath. poſt Card. Zabar. in Clem. 1. de fi. cath. §. Nos igitur. vide ſupra in ver. fautores. 7.

Lubricũ linguæ. *Si ex inſania.* *Si ex animo.* *Pecuniariã pœnam imponere.*

VERITAS.

1 VEritas catholica quæ, & quottuplex ſit, vide ſupra in ver. credibilia.

VIA.

VIA.

VIa æquior ſemper amplectenda eſt l. placuit. C. de iudi.& c.fin.de trāſact.propter hoc ob delictum alterius, domus duobus communis non eſt deſtruenda. Abb. in c. literis. de reſti. ſpol. 1

VICARIVS.

VIcarium ſeu Vicarios etiam plures Inquiſitor poteſt ſibi in qualibet diœceſi inſtituere ætatis annorū quadraginta ſecundum glo. in c. nolentes. de hære. in Clem. vel ad minus triginta ſecundum priuilegium Clementis ſeptimi eius nominis, incipiens, Cum ſicut ex relatione &c. Religioſos, vel clericos ſeculares viros prouidos, & prudentes ſcientia, & moribus pollentes, quibus poteſt delegare cauſas pro ſuo motu, cū ſit delegatus principis. vt C.de iudi.l.auia. & c. cum ſuper. de off. deleg. Et ita videtur intelligere Io.And.in c. vt commiſſi. de hære.li.6.& Clem.de hære.c.ex eo. Sed alii dicunt aliter, videlicet quod poteſtas delegandi Inquiſitoribus arctius ſit reſtricta, videlicet quod poſſint ſubdelegare, & committere receptiones denunciationum, formationes Inquiſitionum, citationes perſonarum, & examinationes teſtium, & cætera præparatoria ſeu media litis, non autem ſententias. & hoc per quandam extrauagantem Clementis quarti quæ incipit, licet ex omnibus. §. vt ergo commiſſi. Quæ fuit poſtea per Vrbanū quartum approbata. Et ita vt plurimum ab Inquiſitoribus de conſuetudine in multis partibus obſeruatur, licet prima opinio ſit valida, & de iure. Amouere autem huiuſmodi Vicarios ſolus Inquiſitor, vel ſummus Pontifex poteſt. Magiſtri enim ordinis ſeu priores prouinciales ordinis prædicatorum, vel miniſtri generales ſeu prouinciales ordinis minorum licet poſſint inſtituere Inquiſitores, non poſſunt tamen eos deſtituere, vel abſoluere, nec eorum vicarios quorum inſtitutio a præfais generalibus, vel prouincialibus, ſed a ſolis Inquiſitoribus dependet. Et vltra, delegati eſt ſubdelegare, & illius ſolius in officio ad quod eſt delegatus C.de iudi.l. a Iudice, & c.ſuper. de off.deleg. Inquiſitor autem domini Papæ eſt delegatus, 1

Vicarios amouere ſolus Inquiſitor poteſt.

gatus, vtpatet per c. Ne aliqui. de hære. li. 6. igitur ſolius In quiſitoris eſt ſibi vicarium ſubdelegare, & ſubdelegatum tenere, atque a ſubdelegatione cum ei videbitur reuocare.

2 Nota quod licet non appareat per ſcripturam de auctoritate Vicarij Inquiſitoris, dicitur non obſtare, cum ſufficiat, quod quis pro tali habitus, & reputatus fuerit ad validitatem actorum, maxime cum apparent multa acta tunc per ipſum Vicarium facta l. Barbarius. cum ibi traditis per Doctores. ff. de offic. Præto. Et ita concluſum fuit Romæ coram Pio Quinto Papa. 1567. die. 10. Iulii. *Si ſcriptura non appareat.*

3 Vicarius quis perpetuus, & quis temporalis, & qui locum teneat Epiſcopi, & qualem portionem recipit Vicarius de fructibus beneficii. Abb. in c. extirpandæ. de præben. Et in Clem. vnica. de offic. Vicarii.

4 Vicarius tamen ad tempus nō eſt cenſendus Vicarius, quia vicariatus eſt titulus perpetuus, & ſuperioris auctoritate conſtituitur. §. qui vero. Clem. vnica. Abb. in c. G. perpetuus.

5 Vicarius Epiſcopi habet ordinariam, & nō delegatam auctoritatem. glo. in c. perlectis. diſt. 25. & in c. licet. de off. Vic. li. 6. Inno. in c. ſuam. eo. in c. ſi quis contra. de for. comp. & ibi Abb. & nota quod non obſtante tali auctoritate, Vicarius Epiſcopi, vel capituli Sede vacante non habet poteſtatem procedendi in crimine hæreſis, quia requiritur ſpeciale mandatum. Io. de Imo. in Clem. 1. de hære. & vide Card. Zabar. ſuper di. Clem. §. duro quæſito. 12. ſi tamen Epiſcopus dedit Vicarium Generalem, & in mandatis expreſſerit aliquid de his quæ requirunt, ſpeciale mandatum, & ſequitur clauſula generalis, videlicet, Et omnia alia quæ nos poſſumus, etiam ſi mandatum ſpeciale exigerent, tunc poteſtatem habet, vt in glo. fin. c. 2. de offic. deleg. li. 6. *Vicarius Epiſcopi habet ordinariam, & non delegatam auctoritatem.*

6 Nota etiam quod delegatus Epiſcopi, vel capituli Sede vacante non poteſt ſuper crimine hæreſis vices ſuas committere alteri ab Inquiſitore. facit. l. a Iudice. C. de iudi. Et quod habetur in c. cum cauſa. de appell. ſed bene poteſt conſentire quod Inquiſitor procedat, vt optime dicit glo. in ver. conſenſum.

NNn in Clem,

in Clem. 1. de hære. quam bene vide, & diligenter conſidera.

VICINVS.

Vicinus dicitur qui alta voce clamãdo audiri poteſt, ideſt eiuſdem vici, ſecus de vicino large ſumpto. not. in l. ſi tertius vicinus. ff. de aqua plu. Et hoc modo dicitur, quod ex vicinitate præſumitur notitia facti loci vicini, & tanto quis ſubtilius præſumitur ſcire factum alterius, quãto vicinior eſt. Ex quo infertur, quod ſi teſtis deponens de facto vicini, inter rogetur de cauſa ſciẽtię, reſpondet quia ſum vicinus, probat, quia concludit præſumptiue præſumptione iuris, de qua per Bar. in l. 1. ff. ſi cert. per Abb. in c. quoſdam. de præſumpt. Et nota quod in vicino præſumitur notum, quod eſt notum in remotis. Abb. in c. quanto. de præſump. 1

Facta vicini ſcire præſumitur.

2 Vicina largo modo dicuntur loca, quando non diſtant vltra duas dietas. Tradunt Docto. maxime moderni, in c. de conſtit. Et in c. quoſdam. de præſumpt.

Vltra duas dietas non diſtantes.

VOCATVS.

1 Vocatus de fide reſponſurus, & contumaciter non comparens excommunicatur, & ſi per annum excommunicationem ſuſtinuerit, vt hæreticus habetur. c. cum contumacia. de hære. lib. 6.

De fide reſpõſurus.

VOLVNTAS.

1 Voluntas, mens, & animus delinquentis attenditur in diſtinguendo maleficio, vnde ſi quis accipit rem alterius non intendens furari, an furtum committat. vide Abb. in c. cum voluntate. de ſent. excommuni.

2 Voluntas non finitur morte, ſed quiſque præſumitur in ea voluntate in qua moritur. c. maiores. de Bapt. ſecus de bene placito quod expirat per mortem, vt not. in c. ſi gratioſe. de reſcript. lib. 6.

Morte non finitur voluntas.

VNIO.

1 Vnio gentium facta ad finem illicitum quomodo puniatur, vide Alexand. in conſ. 3. 1. volu. Et quæ requiruntur ad hoc, vt ſit vnio, vide per eundem in conſil. vltim. volum. 2.

2 Vnio perſonarũ pręſumitur facta contra remp.& non ratione priuati commodi, niſi appareret de cauſa, quę reſpiciat priuatum commodum, & inimicitiam. Bal. in conſ. 262. vol. 2. & in conſ. 445. vol. 5. & in conſ. 59. vol. 1.

VNIVERSITAS.

1 Vniuerſitas, vel collegium qualiter debeat ad actum congregari, & an conſenſus debeat in cõmuni præſtari. Abb. in c. cum omnes. de conſtit. Et an ſufficiat ſonus cãpanæ. Abb. in c. in cauſis. de elect. Et hæc poteſt remanere, & conſeruari in vno ſolo, ſi alii ſunt mortui, vel priuati, qui ſolus tamen nõ poteſt eligere ſeipſum, quia notaretur ambitione. Abb. in c. Gratum. de poſtul. taliter quod ius vniuerſitatis, non vniuerſitas poteſt ſeruari in vno. Io. de Tur. Crem. in c. ſi forte. *66.* *In uno ſolo conſeruata Vniuerſitas.*

2 Vniuerſitatis duæ partes ad minus debent cõuenire in actibus vniuerſi. vt l. nulli. quod cuiuſque vni. Ex his duabus partibus debet ad minus pars maior conſentire, ſic intelligitur l. quod maior. ff. ad municipi. Et hoc ſentit glo. in l. aliud. & Inno. in c. 2. de noui. ope. nun. ſi tamen plures quam duæ conuenirent, requiritur maior pars conuenientium. Abb. in c. cũ omnes. de conſti. Et nota, quod licet duæ partes ſufficiant ad validitatem actus, tamen ſi tertia pars fuit contempta, ideſt non vocata, poſſunt contẽptum proſequi, ac facere retractari actũ, vt in c. quod ſicut. de elect. Nam plus obeſt contemptus vnius, quam conditio multorum. Abb. in c. nouit. de elect. *Tertia pars contempta.*

VNVM.

1 Vnum factũ pluribus legibus punitur, quia plura delicta continet. l. nequaquam plura. ff. de priuatis delictis, & per Bar. in l. ſi adulterium cum inceſt. ff. de adult. & in l. 1 §. vnde quæritur. ff. de publ. *Vnum plura continens.*

2 Vnius teſtis dictũ abſque ſui nominis publicatione valet, etiam ſi publice non effundat. Abb. in c. præterea. de ſponſ. & matrim. vide ibi multa, & ſupra ver. Teſtis.

VSVRA.

Vſura eſt cauſa ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, id eſt eccleſiaſtica, ſiue eccleſiaſtici fori. Iohan. And. in nouella in c. ſi

annum de iudi,& Abb. in c.ex literis.de iureiur. Et hæc,& cõcubinatus prohibentur non ſolum de iure canonico,ſed etiã ciuili,quia Imperator ſubmittit ſe canonibus in concernentibus animam,vt in auten. de Eccle. Abb. in c. cum veniſſent. de inſtitutionibus.

Imperator in quibus ſe ſubmittat canonibus.

2 Vſuram aſſerens non eſſe peccatum tamquam hæreticus puniendus eſt,vt in Clem.de vſuris.§. ſane, cum hoc ſit cõtra doctrinam Eccleſię,vt eo.tit.c.3.& c cum tu.vt not.glo.& per Doctores.in alleg. Clem. 1.de vſur.imo factis etiam aſſerens vſuras non eſſe peccatum ſecundũ Lapum. Abb.& Io.de Imo. in di.Clem.1.de vſur. dicitur ſuſpectus de hæreſi. Puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit, vel ſimile quid agendo, quod tunc ſi grauata ſit eius opinio, ita quod dici poſſet ex hoc diffamatus, tunc procedi poterit contra illum tamq̃ contra ſuſpectum de hæreſi. 11.q.3.c.exiſtimauit.& c. non ſolum. vbi habetur quod nõ ſolum verbis, ſed etiam factis Deũ negamus. Vide Scil. in tract. ſuo de fide catho. c. 15.

Vſuram non eſſe peccatũ aſſerens.

De hæreſi ſuſpectus.

V T E N S.

1 VTens falſo inſtrumento niſi doceat vnde,& a quo habuerit,prǽſumptio eſt quod ipſe illud fecerit, vt declarat Io. de Anan.in c.qui de fur.de furt.vbi vide Salic.& Bal. in l.maiorem.C.de falſ.vbi Bal.dicit.Nota ex hoc text. quod qui vtitur falſo inſtrumento præſumitur illud feciſſe fieri, niſi nominet quis fieri fecerit. de quo etiã per Abb. in c.inter dilectos. in quinto notando.de exceſ. præl. Et Bal. in l iubemus.§.ſane. C.de ſacroſan. Eccl.Abb in c.fin.de crim.falſ.circa medium. Alex.in l.ſi quis obrepſerit.ff. de falſ.Salic.in l.ſi falſas. circa fi. C. de falſ.

2 Aduerte tamen, quod debet conſtare quod qui arguitur, vſus fuerit inſtrumento falſo, & quod eſſet falſum tempore vſus,& productionis, ita loquitur di. l. maiorem. Et Doctores ſupra. Et ideo ſi produceretur inſtrumentum, vel chyrographum quod reperiretur falſum,vel falſificatum,& non conſtaret quod eſſet ita falſificatum tempore productionis, nõ eſſet in lege nec terminis doctorũ,nec poſſet accuſari de vſu abſtinendo

nendo l.ſi falſos.C.de falſis,nec de confeſſione quod feciſſet vel fieri curaſſet, quia requiritur illa qualitas tempore vſus, vt dictum eſt. de hoc vide Boſſium in pract. tit. de indiciis,& conſid.ante tort.nu.57.& 58. *Tẽpore vſus requiritur qualitas illa.*

VXOR.

1 VXor hæretici non tenetur cohabitare ſibi,imo poteſt pe tere,vt iudicio Eccleſiæ ab eo ſeparetur,& pro hac forni catione ſpirituali fiet thori ſeparatio, ſicut fieret pro carnali, vt 28.q.1.c.ſimili modo,&.c.idolatria,& c. cauſa.Et ſi talis hę reticus redierit ad Eccleſiæ vnitatem, tunc ſi nõ erant ſepara ti iudicio Eccleſiæ,alter coniugum tenetur omnino redire ad alterum, ſi vero iam erant per ſententiam ſeparati, tunc erit in electione illius qui in fide remanſit,an velit redire ad coniu gem,vel religionem intrare, quia non poſſet in ſeculo remanere,nec alium recipere viuente altero coniuge, cum ipſe dicatur per pænitentiam ſanatus, vt 32.q.1.c. quod autem. Et ita debent intelligi verba c.de illa.& c. quanta.de diuortiis. *Thori ſeparatio.* *Feruor fidei.*

2 Vxorem duxiſſe clericus ſi inuetus fuerit publice,ſuſpectus erit de hęreſi,quia videtur male ſentire de voto,loquendo de clerico, qui eſt in ſacris, vel religioſo profeſſo, ſecus autem ſi clandeſtine,quia præſumitur ſolo libidinis impulſu id feciſſe. Abb.in c.de homine.de celebratione miſſ. *Clericus male de matrimonio ſentiẽs*

3 Vxores plures ducens in ſtupri pœnam incidit. l. eum qui duas.vbi glo.& Salic.C.de adul.Aret.& Caccialup.vbi ſupra Alex.in conſ.165. vol. 7. videtur male ſentire de ſacramento matrimonii.Abb.vbi ſupra. *Plures vxores ducens.*

4 Vxor,& filii contra hæreticos,ſed non pro eis in teſtes ad mittuntur.Quod nõ pro, ſatis videtur in c. filii. de hære.li.6. quod autem contra,ſatis patet quia teſtimonium eorum magis efficax eſt ad probandum contra.

SEQVVNTVR NON NVLLAE quæſtiones pro officio facientes.

QVAESTIO. I.

Emẽdatus de crimine.

AN reus qui de crimine ſe emendauit, accuſari debeat.

Reſpondetur quod ſic,iuxta dictum Inno. in c.de his. de accuſa.Et idem tenet glo.ibi. Et ratio eſt, quia per pænitentiam ſatisfecit Deo, ſed per punitionem in iudicio impoſitam ſatisfit reipublicæ,quam læſit reus committẽs delictum, vt cæteri timeant, ac quietius viuant. & facit l. hi qui. C. de Apoſta.

QVAESTIO. II.

AN contra hæreticum poſt mortem poſſit procedi, ſi in vita non ſit proceſſum.

Contra mortuũ quomodo procedatur.

Reſpondetur ꝙ generaliter omnia crimina ſua cum pœna ſimul cum morte extinguuntur.l.1.& 2.C.ſi reus, vel accuſator.mor.fuer.24.q.2.c.in ſumma, quod etiam procedit ſi reus poſt latam ſententiam contra eũ pendente appellatione mortuus fuerit.l.fin.C.ſi reus,vel accuſator.mor.fuer.l.2.C. ſi pendente appell.

At in crimine læſæ maieſtatis ſecus eſt propter in manitatem delicti,de tali enim ac tanto crimine etiam poſt mortem quis imputari poteſt, & procedi ſiue pendente iudicio quis mortuus fuerit,ſiue iudicio nondum cæpto. l. pen. & vlt. C. ad l.iul.maieſt.l.fin.ff.ad l.iul.maieſt.§.publica.& vide bonam glo.24.q.2.quæ enumerat omnes caſus in quibus proceditur poſt obitum alicuius. & ad idem glo. in c.accuſatus.de hære, li.6.iuncto textu in ver.poſt mortem.

Non defunctus,ſed ipſius memoria damnatur.

Sed aduertendum eſt,quod in hoc caſu non damnatur defunctus,ſed defuncti memoria.l.2.in fin. C. de teſtam. & manum.Lud.Ro.ſingul.432.Et ſingul.1278. Inquiſitio igitur,& proceſſus formabitur non contra ipſum mortuum, ſed cõtra eius

eius memoriam, quæ venit damnanda cum confiſcatione bonorum. Ita dixit Angel. Aret. §. interdum. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. vbi bona glo. in ver. memoria, dicit quod defunctus non eſt damnandus, cum iam ſit mortuus, nec cōtra eum formandus eſt proceſſus, cum mortuus non poſſit citari. l. de qua 1e. §. 1. ff. de iudi. Et vide Angel. in tract. malefi. in ver. ch'hai tradito la tua patria. verſ. Et bene aduertas, & in ver. Qui Iudex videns, & cognoſcens. in ver. & prædicta proce. Citandi enim ſunt filij eius, & agnati, vt veniant ad contradicendum, ſi quid habent quod opponant, ne Titii memoria damnetur. Ita voluit Angel. Aret. in §. interdum col. 2. In glo. in ver. damnato, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. vbi dicit quod non eſt mirum, quod citari debeant, quia eorum intereſt. l. 1. 2. & 3. ff. de liberal. cauſa. Et l. lege cornelia. ff. de iniur. in princ. ac etiam ſua intereſt propter bona, vt l. 1. Et per totum. C. ſi reus, vel accuſator. mor. fuer. Idem dixit. Bald. in conſ. 63. volum. 4.

QVAESTIO. III.

AN autem aduocatus interuenire poſſit quādo agitur de damnanda defuncti memoria.

Dic quod proculdubio aduocati pro hereticis interuenire non debent, vt in c. fin. de hære. li. 6. Et in l. quiſquis. §. deniq; iubemus. C. ad l. iul. maie. Et per Bar. in extrauag. ad reprimēdum. in ver. ſine ſtrepitu. Si tamen agatur ad damnādum defuncti memoriā eius qui de hæreſi eſt inculpatus, aduocatus & defenſor interuenire poteſt, vt not. Bal. in l. reos. C. de accuſa. in fin. Et late habetur per Præpo. in c. ſi quando. 2. q. 7. & ratio eſt, quia tūc non agitur de imponēda pœna ordinaria, & etiam quia defunctus perſonaliter ad ſui defenſionem cōparere non poteſt. Et nota quod heres tenetur defuncti innocētiam defendere, Inquiſitor autē tenetur contra defunctū probare, & niſi probet Inquiſitor, heres dicetur ipſius defuncti ꝓbaſſe innocentiam. Vide Hieronymum Gigant. in tract. ſuo de crim. leſę maieſt. in rubr. qualiter procedatur. quęſtione. 28. & 29. Quantum autem duret tempus inquirendi de hęreſi

Aduocatus admittitur pro agentibus.

reſi ſiue in vita ſiue poſt mortem, iam diximus ſupra in ver. cadauer. & ver. hæreticus.

QVAESTIO. IIII.

AN pater filium, & filius patrem de hæreſi infectum denunciare teneatur.

Primo videtur quód non, quia pater a filio accuſari non poteſt l. iniquum. c. qui accuſare non poſſunt.l. qui accuſare .ff. de accuſatio. Erubeſcit enim lex filios eſſe caſtigatores parentum ſuorum.§.ſed quod eſt ſan.in auctẽn. de nupt. l. cum oportet. C. de bon. quæ liberis. præſertim ne filii videantur ſanguinem ſuum tradere, quem excuſare tenentur.l. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſent. mor. ſibi conſci. facit tex.in c. 18. leuit. vbi dicitur, Patris tui turpitudinem non diſcooperies.

In oppoſitum dicendum putamus, quod tantæ immanitatis eſt crimen hęreſis,quod filius patrem,& pater filium denũciare tenetur.tex.eſt in l.famoſi.ff.ad l.iul.maieſt.Et l.hi quos .ff.de accuſa.l.vix certis.ff.de iudi.l.fin.C.ad l.iul.maieſt.& facit pro hoc quod voluit Andr.de Iſern.in c.1.§.præterea. tit. quæ fuit prima cau.benefi.amittendorum in vſibus feudi. vbi dicit quod filius tenetur indicare patrem contra imperium, vel rempub.machinantem.allegat Tullium li.3.de off.vbi ait quod caſtrorum diſciplina eſt antiqnior quam,liberorũ charitas.l.poſtliminiũ.§.filius.ff.de capt.& poſtlimi.reuerſ.ad idẽ dícas facere quod dicit idem Cicero li. 3. de off. cuius verba ſunt hæc,Quid, ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebit ne filius? imo obſecrabit patrem, ne id faciat.ſi nihil proficiet,accuſabit,minabitur etiã.ad extremum,ſi ad perniciẽ patriæ res ſpectabit,patriæ ſalutẽ antepo net ſaluti patris. Facit ad hoc glo.in c.1.in ver.& Chriſtiani. de conuer.infidel. quæ dicit quod pro patria pater in filium, & filius in patrem inſurgere tenetur. Nec propterea filius accuſans patrem in hoc crimine,dicitur ingratus, ſi cũ veritate pronunciet. Ita notauit Matth. de afflictis in c. 1.§.& bona committentiũ.col.4.verſ.& ſcias quod tãta. nu.41.in tit.quæ ſunt regalia. in vſibus feudi. De quo dicit eſſe glo. in conſt.

Filius patrẽ in quibus accuſare poſſit, & debeat.

Pater in filiũ et filius in patrem.

regni

regni. quæ incipit. Incõſutilem. de hæret. in ver.flammarum. Et facit quod dixit Dominus in Euangelio. Matth. 19. Qui amat patrem, vel matrem pluſquam me, non eſt me dignus.

QVAESTIO. V.

AN bona alienari prohibita veniant in confiſcatione bonorum.

Dicitur quod non.facit tex.& ibi Bar.in l. Imperatori.ff.de fideicommiſ.libert.ad idem tex.in l.iura libertorum.ff. de iure patro. idem voluit. Io. And. in addi.in ſpecul.in tit.de feud. & Alex.in conſ.23.opportune cõſideratis,in 1. vol.& de hoc eſt caſus in auten. bona damnatorum C.de bonorum præſcriptione. Aduerte tamen quod hoc procedit, quando alienatio eſt prohibita in alterius fauorem, quam eius qui aliena re prohibetur ab ipſo reſtatore, vt notat.Bar.in l.ſi quis in tantam C.vnde vi.circa medium.Augu.Berous in quæſtioni.ſuis familiaribus.q.41.Maria.Socin.iunior. in conſ.158. abunde. col.11.nu.36.in 2.vol. *Bona prohibita alienari cõfiſcari non poſſunt.*

Sed quæritur an ſaltem vſufructus huiuſmodi bonorũ alienari prohibitorum, vſufructuario cuius bona publicata ſunt naturali viuente, veniat in dicta cõfiſcatione. Bald. & Salice. in l.1.C.de bon. quæ liber.dicunt quod non, per textum in l. corruptionem, in fin.ff. de vſufruct. idem tenuit Alexand.in conſi.88.opportune conſideratis.in 3.volum.Contrarium tenuerunt.Alex.in conſ. 154.decreueram in hac cauſa. verſ.circa illud.nu.2.& Paul.de Caſtro.in l.inſulam.ff.ſolut. matrim. pro quorum opinione adducimus ea quæ voluit Matth. de afflictis in tit.quæ ſint regal.§.Et bona committentium. colum. 1.nu.5.vbi dicit, quod licet in generali confiſcatione bonorũ feudum non veniat, quod tamẽ fiſcus feudum tenebit durante vita ipſius condemnati. Adducit ad hoc. Andr. de Iſern. in c.1.§.prætereа.in tit.quæ fuit prima cauſa benefic.amitten.Et in.§.denique eo.tit.& pro hac opinione faciunt quę dicuntur in ſequentibus. *Fiſcus in quibus fructus ſuos faciat.*

QVAESTIO. VI

AN Iuſpatronatus veniat in generali confiſcatione bonorum facta ob crimen hæreſis.

In hac quæſtione Doctores ſunt varii. Nam Floria.in l.via.§.ſi fundus.ff.de ſeruit.ruſtico.prædio. tenuit iuſpatronatus tranſire in fiſcũ facta Generali confiſcatione, ea ratione quia ius patronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum. Idem tenuit.Abb.& Io. And. in c.nobis.de iurepatro. Idem Abb.in c. laici,& c.quinto, & alii multi.

Cõtrariam partem quam veriorem forte putamus tenuit glo.in c.ſatis peruerſum.diſt.l.1.& glo.in Clem.paſtoralis. in ver.ſubiectę.de re iudi. Bar.in extrauag. ad reprimendam. in ver.rebellando.Card Zabar.in Clem.ſi plures, de iurepatro. Matth.afflict.in c.vnico.§.ex eodem.nu.9. in tit.de legi.idem tenuit archi.in c.filiis.16.q.7.Imol.in l.inſulam.ff. ſolu.matri. Et hanc opinionem ſequitur Angel.in li.malefi.in ver.& eius bona publicamus.in verſ.& nota quod facta.nu.5. idem habetur per Felinum in di.c.quanto.colu.3. de iudi. & per Cæpol. in conſ.80.& per Andr.de Iſern.in c.licet.in tit. ſi de feud.fuerit controuerſia. At concordando has opiniones forte poſſet dici,quod prima opinio procedit donec viuit condemnatus, vt ſcilicet eo viuente fiſcus habeat præſentare eueniente caſu vacationis beneficii patronalis,ſicut præſentare potuiſſet condemnatus ante condemnationem. facit ad hoc tex.in l.lex vectigali fundo.ff.de pignori.Et l.peto.§.prædium.ff.de legat.2. Secunda autem opinio habet locum poſt mortem cõdemnati. Nam eo mortuo iuſpatronatus non erit apud fiſcum,ſed tranſibit in deſcendentes damnati.

Iuſpatronatus quomodo trãſit in fiſcũ

QVAESTIO. VII.

AN Feudum veniat in generali confiſcatione bonorum.

Dic quod doctores ſunt varii. Alex.in l.ſi finita.§.de vectigal.ff.de damno infecto, tenuit quod non,& ibi pro hac opinione multa accumulat. Oppoſitum tenuit Albericus in tract. ſuo ſtatut. in 3. parte. q. 16. pro qua opinione adducit in ar-

in argumentum dictum authen.ſi vero dominus ſemper.C.de hære.& tex. in l.ſi quis præsbiter C. de epiſc. & cler. & multa alia. Et forte pro concordia harum opinionum poſſumus dicere,quod nō tranſit feudum in fiſcum quo ad proprietatem, tranſit autem quo ad vſufructum, viuente ſcilicet ipſo condemnato,

Feudum quo modo trāſeat in fiſcum.

QVAESTIO. VIII.

AN confiſcatis bonis omnibus pro crimine hæreſis,in tali confiſcatione veniant bona emphyteuticaria.

Reſponde quod ſic, ſi talis confiſcatio fiat per Iudicem Eccleſiaſticum, ſiue tális emphyteuſis ſit eccleſiaſtica, ſiue non. Martinus de laude in ſuo tract.de fiſco.q.3.& allegat Bal.in l. fin.C.de rerum diui.Et 9.q. 3.c.quia. Alberi.in l.cum duobus ff.pro ſocio.§.fin. & Oldra. in conſ. 17. Et hoc vnum nota,ꝙ eo caſu quo emphyteuſis ex generali bonorum cōfiſcatione non tranſeat in fiſcum, fiſcus tunc durante vita condemnati fructum habebit talis dominii, ſoluendo tamen dum fructus percipit annuum canonem. l. fundus.ff.famil.erciſcun.l. fructus.ff.ſolut. matrim.

Emphyteotica bona quomodo confiſcāda veniāt.

QVAESTIO. IX.

AN hæreditas delata condemnato de hæreſi antequam condemnetur, nondum tamen adita, veniat in tali confiſcatione.

Hæreditas cō fiſcanda quomodo veniat.

Reſponde quod non,& hanc quęſtionem mouet Nellus in tract.bannitorum in prima parte ſecundi temporis.q. 30. qui dicit eam vidiſſe de facto ſic terminari, & plures rationes adducit,quas videre poteris ſi tibi placuerit.

QVAESTIO. X.

AN ſi filius de hoc crimine condemnetur, pater fiſco legitimam dare teneatur.

Reſponde quod non quia filius patre viuēte nullam habet actionem ad petendum legitimam;vt habetur in l.poſt emancipationem .ff. de liber. legat. Et comprobatur,quia pater filium qui commiſit crimen læſæ maieſtatis humanæ, exheredare poteſt, vt per Andr. de Iſern. in c. 1 .§. præterea vaſal-

Legitima cōfiſcanda.

lus.col.3.verſ. audiui iudicatum,in tit. quæ fuit prima cau.be neſi!.amitten.

QVAESTIO. XI.

AN Inquiſitorem offendens, poſſit ab ipſo Inquiſitore puniri.

Videtur quod non,quia excederet fines ſui mãdati,in quo non datur facultas puniendi niſi ea quæ ſapiunt hæreſim. Secundo quia eſt delegatus,delegatus autem non punit iniuriã ſibi factam,ſed legatus debet eam punire, vt extra de pœnis c.dilectus,& ibi plene per Inno. Sed cõtrarium dicas,quia in fauorem fidei his non obſtãtibus ipſe Inquiſitor poteſt punire offendentes eum,quia iniuria facta Inquiſitori videtur facta toti Eccleſiæ,vt 2.q.7.c.ſi quis ab Epiſcopo. Ad quod facit c.ex parte.de ver.ſig.& inſuper quia iniuria ſibi facta maxime dum eſt in actu explicandi officium ſuum, non videtur ſibi facta prætextu ſuæ priuatæ perſonæ, ſed in impedimentum officii, vt c.2. de foro compet. & pœna erit arbitraria pro motu Inquiſitoris, conſiderata qualitate perſonæ, iniuriæ factæ, & ſcandali.ff.de pœnis.l.quæ eſt canonizata,& c.fin.de pœnitẽ. diſt.2. Et hoc ideo,quia non inuenitur determinata a iure,& ſic relinquitur iudicis arbitrio,vt.ff.de effractor .l. explicatores.& quod notatur in c.de cauſis.de off.deleg.Calder.in ſuo directorio. c.31.& 32.

Inquiſitorem offendens.

QVAESTIO. XII.

AN quis poſſit eſſe teſtis, & accuſator.

Videtur quod nõ,quia eſſet teſtis in re propria, quod iura reprobãt,vt.ff.de teſt.l.nullus.& c. de cętero.de teſt. Sed dicendum quod poteſt,& ita ſeruat generalis conſuetudo officii Inquiſitionis, & iura contraria loquũtur,vbi cauſa,& res eſſet propria ipſius teſtis,ita quod ad ipſum ſpectaret commodum,vel incommodum, quod quidem non eſt in propoſito, cum hoc crimen ſit publicum, & petatur coherceri iniuria illata omnibus in contumeliam creatoris,vt C.de hære.l.Manichęos.Propterea in hoc crimine poteſt fungi perſona duorũ C.ſuper eo.de teſt.& c.cum in tua.de ſponſal. & c. ad diſſoluẽdum,

Teſtis, & accuſator.

dum, & c. videtur. qui accuſ'. poſſ. Calderinus in ſuo directorio.

QVAESTIO. XIII.

Subſcribens ſcripture aliene quomodo ſibi præiudicet.

AN ſubſcribens ſe ſcripturæ per alium factæ, in omnibus, & per omnia ſibi præiudicet.

Reſpondetur quod ſic. Et ita ſibi preiudicat, ac ſi totaliter manu propria eam ſcripſiſſet. Ita notat Bar. & Angel. in l. empτor. §. lucius. ff. de pactis. Per illũ textum not. faciunt quę not. Alex. in l. quam antiquitas C. de teſt. Et vide Marſil. in repeti. de proba. nu. 295. vnde ſi ſe ſubſcribens, poſtea vult dicere ſe fuiſſe deceptum, oportet quod probet. Et ita dixit Bar. in l. 1. in. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & Paul. de Caſtro in conſ. 358. Et per Marſi. in alleg. loco. nu. 296. paria enim ſunt ſcribere, & ſubſcribere. l. ſi ergo in. §. dotis. ff. de oblig. l. ſi ita ſtipulatur in. §. Griſogonus. ff. de verbo. ſignificat.

QVAESTIO. XIIII.

Hæreſes dicẽs

AN ſit credendum ei qui protulit hęreſes, ſi dicat ſe nõ malo animo loquutum fuiſſe, ſed vel ex ignorantia, vel lubrico linguæ, vel alio reſpectu non hæretico.

Reſpondetur quod certe in his quæ dependent ab animo, niſi præſumptiones omnino oppoſitum conuincant, ſtatur dicto aſſerentis cum iuramento. glo. in. §. aliæ inſtit. de actio. quã pro ſingul. allegat Petrus de Ancha. in conſ. 158. incip. rationes quæ ſuperius &c. Et Angel. in conſ. 313. incip. viſo teſtamento. & de hoc Marſil. in pract. crimi. §. diligenter. nu. 109. quod intellige verum niſi alias fuerit periurus, quia tunc nõ ſtabitur dicto ſuo etiam cum iuramento, vt dicit Felin. in c. ſignificaſti, quinto de homicidio. Si autem præſumptiones in oppoſitum ſunt vehementes, ponetur ad torturam, in qua ſi ipſe perſeueret, quod nõ malo animo loquutus ſit, tũc punietur tamquam de hæreſi ſuſpectus leuiter, vel vehementer, cõſiderata qualitate perſonæ, delicti, & ſcandali. Si autem præſumptiones omnino conuincant eum malo animo loquutum fuiſſe, quia eſt vir doctus, & non poteſt allegare ignorantiam, vel

Periuro non creditur.

Præſumptiones.

vel correctus noluit ſe corrigere, vel in publica prædicatione, vel lectura talia dixit, & ſic de aliis quæ omnino demonſtrant malum animum, tunc non audietur, ſed de hæreſibus punietur. Et ſi voluerit eas hæreſes abiurare corde contrito, recipiatur, ſin autē brachio ſeculari tradatur, iuxta c. ad abolendam. de hære. Eccleſia enim non iudicat niſi ea quæ videt, & ex his de his quę ſunt in corde. Omne enim malefactum malo animo præſumitur factum c. 1. de prǽſumpt. vt ſupra in ver. Hæreticus.

QVAESTIO. XV.

AN per ſimplicem ſcientiam quis incidat in pœnam huius criminis hæreſeos, ſi non reuelet.

Dic quod ſic, vt in l. quiſquis. ver. fin. C. ad l. iul. maieſt. Et ibi Salic. & Bar. Et in l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam. de parricidi. Quod tamen intellige ſecundum aliquos ſi ſcientia ſit probabilis, ſecus ſi non eſt probabilis, quia tunc nō cadit in pœnam ſi non reuelet, vt per Bald. in conſ. 58. 1. vol. Et in ſingul. ſuo. 164. incip. Nemo debet. Angel. in tract. malefi. num. 10. ver. quod crimen. Sed iſti intelligendi ſunt quando procederetur per accuſationem, non autem ſi procederetur per ſimplicem denunciationem, vt communiter fit in crimine hæreſis. Poterit igitur puniri ſola ſcientia, ſiue ſit probabilis ſiue non, quia qui alium cum poteſt ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui facinori deſinit obuiare. Qui igitur ſcit aliquem hęreticum eſſe, nec Inquiſitori denunciat, eius fautor cenſetur, & vt talis poteſt puniri, vt per Calderinum in ſuo directorio Inquiſitionis c. 5. ponitur. qui multa etiam ad id adducit. Et maxime puniri debet, quando quis requiſitus ab Inquiſitore vt deponat, & non vult deponere verum, ſed celat.

Non reuelans.

Ab errore non reuocans ſe errare demonſtrat.

QVAESTIO. XVI.

AN Inquiſitor poſſit ſine Epiſcopo ſententiam abſolutorium ferre.

Glo. in Clem. Multorum. de hære. dicit quod ſic, ſi ſolus proceſſit, quia ſic erat de iure antiquo, & nō reperitur mutatum, niſi

Sententiā abſolutoriā fer-

niſi dum agitur de condemnatione. argumentum in c.ſtatutum.de elect.li 6.facit quod nota.in ſimili.diſt. 12.c.præceptū 3.q.6.c. accuſatus.cum glo. *re quādo poſſit Inquiſitor.*

Contrarium autem tenet Stephanus,vt refert Io. And.in addi.qui mouet per regulā illam, qui poteſt ligare poteſt abſoluere.diſt.21.c.inferior.& quod ibi nota.facit de penit.diſt. 1. c. verbum. Item quia non minus periculum eſt in abſolutione iniuſta,q̃ in condemnatione, vt probatur in di. Clem. Multorum.§. verum. Quinimo videtur maius propter periculum huius peſtis. Et reſpondet, quod non obſtat quod notatur per glo. quia non eſt verum,nec obſtat c. accuſatus,vel aliud quid allegatum per primam opinionem,imo omnia cōfirmant hanc opinionem,vt patet per notata per Archi.& ſic reſidet Io. And. Hæc pars certe videtur æquior (inquit Io.de Imol.) licet forte glo. ſit verior per not. in ſimili per glo.ff.de iudi.l. hęres abſens, & l. omnem. Et per glo. in cap.primo ne cler. vel mona. li. 6. Et in c. licet canon. de elect. lib. 6. vide Carer. in tract. de hære. nu. 72. qui tenet, quod poteſt abſoluere, ſed tamen dicit quod magna eſt auctoritas Io. And. in iure canonico qui oppoſitum tenet. Vide Io. de Imo. in di. cap. Multorum.

QVAESTIO. XVII.

AN Inquiſitor ſine Epiſcopo aliquem duriori carceri tradere poſſit.

Reſpondetur. Si reus alicubi non eſt ſecurus, poteſt Inquiſitor ſine Epiſcopo eum remouere, & duriori carceri tradere,quia tunc ad cuſtodiam illud agit,& non ad pœnam,quod ſibi tantum ſine Epiſcopo prohibitū eſt agere, Paul. in Clem. Multorum. de hære. Et ſic limita tex. illum per argumentum a contrario ſenſu. Allegatur etiam. de pœnit. c. quamuis.li. 6. Et diſt. 82. c. presbyter. 26. q. 1. c. viduas. vide etiam Io. de Imo. & Card. Zabar. in di. Clem. Multorum. *Duriori ad cuſtodiam nō ad pœnam.*

QVAESTIO. XVIII.

AN ſi Inquiſitor torquet reum ſine Epiſcopo, & confiteatur talis confeſſio valeat.

Reſpondetur

Confeſſio extra iudicium vel coram iudice in competente quando præiudicat.

Reſpondetur. Stephanus in Clem. Multorum. de hære. tenet, quod talis confeſſio abſolute non valet, quia nõ eſt facta coram ſuo Iudice. c. At ſi clericus. de iudi. Si tamen perſeuerat in tali confeſſione poſt tormenta, valet. Alleg. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. Et. ff. de minoribus. l. auxilium. §. ſed nec ad leges. ad hoc quia tunc ceſſat metus tormentorum. Pro hoc facit, quia confeſſio facta extra iudicium præiudicat. alleg. c. quam ſit. de exceſ. prælat. Facit quod not. per Inno. in c. per Inquiſitionem. de elect. Cum hoc dictum facit. l. penul. & quod ibi notatur. ff. de quæſtioni. vide igitur Io. de Imola in di. c. Multorum in Clem. de hæreticus.

QVAESTIO. XIX.

AN petens veniam ab Inquiſitore apud quem denunciatus eſt de hæreſi, delictum fateri videatur.

Quod ſic, apparet quia vbi non eſt delictum petitio veniæ non cadit. Priuatio enim habitum præſupponit. l. decem. ff. de ver. oblig. Quod non, apparet per glo. ſingul. in c. exhibita. de homici. quam ſequitur Roman. in l. 1. §. Nunciatio. ff. de oper. noui. nuncia. veniam enim petendo cenſetur illam petere ad placandum Principis iram contra ſe, ex mala maleuolorum informatione cauſatam. Nos autem in hac re dicimus ſecundum Doctores diſtinguendum in di. cap. exhibita. Primo caſu petens veniam delictum fateri videtur, vt dicunt Hoſt. Ant. de Butrio. Io. de Anan. Card. & Abb. in di. c. exhibita. Secundo caſu, non videtur fateri delictum, & hoc voluit Cæpol. in conſ. 21. col. 4. verſ. ſed plus dico. Et ſequitur Marcus Ant. Blanch. in ſuo tract. de Indic. nu. 308.

Ad euitandum autem quod petitio veniæ etiam in Iudicio non faciat delicti confeſſionem bonum, erit quod quis dicat. Non puto me dixiſſe vel feciſſe tale quid, ſed ſi in aliquo erraui, veniam peto. Ita voluit Abb. in di. c. exhibita. in finalibus verbis. Et ibidem Petrus de Anchar in 5. not. Et manifeſtatur hoc in exemplo. Nam licet quis petendo abſolutionem ab excommunicatione, videatur fateri delictum, ſcilicet eſſe excommunicatum, cum abſolutio vinculum præſupponat. C.

Ad diſſol-

Ad diſſoluendum. de ſponſ. impub. tamen ſi quis etiam in iudicio abſolutionem petat ab excommunicatione ad cautelã, non ex hoc ſe excommunicatum fatetur, vt dixit Io. And. in di. c. exhibita. col. vlt. verſ. in gloſa penult. alleg. tex. in c. venerabili. de ſent. excommunicationis. *Abſolutionẽ ab excommunicatione petens.*

QVAESTIO. XX.

An vnus teſtis ſolus ſi ſit omni exceptione maior, faciat indicium ad torturam in hoc crimine.

Videtur quod ſic per Alberi. in l. In quæſtionibus. ff. ad l. iul. maieſt. per tex. in fin. Petrus. & Cynus in l. ſi quis C. ad le. iul. maieſt. & not. Bal. in l. milites. C. de quæſtioni. Quod non autem, videtur per tex. in di. l. ſi quis. Ibi. ſi aliis manifeſtis indiciis ſuam accuſationem. Nos diſtinguendum putamus, quod aut vnus teſtis deponit de veritate facti, & eo caſu indicium ad torturam facit regulariter, Cynus in l. fin. C. de quæſtioni, not. in di. l. ſi quis c. ad l. iul. maieſt. & in l. maritus. ff. de quæſtioni. Aut vnus teſtis deponit non de facti veritate, ſed de indicio, & tunc quia ad probandum indicium duo teſtes ad minus requiruntur. glo. ſing. & ibi Docto. in l. fin. c. famil. erciſc. dictum vnius non facit indicium ad torturam. Vide in ver. teſtis. *De facti veritate vel de indicio.*

Nota tamen vnum memoria dignum, quod licet quodlibet indicium duobus teſtibus debeat probari, vt ſit ſufficiens ad torturam, attamen vbi plura eſſent indicia, & probarentur teſtibus ſingularibus, ex illis plures reſultarent præſumptiones, quæ ad torturam ſufficerent, vt voluit Fulgoſius in di. l. fin. c. famil. erciſc. quem ſequitur Socinus in conſ. 54. in 3. vol. hæc Brun. de indiciis, & tortu. *Singularium teſtium multitudo quid faciat.*

QVO a nobis aſſumptus labor non iuribus modo ac Doctorum opinionibus pingueret, verum etiam variis in iudicio optime digeſtis cauſis,ceu exempla ribus quodammodo fulgere videretur, caſus qui dum ibidē Inquiſitorem ageremus, Placētiæ diſcuſſi fuerunt, ei addere putabamus, verum inde tracti ad Vrbē,ac in ſancto officio lo cati,opereprecium duximus Romanas primum,mox Placen tinas,& non omnes quidem,ſed eas tātum ſubnectere deciſio nes, quæ inſigni aliqua notatione nobis digna viderentur. exemplis namque,& ſimilitudinibus,magis quam diſputatio nibus,ſeu allegationibus moueri videtur gliſcens mortalium appetitus.

SEQVVNTVR CASVS PER DIVERSOS I. V. Doctores ad Inquiſitoris inſtantiam Placentiæ diſcuſſi, quorum primus talis fuit.

CASVS. I.

QVIDAM vehementer indiciatus captus, & in fortiis Inquiſitoris detentus, poſt innumera fere periuria,& mendacia tandem proprio ore cōfeſſus eſt ſe fuiſſe de ſecta lutherana,& infra ſcriptos errores per nonnullos annos tenuiſſe, videlicet.

Primo,quod Papa nullam in ſpiritualibus haberet auctoritatem, ſiue iuriſdictionem.

Secundo,ꝙ Papa eſt Antichriſtus,ideſt contra Chriſtum.

Tertio, quod nullum ſit purgatorium, & alios quam ſimiles errores plurimos, qui aſcendunt ad numerum fere quinquageſimum.

Quæritur primum,quid faciendum ſit de ipſius rei domo, in qua conuenticulæ fiebant hæreticorum.

Secundum,an hic infelix reuerti cupiens ad miſericordiā recipi poſſit,& debeat,ac receptus quibus pœnis puniri mereatur,& debeat.

Conſilium cenſuit reum memoratum, qui tam diu tot, ac tantis inſanis hæreticorum erroribus obſtinate,& pertinaciter, vt pote nouus hæreſiarcha inſeruiuit, nulla penitus miſeratione dignum eſſe. Et vbi ad publicam abiurationem ex nimia ſanctæ matris Eccleſiæ catholicæ clementia admittendus ſit, rigoroſior ſolenniorq; forma ſeruari omnino debeat, illamque non niſi quo ad ſacramenta, & ea quæ ſalutem animæ concernunt, eidem opitulari poſſe, quia quo ad ſacrilegia & alia deteſtanda per eum commiſſa, curia ſecularis intendit vti iure ſuo, eumque punire iuxta iuris, & ordinum fori ſecularis diſpoſitiones, atque ſanctiones. Domum vero, & alia ipſius rei bona publicanda eſſe iuxta iuris decreta, & conſtitutionum ſuperinde editarum tenorem, & prout deinde in executione ſententiæ declarari continget. *Rigoroſior ſed iuſta Placen. Concilii ſententia.*

Prætor, & Conſilium Placentinum.

CASVS. II.

QVidam de hæreſi Lutherana infamatus ac vehementer indiciatus per miniſtros Inquiſitoris captus, & detētus fuit, & in primo examine ſtatim, & ſpontanee confeſſus eſt ſe de Lutheranorum ſecta per aliquot annos fuiſſe, ac multos illorum errores tenuiſſe, & crediſſe, & inſuper propter in eorum concilio factum decretum, quo facilius parochum, imo ſeipſum deciperet, ſpreta confeſſione ſacramentali ſacroſanctam Euchariſtiam ſumpſiſſe, & hoc ſemel tātum, poſt a ſeipſo reſipuiſſe, & decreuiſſe pro errorum ſuorum facienda purgatione ad Inquiſitorem accedere, idque probauit, ſed a miniſtris ſacri officij præuentus fuit. Nunc rogat ne huiuſmodi captura ſibi pīudicet, quo minus credatur ſpōte reuerſus.

Circa propoſitum thema aduertēdum eſt, ne ſimulata cōuerſione in hæreticam labem lapſus fraudulenter redierit, & ne ſub agni ſpecie lupum gerat. Hoc ſolerter prouiſo, iuxta c. vt officium. de hære. li. 6. quia ſponte confeſſus, & attentis in themate narratis, videtur iudicis arbitrio puniendus, abiurata tamen *Ne ſub agni ſpecie lupum gerat.*

ta tamen prius hæreſi,iuxta c.ad abolendam.de hære.late in ſum.Silueſt.tit.de hæret.q.12.vbi dicitur quod iſta opinio eſt magis pia, quod hæreticis redire volentibus poſt condemnationem parcatur,tanto magis ante condemnationem.Et ſi Iudex videt ipſum reum contritum, & ſperat de conuerſione ſua,tunc poteſt ei parcere iniuncta pænitentia ſalutari pro arbitrio ſuo moderanda.di.c.ad abolēdam Hoſt. in ſumma.tit. de hære.verſ.qualiter deprehendatur nu.3.& ver.quando,& qualiter Eccleſiæ reconcilietur.nu.12.iuribus, & rationibus ibi allegatis.

Lucas Franciſ. Conſil.

HIc profecto(ni fallimur) dicitur ſponte reuerſus,& illico, iuxta not.in c.ad abolendam.de hære.ver.Niſi continuo, poſt deprehenſionem erroris. Et propterea abiurando hæreſim prædictam,& redeundo ad catholicam orthodoxamque Eccleſiam veraciter, mentis & cordis ſinceritate atque conſtantia,& non ficte(viderint qui faciem ouis errātis,& deuiæ accurate proſpexerunt,Si etenim magis ſcire poſſunt)pręuia abſolutione generali iuxta c.vt officium.de hære.li.6.iniungi poterit ſalutaris pænitentia,necnon & aliqua pœna irrogari arbitrio vtraque iudicare debentium in cauſa iſta,adde.c. vt commiſſum.§.necnon.eo.tit.li.6.vbi ſcrib. ad arbitrium verſabitur in commutando carcetem perpetuum in domum ciuitatis ſeu ruris ad tempus, & vbi ſoluendo eſſet,in pecuniariam pœnam,& in conſeruando vndique famam,& honorē, repiſcentis, & ad fidei catholicæ vnitatem libere reuertētis, ſatis ſit nobis conſuluiſſe ſaluti animarum. In cæteris vt miſericorditer, & pie agendum cum reuertentibus modo quo ſupra.

Carcer latior.

Bernard. Alberghetus Conſ.

CASVS. III.

QVidam per nonnullos ſuorum complicum de hæreſi lutherana delatus conſpectui Inquiſitoris hæreticæ prauitatis

tatis non citatus nec vocatus ſe præſentauit, aſſerens, & promittens ſe velle libere omnes ſuos errores confiteri, paratus abiurare, & pænitentiam ſalutarem recipere. Et in iudicio conſtitutus perſonaliter præmiſſo iuramento abſque minis, vel tormentis ſponte, & prompte faſſus eſt ſe fuiſſe per annos plurimos de ſecta lutheranorum, & cum illis tenuiſſe, & credidiſſe errores, & hæreſes eorum, petens ad miſericordiam recipi, & eccleſiæ catholicæ reuniri.

Quæritur, an talis in eccleſia, vel potius alio in loco ſecretiori abiurare, & qua pœna puniri debeat.

Attento ſupradicto themate conſilium cenſuit prædictum conſtitutum, & ſponte confeſſum humaniter, & benigne eſſe recipiendum, & honeſtiſſima abiuratione cum eo agendum, & ad pænitentiam ſalutarem admittendum. *Benignior ſententia.*

Prætor, & conſilium Placen.

Io. Petrus Vicarius prædicta approbo. & R. P. Inquiſitori vices meas committo.

CASVS. IIII.

Seius in manibus Inquiſitoris omnem abiurauit hæreſim, cui impoſita fuit talis pœna, ne ſcilicet ad monaſteria ſanctimonialium de cetero accederet, & ſemel in menſe per annum continuum Inquiſitori ſe præſentaret. Dictus Seius impoſitam ſibi pænitentiam in totum non perfecit. Nam quandoque ſe non præſentauit, ſed & ad monaſteria monialium acceſſit. Modo quæritur, an dici debeat incorrigibilis, ſeu impænitens. Et ſi ſic, an poſſit & debeat tradi curiæ ſeculari.

Hanc quæſtionem cum in aliquo iuris canonici textu expreſſe determinatam non inuenerimus, dignum duximus ipſam ex peritorum in iure canonico opinionibus, & ſententiis declarare.

Et primo quo ad primum pro parte negatiua adducimus, D. Antonium de Butrio in c. cum non ab homine. de iudi. ſic

dicentem,

dicentem. Iam dixi quod ſi pænitentia eſt ei iniuncta, & non ſeruet, erit incorrigibilis, & poſſet tradi brachio ſeculari.

In oppoſitum eſt communis opinio Doctorum. Bal. in di. c. cum nō ab homine. vbi ponens differentiam inter id quod primum iuriſdictionis Prætoris, & id quod eſt ſecundum ſiue vltimum, ſic ait. Ille qui non obtemperat Prætori in eo quod eſt primum ſuæ iuriſdictionis, ideſt quia citatus non comparuit, non dicitur incorrigibilis, licet ſit contumax. Ille vero qui ei nō obtemperat in eo quod eſt vltimum ſuę iuriſdictionis, vt quia depoſitus non dimittit officium, vel gerit officiū, incorrigibilis dicitur. Tunc ſic ſubſumo. Vltimum iuriſdictionis iudicis, eſt pænitentia quam imponit per ſententiam diffinitiuam quæ eſt ſuæ auctoritatis vltimum, vt claret. ergo qui pænitentiam ſibi iniunctam nō perfecit, erit incorrigibilis & impænitens. Huius opinionis fuit Fredericus de Senis in cōſ. 157. vbi ſe ſubſcribit opinioni Abb. de podioboniti, vbi dicit, quod Inquiſitor non poteſt remittere pœnam illi, qui impoſitam ſibi non peregit, ſi prius abiurauerat. Io. Calder. in conſ. 480. quod eſt ſecundum, de hæreticis, prope finem. Idē tenet Archid. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. in ver. carcere. idem tenet quem ſequitur Gemin. in eodem c. Abb. in di. c. cum non ab homine. pertractans quis dicatur incorrigibilis, inter tales recenſet illum, qui impoſitam ſibi pænitentiam adimplere, & peragere neglexit. Et ſpecialiter loquitur de eo, qui fugit e carcere in quo fuerat ob crimen recluſus. Claret ergo prima pars propoſitæ quæſtionis. Ad D. Antonium de Butrio, quicquid dicat Abb. vt ſupra, dicitur quod ipſe pænitentiam iniunctā non peragere quid importet, non recte conſiderauit. Qui enim pænitentiam impoſitam non implet, dat vehementem ſuſpicionem, & merito ſuſpicari poteſt ipſum non pænituiſſe, & ſic vel ad priora rediſſe peccata, vel in ipſis perſeuerare, & ita dicetur incorrigibilis etiam ſecundum dictum. D. Antonij.

Incorrigibilis quis dicatur.

Ad ſecundam quæſtionem, ſcilicet an talis brachio ſeculari tradi poſſit, duobus modis reſponderi poteſt per Doctores.

res. Et primo dicitur de mente Io. Calder. in c. literas. de p̄ſumpt. quod pænitentiæ ab Inquiſitoribus imponi ſolitæ ſunt duplicis ordinis. Quædam enim ſunt quæ de directo contra hæreſim tendunt, velut ipſam deteſtari, contra illam prædicare, cum hæreticis non conuerſari, & huiuſmodi. Aliæ vero ſunt quæ non directe ſunt contra hæreſim, ſicut ieiunare, peregrinari, & ſimilia. Non implens ergo pænitentiam primi ordinis tradi debet brachio ſeculari, at non ſic de ſecundi. Tunc quis dicitur relapſus, quando facit illud quod non eſt dubium feciſſe ex conſcientia, & loquela approbati a ſe erroris. Et hoc videntur velle Doctores in di. c. vt commiſſi. vide etiam Scilacen. de fi. catho. c. 19. *Relapſus quis*

At quicquid ſit de veritate opinionis, dicimus quod hęc reſponſio non valet ad liberandū ipſum Seium, ne tradatur brachio ſeculari, imo potius quod tradatur. Nam ſibi impoſita fuit pænitentia primi ordinis, ne ſcilicet ad monaſteria monialium accederet, & hoc ideo ne eas inficeret.

Aliter ergo de mēte Archid. & Freder. de Senis vbi ſupra reſpōderi poteſt, & dici, quod brachio ſeculari iſte tradi non debet, quoniam tunc quis tradi debet brachio ſeculari, quando nullam rationem, quare pænitentiam non perfecerit, adducit. Non autem ſic eſt de Seio noſtro. vide in c. accuſatus. de hære. li. 6. §. ille quoque. Adducit enim ipſe Seius pro rationabili cauſa, quod a Principe ſuo licet temporali liberatus, ſeu diſpenſatus fuit, & quod pro certo credebat ipſum Principem id potuiſſe facere, & ſi aliter crediſſet, cum iuramento affirmat ſe nunquam Inquiſitoris mandatum fuiſſe prę teriturum, & quod ſi ad monaſteria monialium acceſſerit, nō ex malicia, ſed ignorantia, nec ad malūm finem, ſed tātum lucri cauſa id feciſſe dixit. Nam moniales cantum docebat.

Sed nota quod hęc ignorantia craſſa videtur, nec illum excuſare poteſt. Nam non ita facile credimus illum tam rudē, & ignarū fuiſſe, vt neſciret omnino inter ſecularē, & eccleſiaſticam auctoritatem diiudicare, & contra talem reſponſionem ſuam videtur eſſe Archid. ſentētia & D. Cardinaliū Inquiſitorum

rum generalium. Quidam enim aſſerũt pręfatos Reuerendiſſimos Cardinales declaraſſe impęnitentes poſt abiurationem hæreſum tradi debere brachio ſeculari, & huius declarationis fuit cauſa quidam cui ab ipſis poſt abiurationem, ne prædicaret aut legeret impoſitum fuerat, qui tamen pueris quibuſdam in domo logicam priuate legere deprehenſus fuit, tamen ne publice legeret prohibitionem accepit.

Ad hoc dici poteſt, quod vbi, & quando hæc facta fuerit declaratio non apparet. ſi tamen ita ſit, dici poteſt quod facta fuit tantum de illis quibus ipſi domini Cardinales poſt abiurationem hæreſum pænitentiam imponebant ad maiorem maieſtatis conſeruationem, & gradum quem tenent, in cuius ſignũ talem declarationem aliis Inquiſitoribus non intimarũt.

Pro reſolutione ergo huius dubii nobis videtur, quod eius totalis difficultas ad hoc tendat, vt videatur quis vere, & proprie incorrigibilis dicatur, ſeu impænitens. Nam ſi ſit incorrigibilis, tradi debet vt Doctores dicunt, ſi non ſecus.

Incorrigibilis quis dicatur.

Dicimus ergo cum Abb. in di. c. cum non ab homine, quod ille vere, & proprie incorrigibilis eſt, qui non ſolum non peragit ſibi iniunctam pænitentiam, ſed etiam qui fugit iudicẽ, ipſi reſiſtit, vel ab ipſo ſe occultat, vel impedit ne reum poſſit arctare. tunc enim Eccleſia non habet amplius quid faciat, & ideo comprimendus eſt per poteſtatem ſecularem. At ſi tantum pænitentiam non peregerit, nec tamen ſe abſconderit, fugerit &c. cum Inquiſitor poſſit illum de nouo punire, non dicitur incorrigibilis, & per conſequens non debet tradi brachio ſeculari. Et cum dictus Seius non fugerit nec ſe abſcõderit, ſitque leuioris armaturæ vt muſicam profitẽtes eſſe ſolẽt, incorrigibilis proprie dici non poterit.

Frater Angelus Aduocatus de Verona
Inquiſitor Placen.

EGO Alouiſius Grampus. I. V. Doctor Vicarius Epiſcopalis Placen. conuenio in ſententia prędicti domini Inquiſitoris, quia proprie incorrigibilis dicitur, de quo nulla

nulla eſt ſpes quod corrigatur, vt ſonant verba in di. c. cum non ab homine. in fin. ibi. cum venerit in profundum malorũ tradatur curiæ ſeculari. vt per glo. in c. illud. ſane. 24. q. 4. vbi dicitur, quod quibus prodeſſe non poterit correctio, non pareat abſciſſio. Sed quia in themate præmiſſo dicitur quod ille non eſt penitus incorrigibilis, quia & ſi pænitentiam ſibi iniunctam non perfecerit, tamen ſe non occultauit. Igitur nec incorrigibilis, nec in abiuratam hæreſim erit relapſus.

CASVS. V.

QVidam notarius procuratorem agens in fortiis Inquiſitoris detentus, poſt multa mẽdacia, & periuria coram ipſo Domino Inquiſitore iudicialiter faſſus eſt ſe ſciuiſſe, & intellexiſſe a quodam eius nepote ſacerdote ipſum examinari feciſſe Gaium minorem, & Ruſticum ipſius ſacerdotis fratrem in cauſa hæreſis contra Titium, & alios quoſdam, & eidem Gaio in iudicio falſitatem deponere feciſſe, ſed ab eo non intellexiſſe quod id feciſſet, vt rem gratam ipſi notario faceret. Et cũ pręfatus Gaius teſtis dicta de cauſa in executionẽ literarũ Apoſtolicarũ citatus fuiſſet ad ſe præſentandũ corã præfato Domino Inquiſitore, dictum Gaium teſtem ad nõ comparendum ſuaſiſſe. & ſubinde in executione ſecundę citationis cum omnino ſe conſtituere vellet pro vt et ſe cõſtituit, pariter faſſus eſt eidẽ Gaio teſti dixiſſe, Li frati ti eſſaminaranno, ſtà sù la negatiua, e ſe ti dimãdaranno del primo commãdamento che t'hanno mãdato, dì che non l'hai hauuto. Exindeque cum dictus Gaius teſtis ſe conſtituiſſet, & examinatus fuiſſet, ac carcerem exiuiſſet, idem notarius faſſus eſt ſe ab eodem teſte perquiſiuiſſe, & intellexiſſe de & ſuper quibus examinatus fuerat, & quid in dicto examine reſpõderit, & eidem Gaio teſti feciſſe propria manu ſcripturam correctionis (vt aſſerit) confirmatoriam huiuſmodi falſæ depoſitionis, & etiã deferendum præfato Domino Inquiſitori, & notario actorũ licet per diem naturalẽ iam factum eſſet dictum examen, & non obſtãte etiam, ꝙ dictus Gaius teſtis deponeret, & etiam poſt eius depoſitionem factam contra dictum Titium contra

quèm fuerat examinatus de dicta falſitate a dicto ſacerdote ipſius notarii nepote ſciuiſſet,& intellexiſſet ſcripturam cor rectionis huiuſmodi confirmatoriam dictæ falſitatis, faſſus eſt ſe feciſſe vt aliquod auxilium ipſi Gaio teſti, & ipſius notarii nepoti præſtaret.

Quæritur qua pœna ſit plectendus ipſe notarius.

CVM ex narratis in ſupradicto themate non conſtet depoſitionem factam per dictum teſtem ad ſuggeſtionem memorati notarii cuiquam nocuiſſe, conſilium cēſuit mitius cum ipſo notario agendum eſſe, & ideo extraordinarie arbitrio iudicis puniendum fore.

Prætor, & Conſ. Placen.

CASVS. VI.

PEnes ſacerdotem de hæreſi ſuſpectum, & in fortiis domini Inquiſitoris vt de fide reſponderet detentum breuiarium repertū fuit, in cuius primo folio ſcriptum erat, diabolus hic, ac in dicti breuiarii folio vltimo depicta erat imago beatiſſimæ Dei genitricis domini noſtri Ieſu Chriſti figuram in gremio cōtinens, quorum vtraque imago effoſſis oculis etiam in variis locis ſfriſata erat. De ſupradictis interrogatus ipſe clericus negauit de his aliquid ſciuiſſe. Hic poſt factum examē dum per cuſtodem ad carcerem reduceretur fugam fecit, ac per altam dormitorii fratrum feneſtram ſuper tectum quoddam aſcendit, indeque in viam publicam præcipitem ſe dedit. Fracto igitur latere iterum in carcerem portatus, cum iam per dies ſeptuaginta manſerit, nec adhuc ſanitati reſtitutus ſit, quæritur quid de illo ſit agendum. An ſcilicet attenta ipſius rei lateris fractione ad purganda indicia, ac etiam pro habenda veritate aliquo tormētorum genere, & quo torqueri poſſit,& debeat in illius examinibus prçuiis, maxime attentis periuriis, & mendaciis.

Vidimus

Vidimus ea quæ contra ſacerdotem ſuſpectum de hæreſi nobis ſignificaſtis,ea omnia in conſilio noſtro propoſui,& ita nos omnes re inter nos bene penſata, cēſuimus medicos eſſe conſulendos. qui ſi retulerint nullum ſubeſſe periculum maioris, ſeu deterioris infirmitatis,vbi iſte ſuſpectus quæſtioni, & tormentis admoueatur, illum vtique torqueri debere, cū ſit admodum ſuſpectus de hæreſi, ſtantibus verbis illis in horario eius ſcriptis,videlicet,diabolus hic.Item ſtante conſciſſione imaginis diuæ virginis, & D. N. Ieſu Chriſti, et fuga eiuſdem presbyteri. Nam conſcindere, & ſpurcare imagines ſanctorum,nedum diuæ virginis, & D. N. Ieſu Chriſti crimē eſt capitale, quod plurimū ad hæreſim tendit,quia lædit diuinam maieſtatem.Et hæc pauca ſufficiant,omnia remittentes prudentiſſimo arbitrio. R.P.V.cui me plurimū commendo. *Spurcare imagines crimen eſt capitale.*

R. P. V.

Bernardus Bregontius Prætor Placeñ.

C A S V S. VII.

COmmunicato colloquio cum Magnificis D.D. Collegis omnes concordi voto in hanc ſententiam venimus, vt quantum attinet ad captum, & detentum, & qui ſponte poſtea confeſſus eſt,conſideratis his quę in facto proponuntur, ille carceris perpetui pœna ſit cohercendus, facta abiuratione in forma ſolita.

Quantum vero attinet ad eum qui delatus, & indiciatus ſponte ſe conſtituit in manibus Domini Inquiſitoris, conſideratis his quæ in facto proponuntur, is maiori miſeratione ſit dignior,& propterea cum illo mitius agendum,pœna carceris perpetui commutanda arbitrio ipſius Domini Inquiſitoris, & honeſtiori abiuratione. *Sponte conſtitutus.*

Dominicus Bozula de mandato Dominorum. de ſignatura ſubſcripſit.

CASVS. VIII.

QVidam valde indiciatus quod eſſet de ſecta, & conuẽticulis hæreticorum, & quod ſuaſiſſet quendam hæreticum forenſem ad concionandum publice in foro in fauorem ipſorum hæreticorum, ſub prætextu cuiuſdã ſpontaneę præſentationis ſe conſtituit in fortiis Domini Inquiſitoris, & poſt plurima mendacia, ac periuria, variationes, & cõtrarietates tandẽ confeſſus eſt verum eſſe ꝙ ipſe fuerit de ſecta illa, & quod ex proprio capite ipſe ſuaſerit, ei pecunias dederit, & induxerit dictum forenſem ad concionandum publice in laudem, & commendationem lutheranorum, & quod ipſi prædicationi interfuerit, promiſeritque eidem concionatori vbi opus fuerit in eius fauorem, ac defenſionem enſes centũ non defecturos, ob quas prædicationes dictus forenſis poſt modũ principis ſecularls iuſſu, & auctoritate ſuſpenſus fuit.

Nunc quæritur qua pœna hic plectendus ſit.

REtento tenore ſupradicti thematis conſilium cẽſuit memoratum detentum incidiſſe in hæreſim, & cum fuerit mendax, atque ſponte non fuerit cõfeſſus errores ſuos vti debebat, tamquam eccleſiæ clementia, & miſericordia ſe reddiderit indignum, ſolenni abiuratione facta carceris perpetui pœna mulctandum eſſe, ſaluo tamen in præmiſſis ſemper arbitrio D. Inquiſitoris.

Indignus miſericordia.

Prætor, & Conſ. Placeñ.

CASVS. IX.

Qui in corpore declarabitur.

IN quo quidem caſu tria videnda cum occurrant.
Primum erit, quid ſit hæreſis quidue hæreticus.
Secundum, vtrum reus noſter ſit vel fuerit hæreticus.
Tertium, qua pœna plectendus veniat.
Et de primo, ſiue ab eligo, ſiue ab adhæreo, ſeu etiam ab hæſito

hæſito dicatur hęreſis, a theologis ſumitur pro articulo, ſiue propoſitione contraria articulis fidei, vel determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ, vel diuinis ſcripturis, quia tria hæc citra omnem heſitationem a fidelibus, & catholicis fide ſunt amplectenda, & tenenda, vt egregie Diuus Thomas declarat in Prima parte.q. 32. ar. 3. & in Secunda ſecundæ. q. 11. ar. 1. & 2. taliter quod hæreticus dicitur quilibet aſſerens aliquid contra articulos fidei, vel contra eccleſiæ determinationem, vel contra ſacram ſcripturam, & hoc cum pertinacia. quam quidem pertinaciam addidit. D. Thomas non ex ſe, nec proprio ſenſu, ſed ſuper dictum Diui Auguſtini ad Glorium, & Eleuſium fundatus, & eſt. 24. q. 3. cap. dicit Apoſtolus. Si qui (ait Auguſtinus) ſententiam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autē tota ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi, quia non habēt (ſubiungit. D. Thomas) electionem contradicendi Eccleſiæ doctrinæ. His addit Thomas Caietanus, Cum hæreſis ex tribus conſtituatur, errore ſcilicet in fide, & pertinacia, & cum duo prima error videlicet, & ſententia fidei ſpectent ad intellectum, tertium autem, ſcilicet pertinacia ad voluntatem, & hæc ſuperueniens præcedentibus ita conſtituat rationem hæreſis, vt ſine eo hæreſis non ſit, ſicut nec fides ſine voluntatis determinatione, manifeſtum eſt primo, quod ſi quis ſentētiam fidei contrariam ſecundum ſe teneret, putans ſe recte ſentire, non intendens ab eccleſia diſſentire, talis adhęſio nō eſt hæreſis propter defectum pertinaciæ. Et prima parte. q. 32. ar. 4. idem Caietanus dicit. Aduerte quod ad rationem hæreſis formaliter vltra hoc requiritur pertinacia. & ibidem poſt pauca ſubiungit, Vnde in huiuſmodi falſum opinantes non ſolum ab hæreſi, ſed etiam a peccato excuſantur, qui iuxta gradum ſuum quantum cognoſcunt, rationabiliorem viā arbitrantur ſe ſequi ſalua eccleſiæ reuerentia. Nec ſupradicta ſomniauit, ſed a Diuo Auguſtino excellens theologus mutuo accepit. Nam de baptiſmo contra Donatum ſcribens ait

A fidelibus credenda.

Hæreticus quid.

Tota ſolicitudine quærēs.

Tria hæreticum facientia.

Errantes ſine peccato.

doctiſſimus

Hæreſes tenens non hæreticus. doctiſſimus pater Auguſtinus, Si aliquis hoc idem ſentiat de Chriſto quod Photinus opinatus eſt, & in eccleſia catholica baptizatur,& hoc credat eſſe fidem catholicam,nedum dico eſſe hæreticum,niſi manifeſta doctrina catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit.

Nec a theologorum veritate in hoc diſſentire volunt ſacrorum canonum Doctores, nam glo in c. dixit Apoſtolus. ſuper ver. pertinaci. ait. licet ergo teneat aliquis ea quæ ſunt *Corrigi paratus.* contra fidem, dummodo paratus ſit corrigi, non eſt habendus hæreticus. Et glo. in c. Hæc eſt fides. 24.q.1.& licet quis erret,ſi tamen paratus ſit corrigi non erit hæreticus. Abb. in c. firmiter. de ſum. tri. & fi. ca. ſed quo ad hoc ꝙ quis iudice *Clericus etiã literatus errans.* tur hęreticus,non videtur differentia, quia clericus etiam literatus errans in articulis fidei, non eſt hæreticus ſi pertinaciter non defendit errorem ſuum, maxime ſi credit eccleſiam ſic tenere.

Et idem dicit.Abb.in c.dubius.de hære.Nã ſi quis(ait Abb. ibi)erraret in fide, & crederet illã eſſe fidem ſcilicet Eccleſiæ vniuerſalis,& eſt paratus ſe corrigere ſi aliud tenet Eccleſia, iſte non erit hęreticus,quia fides Eccleſię eſt fides ſua,ex quo ſe refert ad fidem Eccleſiæ. Et Domin. Franciſcus Zabarella in Clem. 1.§. porro. de ſum.tri.& fi. ca. ſi quis motus ratione naturali credit patrem maiorem filio in diuinis,& credat Eccleſiam ſic tenere, non eſt hæreticus, quia hæc non eſt fides eius,ſed ſua fides eſt fides Eccleſiæ.Vult dicere, quod cum credat hoc quod credit Eccleſiam ſic tenere, infertur quod non *Meretur quis hæreſes tenẽs* præciſe inhæreat niſi ſub hac tacita conditione.Quod autem talis poſſit mereri, tenẽt multi Theologi,& ego renui in c.1. ſupra eo.ſcilicet in c. firmiter (ait Zabar.) ponẽdo exemplũ, vt quia aliquis ſimplex audiens prædicationem ſui Epiſcopi qui prædicat aliquid contra fidem,illud credit animo obediẽdi fidei, paratus tamẽ corrigi,talis meretur, quia iudicantur opera ex intentione,vt c.cum voluntate. de ſent. exco.quod intellige,niſi error ſit in talibus,in quibus nullatenus excuſat ignorãtia,vt in his quæ ſunt de iure naturali. & idem Zabar.

de vſur.

de vſur.Clem.ſi.§.ſane.alleg.Gulielmum laudinum.exponit pertinaciter ideſt obſtinata pertinacia.& Paul. de Lyazariis a di.Zabar.allegat.in eodē c. exponit quid ſit pertinax dicēs. Pertinax dicitur qui valde impudenter aliquid tenet,& affirmat.&Feli.in c.dubius.de hęre.in 2.not.allega.Inn.in rubr.de ſum.tri.& ſi.ca.Et Bal.in rubr.C.de ſum.tri.& dicit ꝙ qui crederet circa trinitatem patrem maiorē filio, putans eccleſiam ita tenere,non eſt hæreticus.Et ſic patet quid hæreſis,& quid ſit hæreticus,videlicet ille qui animo pertinaci, & voluntate impudenti ac obſtinata aliquid tenet, & credit contra articulos fidei,vel contra contenta in ſacra ſcriptura,aut cōtra ſancita, & decreta ab Eccleſia catholica Romana pia omnium matre. Reſtat nunc videndum ſi reus noſter tali morbo laborauit,vel laboret. *Pertinax quid.*

Et quia non ſola hæreſis ſeu error(vt iam diximus)ſed ſecum cōglutinata pertinacia facit hęreticum,quæ quidem pertinacia in reo noſtro nequaquam inueniri poteſt, & nemo ſit condemnandus niſi conuictus,vel confeſſus, vel facti euidentia eius delictum pateat,Azo in ſum.in rubr. de pœnis,ſequitur ipſum reum non eſſe tamquam hæreticum condemnandum.Nam ſi conuictus,vbi accuſator ſiue denunciator?vbi teſtis?certe nulli inueniūntur.Quod autem non ſit confeſſus ſe aliquem errorem,cum ea quæ ad hęreticū pertinet ſeu requiritur pertinacia tenuiſſe,maxime patet ex proceſſu,imo fatetur quod quicquid tenuit,credidit,& docuit, id tāquam Eccleſię catholicæ conſonum ſe tenuiſſe, credidiſſe,& docuiſſe. Nam in tertio ipſius examine ſiue conſtituto ſic dicit.

Io le hò tenuto(de eius prædicationibus loquens)e predicato per bone, e ſe ſono catiue mi ſommetto al giudicio di Voſtra Reuerentia. Et in eodem conſtituto loquēdo de ſcriptis Ciuitellæ dicit. E quando le ſcriſſi ſi vendeuano ſtampate pulicamente in Bologna.Et in ſignum confirmitatis ſuæ cū eccleſia catholica dicit,Io le tagliai via eſſendo prediche del Ciuitella,che è ſtato condennato per heretico.Item,Io bruggiai le lettioni del Mōtalcino ſopra la epiſtola ad Romanos,

dopo

dopo ch'io inteſi che'l detto Montalcino era ſtato condennato, e la predica ch'io feci in Vicenza perche era attaccata con le altre, e perche io ne fui ripreſo dal Padre Maeſtro noſtro. Et inteſo ch'io hebbi che'l detto Montalcino era ditenuto in Roma, io abbruggiai tutte le dette ſue letture, e tagliai via dette prediche, & le brugiai qua in Piacenza. Et prima non le brugiai, perche mi fidaua della dottrina di Maeſtro Nicolao che le vide.

De quinterneto autem Borges reſpondit,

IO ho creduto che ſiano bone,& io le ho predicate per bone, e non brugiai, e non le tagliai con le altre che brugiai, perche io teneua,& credeua, & ho tenuto, & creduto inſin a qui che ſiano bone,catholiche,e fideli,e quando nõ ſiano bone,io me ſommetto al parere di V. R. e di S. Chieſa.

Et inſignum quod carebat pertinacia.

INterrogatus ſi contritio, & ſatisfactio eſſent, & ſint partes pænitentiæ,reſpondit,Io credo quod ſint partes ſacramenti pęnitentiæ,credidi,& pręedicaui.

Et interrogatus quomodo ergo,&c. Reſpondit, Io l'inteſi (credo)qua in Piacẽza,& ſubito ch'io l'hebbi inteſo, io brugiai detti ſcritti del Montalcino.

Confeſſio qualificata quando, & quomodo debeat acceptari.

Et quia nulli dubium eſt quod confeſſio qualificata contra cuius qualitatem nulla eſt præſumptio iuris, vnum tantum capitulum continens tota debet acceptari, vel tota repudiari,nec poteſt diuidi,vt ſi reus confiteatur ſe promiſiſſe ſub cõditione,vel ſi dicat verum eſt quod recepi a te centum quę mihi debebas ex cauſa mutui,iſtud eſt vnum caput, & confeſſio in iſto caſu non præiudicat,confitenti ſecundum. Abb. in c. bonę memorię. de confeſſ. & Bar. in l. Aurelius.§.idẽ quęſiit. de lib.leg.Et hoc idem Cynus.in l.5.c. de confeſſ. in 13.q. Et in l. 3. C. de dona. an.nupt.Vt ſi aliquis in iudicio, vel extra

confeſſus eſt ſe recepiſſe a Caio pecuniam, vt ſibi repetat lectiones, vel pro factura pelandæ, quod non poteſt eius aduerſarius diuidere hanc confeſſionem, & partem quæ facit pro ſe approbare, & alteram contra ſe reprobare, ſicut dicitur de qualitate contra quam eſt præſumptio iuris. l. 1. de Sicar. & l. ſi non conuicii, C. de iniur. Et cum iſte noſter reus vſus ſit confeſſione iſto modo qualificata dicens, Io ho tenuto, creduto, e predicato queſte coſe, penſando che foſſino bone, e catholiche, e quando non ſiano bone iò mi ſommetto &c. ſequitur quod confeſſio ſua tota, & non in parte tantum, ſit & veniat in ſui fauorem admittenda, igitur non tamquam hæreticus erit condemnandus.

Et quod potiſſimum omniũ pro ſe facit argumentũ quod abſcondita, & operta ſeruare poterat ſcripta illa, de quibus nõ ſine cauſa tã ingens factus eſt ſtrepitus, ſed ſponte ipſe protulit, ac nobis porrexit. quæ quidem ſcripta ſi de hæreſi infecta cognouiſſet, numquam protuliſſet, imo illa abſcondiſſet, & operuiſſet. Nam protulit illa tamquam famoſi theologi indubitata, tamquam ſecura, tamquam eccleſiæ catholicæ conformia, quæ & ſi ſcandaloſa maxime his temporibus videantur, & ſint, gloſarum tamen, & bonarum interpretationum ſunt patientia, & potius a doctioribus diſputanda quam prædicanda, & docẽda a ſimplicibus. Facit in fauorem rei quod interrogatus quare cum igne iam conſumptis nonnullorum ſuſpectorum ſcriptis, quędam alia etiam non combuſſerit. *Optimum argumentũ pro reo.*

Reſpondit, perche mi fidaua della dottrina di Maeſtro Nicolao. Sic a ſimili, quia de hoc famoſo theologo cuius ſcriptis ſatis confidebat, illa non combuſſit, non celauit, neque abſcondere curauit, ſed tamquam (vt iam diximus) ſecura, & ſanctæ matris Eccleſiæ doctrinis conſona ſponte, & alacriter protulit, & explicauit. *De famoſo Doctore confidens.*

Attamen quia implicite confeſſus eſt ſe tenuiſſe libros aliquos ſi non prohibitæ, ſaltem ſuſpectæ lectionis, quia diffamatus de prædicationibus duabus ſcandaloſis, quia quoquomodo varius in ſuis reſpõſionibus, nõ caret aliquali ſuſpicione.

RRr propter

propter quod, & ſi non tamquam hæreticus, tamẽ tamquam aliqualiter iudicium arbitrio de hæreſi ſuſpectus veniet condemnandus, pœnaque arbitraria puniendus, atque a prædicationis officio per aliquot annos ſuſpendendus.

Frater Vmbertus Placeñ. Inquiſitor Papieñ.

CASVS. X.

A Sacerdote religioſo per Dominum Inquiſitorem detento, & proceſſato primum, mox pro recuperanda ſanitate quam pedore carceris amiſerat, media fideiuſſione, citra tamen inhibitionem alloquodi aliquem, ad eius habitationem remiſſo, rogatus literatus quidam religioſus, & ſacerdos, vt de quodam theologico dubio illum redderet clariorem, cui citra dolum (vt idem literatus aſſeruit) fecit ſatis, & eius dubitationis ſanctam, & catholicam declarationem inconſulto tamen Inquiſitore tranſmiſit.

Nunc quæritur vt infra.

PRimo, an in fortiis Inquiſitoris detento, & proceſſato conſulens, ſeu auxilum præbens, ſit vel dici poſſit fautor hæreticorum.

Secundo, an citra dolum quis tali vel talibus fauens, ſit dignus fautorum hæreticorum pœna.

Tertio, quid de literato ſupradicto ſit dicentũ, & agendũ.

Fauor quid. Ad primum igitur dicimus, quod cum fauor dicatur alicui præſtari, cum illi confertur robur ſuum. Inno. in c. petitio. de homici. volun. Quicumque alicui confert aliquid roboris ſui, illi dicitur fauere, & hoc vt Io. de Imol. in c. ſi quis ſuadẽte. de pœni. li. 6. dicit delictum auctorizando vel defendendo in actu delicti, vel poſt delictum, & hoc dupliciter ſcilicet *Fauor dupliciter datur.* vel prohibendo ne reus perueniat ad manus iudicis, vel liberando illum de manu ipſius iudicis. Et nota ſecundum eundẽ Io. de Imol. vbi ſupra, & allegat c. excommunicamus pri. §. credentes.

credentes. de hære. & c. 2. & c. contra Chriſtianos. li. 6. Fauens criminoſo etiam poſt delictum cõmiſſum, imo poſt ſententiam punitur. ſed hoc dupliciter poteſt intelligi, videlicet vel conſtat de maleficio principali, vel non, ſi non conſtat nõ poteſt dici fautor. iuxta declarata. D. Petri de Anchar. in c. Quicunque. de hære. li. 6. qui dicit. Vnum ſcias, quod quando proceditur contra aliquem ex eo quod pręſtitit opem, vel aliquod auxilium ad aliquod maleficium, oportet quod prius conſtet de maleficio principali, & oportet quod cõſtet in proceſſu qui fit contra auxiliãtem mihi. Licet enim principalis ſit contumax, vel alio modo de maleficio conſtet contra eum, tamen hoc non nocet auxilianti, vt l. denunciaſſe. §. qui iure. ff. de adult. Et hoc notat Bar. in l. is qui. ff. de furt. Ex quo inferas quod in proceſſu fiendo contra credentes, fautores, auxiliatores, &c. oportet facere fidem, quod ille cui fauiſſe dicuntur ſit hæreticus, vt concludat inquiſitio, vel proceſſus contra tales, quia auxilium non dicitur præſtitum, quando non eſt, vel deficit maleficium. Bal. in l. 1. col. 2. ver. 4. opp. C. de ſer. fugi. Inno. etiam ſi mala voluntas fuiſſet in fauente ſi factum non ſit ſecutum, ceſſat ratio. vnde licet mala voluntas quæ detegitur in eo quod facit, ſit punienda, nõ tamen æque punitur ac ſi factum ſecutum fuiſſet, Zabar. in c. ſi quis ſuadente. de pœnis. Ex quibus omnibus colligitur quod fauens detento, vt ſupra ſed non declarato, non dicitur fautor hæretici.

De principali delicto primum conſtare debet.

Volũtas ſine ſecuto effectu quomodo ſit punienda.

Ad ſecundum dicitur quod ſi cõſtat de delicto, auxiliator, & fauens tenetur, ſi eo animo fuit a principio, vt auxilium daret delicto, ſecus ſi cauſaliter committitur, vel aperitur delictum. Inno. in c. petitio. de homici. volun. Nam ſi ad iniuſtum bellum quis iret cauſa pacificandi, vel alias ex iuſta cauſa, non creditur huic imputari, ſi ex eius præſentia aliquod robur accreſcit ſuis, & timor inimicis, quia auxiliator nõ tenetur niſi fuerit in dolo. Bart. in l. ſæpe. in fin. de ver. ſig. Alex. in l. ſi qui opem. de furt. §. eo. ver. 17. & Paul. de Caſtr. in conſ. 249. dicit quod quando imponitur pœna mortis per ſtatutum, requiritur dolus ad hoc, vt illa pœna locum habeat, vt l. in lege. ff. ad

Auxiliũ per accidens et ſine dolo.

legem Corn.de ſicar.Nec ſufficit culpa etiam lata,vt ibi habetur,& Bal.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ.dicit hæc verba.Item ſi ſtatutum punit homicidium morte,& non facit doli mentionem, tamen Iudex vbi non eſt dolus debet ſententiam temperare,quia voluntas, & propoſitum diſtinguũt maleficium.ff. de furti l.qui iniuriæ, & affectio tua operi tuo nomen imponit.C.de iniuriis l.ſi vero conuictus. & ex hoc confunditur error multorum Iudicum aſſerentium in pœnis ſtatutarijs etiam mentis nõ debere inſpici animum,ſed factum, per id quod notatur in l.1.§.Diuus.& l.fin.ff.ad l. Corn. de ſicar. Qui credunt quod pro homicidio,etiam ſine dolo commiſſo ſit imponenda pœna mortis ex forma ſtatuti, morę Iudæorum ſtantes in cortice literę, ſed decipiuntur, quia quælibet cauſa etiam iniuſta, puta ignorantia iuris excuſat a dolo. vt not.glo.C.ad l.flauiam.de plagiarijs.l.plagiarij.criminis.la 2.per l.igitur.ff.de libe.accuſa.Et idem not.glo.magna in fin. in l.1.§.ſi quis Iudicem.facit l.ſed ſi lege.§. ſcire .ff. de petitio. hæred.Et quod not.glo.in c.de quarta.de præſcript.Dolus,& mala fides tũc eſt, cum quis mouetur ad aliquod malum propter ſolam malignitatem animi, non propter aliquod aliud credit eſſe bonum.Ad hoc facit Abb.in c.firmiter.de ſum.tri. & fid.cathol. Et in cap. dubius. de hære. & Zabarel. in Clemen. 1..§.porro.

Dolus ubi nõ eſt debet ſententia temperari.

In cortice literæ ſtãdum non eſt.

Dolus ubi eſſe dicatur.

Et per hæc patet reſponſio ad ſecundum quæſitum.

AD tertium etiam per ſupradicta patet reſponſio. Nam cum iſte literatus non ſolum nõ fauerit hęretico,ſed nec grauiter quidem tunc ſuſpecto,cum de eius delicto non conſtaret, et cum quicquid fecerit caruerit dolo,quia ſanam,claram, & catholicam doctrinam in ſcriptis ei miſit, quinimo quod pro ipſo literato multũ facit,vt patet in actis, & ex pręfati delati cõfeſſione, ipſe literatus eidem delato dum adhuc in carcere detineretur, hæc vel ſimilia verba dixit, videlicet S'io credeſſe che foſte heretico,poſsẽdo v'impicaria cõ le pro

prie

prie mani. In aliquo ergo nõ deliquit præfatus literatus, præter quod inconſulto Domino Inquiſitore ſcriptum ipſum prę fato religioſo detento, ante ipſius detenti expeditionē miſit. Pœniteat ergo arbitrio Inquiſitoris.

Frater Vmbertus Placentinus.

CASVS. XI.

QVI alias ob venditionem librorum prohibitæ lectionis tamquam de hæreſi leuiter ſuſpectus, in manibus Domini Inquiſitoris abiurauit, eodem in crimine ſecundo deprehenſus cum fuerit, quid de illo ſit iudicandū conſilium petit.

Reſpondetur, quod quantum ſit ex vi verborum tex. cap. accuſatus. de hære. li. 6. recidiuus iſte grauius quam prius punitus fuerat, tantum puniri debeat, replicata videlicet de leui abiuratione, ſi tamē (quod difficillime creditur) non malicioſe, neque proterue in crimine perſeuerauit. ſi autem malicia, & qui haud leuiter præſumitur contemptus in illo inuenitur (librandum enim, & accuratiori trutina penſiculandum eſt eius examen) iuxta declarationem Gemin. in c. cum contumacia. de hęre. li. 6. de eo a ſimili iudicandum arbitror. Ibi namque dicit Gemin. Nota optimum textum ad cognoſcendam violentam præſumptionem, quia dicitur violenta quando prima ſuſpicio erat de delicto, poſtea delinquendo facit actum, qui inducit etiā præſumptionem, quod delictum fecerit, ſicut eſt contumacia, tunc iſta præſumptio tamquam conſumans primam trāſit in violentam, vt particulariter notat textus. Et vide glo. in c. de hoc. de ſimo. Hæc Gemin. Sic a ſimili cum iſte abiurauerit tanquam leuiter ſuſpectus de hęreſi, poſtmodum in crimine eodem inciderit, primam videtur confirmaſſe ſuſpicionem. Sicut igitur vehemens duplicata ſuſpicio tranſit in violentam, ſic dicimus leuiorem tranſire in vehementem, quia malum (vt idem Gemin. dicit vbi ſupra) additum malo plus aggrauat. Nam hic ſecundum Io. Mona. duo operantur, id quod vnum non faceret. Si autem ſuffra-

Præſumptio ſecunda primam conſumans.

Leuis ſuſpicio in vehementem tranſiens.

ſuffragantium importunitas hunc & malicia, & contemptu exutum oſtendere contenderit, citra purgationem canonicā ſi aliquali laboret infamia, illum dimittere Dominus Inquiſitor qualiter valeat ignoramus, cum in c. excommunicamus. 1. de hære. ſic manifeſte habeatur. Qui autem inuenti ſola ſuſpicione probabili hoc eſt leui, & quod leuiter apparet (ait Hoſtien.) niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatem perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione mōſtrauerit, anathematis gladio feriatur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitetur.

Frater Vmbertus Placentinus Inquiſitor.

CASVS. XII.

Ricius ſacerdos craſſiori laborans ignorantia, a quibuſdam plebeis rogatus nonnullas magnetes ad amorem laſciuiamque prouocandam, ſolemniter in Eccleſia baptizauit, ac ſupra eas quam plures miſſas cum diabolicis execrationibus quas penes ſe etiam tempore prioris Indicis, ante videlicet tridentinum concilium per aliquos dies ſeruauit, celebrare præſumpſit. Addiditque, quod in domo cuiuſdam meretricis, quam eidem mulierculæ contulerat magnetis portionem, citra ſolennitatem tamen, rebaptizauit. Re aperta ſacerdos ipſe fugam arripuit, requiſitusque ab Inquiſitore, cū non comparuiſſet, tamquam contumax excommunicatur, tādem amicorum ſuaſionibus inductus, coram præfato Inquiſitore comparuit, facinusque quod perpatrarat faſſus, de eo veniam petijt. Interrogatus autem ſi de per Dominum Inquiſitorem ad illum tranſmiſſis de comparendo coram eo pręceptis notitiam habuit, negatiue reſpondit.

Quæritur ergo, an hæreticus, vel ſi ſuſpectus, & de qua hęreſis ſuſpicione reus ſit hic iudicandus, ac qua vel quibus ſit pœnis puniendus.

Reſpondetur, quia (vt in alio caſu iam diximus) nemo niſi conuictus, vel cōfeſſus, vel facti euidentia eius delictū pateat

eſt condemnandus. Azo.in ſum.rubr. de pœnis. cum reus iſte neque conuictus, neque confeſſus ſit de hæreſi, non poterit tã quam hæreticus condemnari. De neceſſitate namque hæretici eſt, quod error de his quæ ſunt fidei ſit in intellectu, & pertinacia in voluntate. Et propterea ait D. Archiepiſcopus Floren.in ſumma parte ſecunda.tit.12.c.5. Baptizare imagines, vel ſimilia, ſi fiant propter aliquem finem facilius aſſequendũ a dæmone, cui propter hoc quærit complacere, ita quod aliquo pacto implicito, vel expreſſo illud agat, vt dæmon ſibi, vel alicui faciat quod petit, dummodo non petat ab ipſo dæmone aliquid quod ſit ſupra facultatem eius, nec quãtum ad potentiam, nec quantum ad cognitionem ipſius dæmonis, ſicut eſſent illi, qui crederent vel quod dæmon poſſit neceſſitate liberum arbitrium hominis, vel illi qui crederent quod dæmon ex tali pacto, & in omnem euentum quantumcumque a Deo non permiſſum poſſet facere quod petunt, vel qui crederent quod poſſet determinate alteram partem futuri contingentis, vel effectum aliquẽ facere qui ſit proprius Deo. Tales enim nõ eſt dubium quod habẽt errorem in intellectu, & male ſentiunt de poteſtate dæmonis, & per conſequens ſuppoſitis alijs conditionibus quæ requiruntur ad hæreſim, eſſent hęretici. Sed ſi ex cauſis prædictis facerent non male ſentiẽte, de babptiſmo, & aliis prædictis, & ſi peccarent grauiſſime, nõ tamen eſſent hæretici, ſed magis ſortilegi. Quia tamen impoſſibile videtur quod aliquis faciat talia, niſi etiam male ſentiat de ſacramentis, cum talia facientes maliciam in voluntate ſe habere oſtendant, Eccleſia quæ ſolum habet iudicare quæ foris ſunt, & ſi ex natura rei tales nõ poſſit tamquam hæreticos iudicare, iuris tamen præſumptione hæreticos, vel ſaltem de hæreſi ſuſpectos poteſt iudicare, quia ex eius voluntate corrupta, ac per alia facinora exterius oſtenſa intellectus præſumitur corruptus. Sicut enim ait præallegatus Doctor habitus fidei cognoſcitur per actus fidei, qui ſunt credere, & confiteri, atque operari ea quæ ſunt fidei, & habitus caſtitatis per caſte viuere, Sic Eccleſia poteſt iudicare aliquẽ hæreticum per

Cõdemnãdus quis ſit.

Baptizare imagines.

Liberum arbitrium cogere non poteſt dæmon.

Sortilegi non hæretici.

Quæ foris sũt iudicat Eccleſia.

Habitus cognoſcuur per actus.

actus

actus diſcredendi de aliquo articulo fidei,ſeu ſacramento Eccleſiæ.Et cum ſacerdos iſte circa ſacramentum Baptiſmi oſtẽderit ſe minus fidei habere quam Chriſtianum decet, ipſum ſacramentum rebus inſenſatis applicando,vt puta baptizando magnetem,& hoc pluries, & pluries ſuper illam celebrando,conuincitur talis ſacerdos, & ſi non hæreticus ex rei natura, quia neque per propriam confeſſionem, neque per teſtes conſtat de eius labefacto animo, iuris tamen præſumptione dicitur hæreticus,ideſt de hæreſi ſuſpectus.Hanc adauxit ſuſpicionem ſcripta coniuratio ſupra magnetem ipſum pluries a ſe lecta,ac contra apoſtolicam ſub pœna ſuſpicionis hęreſis prohibitionem per nonnullos dies penes ſe ſeruata, & retenta.His igitur,& ipſius ſacerdotis conditione optime conſideratis,iudicamus dictum ſacerdotem tanquam de hęreſi ſuſpectum grauiter fore puniendum.

Frater Vmbertus Placentinus Inquiſitor.

CASVS. XIII.

POſtquam Seium filiũ annorum decem, vel circa in hęreſibus imbuendum Geneuam miſiſſet, & iam triginta annis profeſſam propriam ſororem e monaſterio extractã cuidã hæretico vxorẽ tradidiſſet, per miniſtros ſacri officij captus, & carceri mancipatus Nelion noſter,quamplurima poſt periuria, vtpote qui in vndecim examinibus, ſeu conſtitutis in negatiua ſemper perſtiterit, poſtremo veritatem faſſus,ſeptẽ, & viginti per eccleſiam damnatos errores Romæ primũ mox Placentiæ publice abiurauit. Hic aliquot poſt annos iterum captus, & interrogatus, ex more ſuo mendaciis, ac periuriis multis ſimiliter præmiſſis, cõtra ei ab Illuſtriſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus poſt abiuratas hæreſes factam prohibitionem, Lorum quẽdam hæreticum in domo propria bis ſaltem noctu recepiſſe, ac per nonnullos dies illũ retinuiſſe, eidemque ad partes hæreticorum exportandam, lucriſque exponendam haud modicam pecuniæ ſummam de

diſſe

diſſe eſt faſſus. Ad quid id fecerit interrogatus, ſi quo caſu ab Inquiſitore, alioue Iudice illum quandoque vrgeri contingeret, vnde mediocriter viueret habere poſſet, libere ſe feciſſe reſpondit.

Vlterius ad eundem hæreticum extra Placeñ. diœceſim ſemel declinaſſe, & demum ad partes in quibus hæretici impune viuunt, acceſſiſſe, ibique ſororis ſuæ hæreticæ, & apoſtatæ protectionem ſumpſiſſe, ac præfatum hæreticum dictæ ſororis ſuæ aſſertum coniugem e carceribus non modo liberaſſe, ſed etiam circa eiuſdem ſacrilegi proceſſum factas expenſas exoluiſſe, eiuſque merces redemiſſe, atque ad eiuſdem hæretici habitationem tranſmiſiſſe, affirmauit. Hæreſibus etiam plenum volumen per multos menſes penes ſe ſeruaſſe, ac legiſſe. Et tandem priorum hæreſum numquam ſe pęnituiſſe faſſus eſt.

Super his omnibus petitur conſilium.

EX his quæ in facto propoſito duæ eliciuntur dubitationes: quarum

Prima eſt, an hic reus relapſus dicatur.

Secunda erit, qua pœna ſit puniendus.

Circa primum breuiter ego ſum in voto affirmatiuo per tex. c. accuſatus. §. ille quoque. de hære. li. 6. in ver. hæreticos acceptet, & viſitet, ſiue aſſociet, dona vel munera eis donet, vel mittat, ſeu eis fauorem impendat. Nam præter id quod ille textus alternatiue, ſeu disiunctiue loquitur, & ob id ſufficit in vno ex his peccaſſe. l. ſi is qui ducentes. §. vtrum. ff. ad trebellianum. c. coram. §. ſed. c. contra. de off. deleg. canoniſtæ. in c. inter ceteras. de reſcript. In præſenti tamen caſu in omnibus videtur peccaſſe miſer iſte. quod ſit verum, libet ſingula diſcurrere. Et quod attinet ad receptationem, iã videtur pati probabilem difficultatem. Quamuis enim, ſecundum leges ciuiles proprie ſolum receptator dicatur, qui refugium abſcondendi cauſa præſtat reo. l. 1. §. quod ait Prętor. verſ. eſt proprie. ff. de ſeruo corrup. Salic. in l. 1. nu. 2. *Receptator proprie ſecũdum leges.*

SSſ C. de

Receptator ſecundum canones. C.de his qui latrones.nihilominus ſecundum canones in materia de qua quæritur, receptator hæretici dicitur qui ſcienter illum recipit, vt probatur in di. .§. ille quoque. in ver.acceptet, & ita diſtinguendo ius canonicũ a iure ciuili animaduertat Io. And.in c. 2.not.4. de hære.lib.6. Et ibidem Archid. nu.3. vbi etiam addunt ſufficere vnicam ſuſceptionem, *Vnica receptio ſufficit cũ ſcientia.* quamquam verbum huiuſmodi receptator, & receptare frequentiam ſignificare videatur. Et adhuc clarius idem concludit Anchar. in eodem loco. nu. 3. in 3.q. dicens quod receptator hoc iure dicitur, qui ſcienter hæreticum ſuſcipit. Et huic ſententiæ nemo eſt canoniſtarum qui contradicat,& taliter ſuſcipiens hæreticum minime excuſatur ſub clypeo affinitatis,aut ſtrictę amicitiæ,vt habetur late per Crau.in tract. de hæreticis nu. 167.& ſequeñ. *Affinitas nõ excuſat.*

Acceſſus ad partes hæreticorum. Secundum autem,ſcilicet acceſſum ad hæreticum, & ad hæreticorum partes,paleatam excuſationem non recipit, ꝙ id fecerit, vt ſororem, & cognatum ſacrilegos hæreticos cõuerteret ad orthodoxam fidem. Id enim a veriſimili penitus eſt remotum,nec cadit in ſenſum ſenſati.Ergo falſum.C.quia veriſimile. de præſumpt.Nam cum diu iſti ſacrilegi fuerint de hæreſi condemnati, & ſemper reſtiterint ſpiritui ſancto, & ſic pertinaces fuerint contra fidem catholicam proculdubio veriſimile non eſt quod poſtmodum voluerint conuerti ad fidem. glo. in l. Caſſius .ff. de ſenato. Et per Arelaten. in tract. de hæret. in not. 19. Peccatum enim quanto diutius infelicẽ animam detinet, ſuo pondere ad maius trahit.c. non debet, in fin. de conſang. & affin. Et ſemel malus ſemper præſumitur malus. Etiam omni in caſu onus probandi ei incumbit. *Confeſſio poteſt ſcindi.* Poteſt enim huiuſmodi confeſſio ſcindi, & in parte acceptari, contra confitentem, & alteram partem ipſe probare tenetur, vbi præſumptio eſt contra eum, vt hoc caſu. Bar. in l. Aurelius.§. Idem queſiit.col. pri.ff. de lib. lega. dum exemplificat de eo qui dicit ſe occidiſſe Semproniũ ad ſui defenſionẽ & eſt communis ſententia Doctorum.

Aſſociatio. Tertium de aſſociatione verificari videtur in hęretico per

eum ſuſcepto, & cum quo ſæpe colloquium habuit in ciuitate, & extra.

Quartum autem in pecunia per illum ad hæreticos tranſmiſſa, quæ alio modo non docto, cenſetur donata.l. donari videtur .ff. de donationibus.maxime ratione coniũctionis ſanguninis perſonarum ad quas pecuniæ tranſmiſſæ ſunt.glo. in .l. qui patitur.ff. mandat. Bal. in l. licet in prima quęſtione.l. de iure. liber. vnde & incumbit onus probandi, quod lucri cauſa id egerit. Id enim facti eſt.l. conſilio.ff. de curat. furio. Et facta non præſumuntur niſi probentur .l. in bello .ff. facta .ff.de cap.& poſtlim.min. Et veriſimile eſt omni in caſu quod id fecerit animo deſerendi partes catholicorum, alienatis ceteris bonis ſtabilibus. *Miſſio pecuniæ ad hæreticorum partes.*

Quintum autẽ verificatur quo ad dictarum pecuniarum tranſmiſſionem, & excarcerationem ſacrilegi cognati, quem in partibus illis hæreticis detentum proprijs expenſis (vt fatetur) liberauit, & hoc nullum indumentum, niſi id de quo ſupra diximus in 2. quod etiam a vento (vt dixi) ſubleuatur, neque enim licet alicui pręſtare opem, aut fauorem maxime in iudicio, prout de huiuſmodi actibus tradunt Archi. & Io. And. in di. c. 2. & latius Gondiſ. Villad. in ſimil.tract. q.16. vbi ſcilicet nulla ſubeſt ſpes de correctione. vt ibi per eum. *Excarceratio hæretici.*

Additur & ſextum, quod eſt inuentio libri hæreſis penes illum reperti, quem cum debuiſſet quamprimum ad eum peruenisset comburere, aut lacerare, attamen ſemper retinuit, & legit, id quod ſolum quemlibet laicum de hæreſi ſuſpectum grauiter facit, vt dicit Io. And. poſt Anchar. in di. c. 2. not. 4. de hære. li. 6. de quibus non meminit afflict. qui idem tenet in conſt. inconſutilem. nu. 26. in fin. lib. 1. conſt. regni. Nec etiam Carer. in di. tract. nu. 125. qui ad hoc plures alias auctoritates allegat, quod quis hęreticus ſatis probetur in dubio, penes quem inquiſitum libri hæreſis reperiũtur. Et hæc quoad primam dubitationem, cuius reſolutio eo magis liquet ſtante confeſſione iurata per eum in abiuratione.l. generaliter. C. de non numer. pec. *Libri hæretici detentio.* *Penes quem libri hæretici reperiuntur.*

Circa ſecundam quęſtionem, ea neceſſitas dubium habet, ſtante quod ex non modica quidem, & leui ſuſpicione, ſed ex vehementioribus ſuſpicionibus, imo etiam veris probationibus, & propria eius confeſſione, de qua in dicta eius abiuratione hæreſim abiurauit, vt in facto præſupponitur, & ſtāte, quod poſtea adhuc commiſit in eam; ex ſupradictis in præcedenti dubitatione mea eſt ſententia, quod ſit declarandus relapſus cum publicatione bonorum, & relinquendus ſeculari brachio ſine vlla penitus audientia, vbi allegaret ſe pęnitere, prout pronunciauit Inno. tertius. in c. ad abolendam. §. Illos quoque. de hæret. iuncto c. accuſatus. in prin. fingitur enim iſte relapſus præfata feciſſe in conſequentiam erroris prioris a ſe approbati. di. §. ille quoque, & per iſtam ſecundam deprehenſionem in hæreſi declaratur animus ipſius, quod ficte pęnituerit eum in abiuratione, vt per Arelat. in di. ſuo tract. in 42. not. & hæc ſententia probatur in c. excōmunicamus. §. 1, & ibi Abb. nu. 10. de hære. & late idem concludit Grilād. in ſuo tract. de hære. in vlt. q. & conſtat ꝙ de iure ciuili pœna hæretici eſt capitalis vltimi ſupplicii. l. Ariani. C. eo. iuncta. l. vltimum ſupplicium. C. de pœnis. Et de conſuetudine approbata per cano. eſt pœna ignis. vt dicunt Hoſt. Io. An. & Abb. in c. ad abolendam. Et ita pulcherrime declarat Henricus Boich. ibidem. nu. 19. & ſequen. dum concludit, quod hæreticus punitur de iure diuino, ſecundum legem humanā, & canonicam, & quod ſecundum leges hæretici pœna eſt viui crematio, & quod ſic interpretatur generalis conſuetudo. quæ vbique obſeruatur, licet aliæ pœnæ de iure canonico ſint iniunctæ. & hæc quidem eſt iuſta & condigna pœna hæretici, vt illi dicunt per illud euangelii, Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum & in ignem mittent. Et licet iſtæ auctoritates videantur loqui de hęretico impęnitente, tamen idem eſt in relapſo, quia lapſo pænitenti parcitur, ſed non relapſo. & eſt textus in di. c. accuſatus. §. illos quoque. Etiam ſi penitere velint, quia eccleſia quæ non iudicat de occultis, exiſtimat talem conuerſionem,

Relapſus ac brachio ſeculari relinquē dus.

Lapſo non relapſo parcitur.

ſionem, & pœnitentiam eſſe ſimulatam, & materiam veteris erroris eſſe reconditam, vt ait Archi. in c. vt commiſſi. de hære. li. 6. Et ſatis probatur in di. §. ille quoque. Et quod relapſus ſit comburẽdus, tenet expreſſe Afflict. poſt alios per eum citatos in conſtitutione, inconſutilem. num. 34. Et ante eum Io. de Imol. quem tamen ipſe non citat, in Clem. ad noſtrã nu. 22. in fin. de hære. dum concludit, quod ille qui ſolum lapſus eſt, & ſponte eum pœnituit, & eſt paratus corrigere errorem ſuum, & credere id quod ſancta tenet mater eccleſia, euitat pœnam ignis, non autem relapſus. Idem firmat poſt antiquos Io. de Tur. Cre. in c. 1. nu. 3. & 7. prima. q. 7. vbi concludit, quod hæretici relapſi renunciantes hæreſi, licet ad vnitatem eccleſiæ, & ad pœnitentiam per quam poſſint animam ſaluare, recipiẽdi ſint, & reſpectu fori pœnitẽtialis, quia eccleſia tamquam pia mater nulli claudit gremium reuertenti, ad ſacramenta admittuntur. epiſtola. inter claras. circa fin. C. de ſum. tri. & fi. ca. non tamen ſunt recipiendi quoad forum fori, ſcilicet quo ad conſeruationem vitæ, & bonorum, quia illos quos vel per teſtes, vel confeſſionem propriam, vel euidentiam facti deprehendit reincidiſſe in abiuratam hæreſim, iubet tradi iudici ſeculari, nec eis parcit quo ad vitam, vel bona, vt ibi late per eum. Idem per omnia concludit Grilan. in tract. de hære. q. 5. in fin. nu. 23. vbi dicit hoc eſſe mirabile, quod relapſus in hæreſim vitam finire habeat, & euchariſtiam ſuſcipere poſt confeſſionem. Patet per c. ſuper eo. eo. tit. lib. 6. Et Arelat. not. 46. & vbi in ſententia non exprimeretur condemnatio pœna vltimi ſupplicii, quod tamen credit Felinus poſſe fieri per Inquiſitorem abſque metu irregularitatis. in di. c. ad abolendam. in fin. tamen iudex nõ poſſet pœnã mortis huiuſmodi, quæ hæretico inflicta eſt, cõmutare etiã vbi in ſententia non eſſet expreſſa, vt ibi per eũ.

Et vitam, & bona amittit, relapſus.

Verum quia hic agitur de negotio, in quo cũ magna cautela eſt procedendum, & in quo ad cautelam peritorum cõſilia requirenda ſunt, theologorum ſcilicet canoniſtarum, & iuriſtarum, vt animaduertit Archid. in di. c. vt commiſſi. nu.

primo.

primo. de hære. lib.6.& in quo defenſiones non abnegantur cum ſint de iure naturali. Clem. Paſtoralis. de re iudi. In primis exiſtimo ſtatuendum eſſe terminum huic reo ad faciendas defenſiones ſuas, & eo elapſo, & nihil docto quod releuet deueniendum ad ea, quæ ſupra proxime diximus in ſecunda quæſtione, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Petrus Antonius Petra.

Aliud conſilium ſuper eodem caſu.

SEcundum ea quæ proponuntur more Sceuolæ Iuriſcõſulti, iſte relapſus namque in præſenti poſt prædictam abiurationem ex eiuſdem ore, & propria ſpontanea confeſſione de ſupradictis in tot, & tantis in fide catholica erroribus, & quæ confeſſio licet vnica ſufficit, vt quis poſt eam dicatur relapſus, & incorrigibilis, Alphonſus de Caſt. de iuſta hæreticorum punitione. li.2.c.2. conueniunt omnia, & ſingula, licet vnũ quodque, & vnicum ſufficiat. de quibus in c. accuſatus. §. ille. Et ibi glo.& omnes Docto. de hære. li.6.

Item quia poſt abiurationem ipſam habuit, perlegit, & penes ſe diu retinuit librum hæreticum l. Damnato. C. de hære. c. ſane.2.& ibi glo.& Archid.24.q.2. Lud. Ro. in ſingul.323. incip. eo ipſo quod Feli. in c. ſi quis. de hære. Marſil. in pract. crim. in. §. diligenter. nu.92. poſt alios quos referunt. accedente maxime quia, & in propoſito concurrunt quamplures aliæ vltra dictum librum grauiſſimę præſumptiones, de quibus in facto ipſo, & proceſſibus iuxta declarationem Felin. in di. c. ſi quis, Gundiſ. de hære. q.13. nu.19.

Item, & eo maxime quia in huiuſmodi grauí hęreſis, & deteſtabili crimine propter eius enormitatem, & attrocitatem leuiores, & alioquin imperfectę probationes, ac ſolæ præſumptiones ſufficiunt. di. c. accuſatus. §. licet & c. in fidei. de hære. li.6. Paris. in conſ.2. nu. l. conſequen. Boſſius in pract. tit. de hære. nu.4. In ipſoque crimine proceditur ſummarie, ſimpliciter, & de

& de plano,ſine ſtrepitu, & figura Iudicij. c. ſtatuta. de hære. li.6. Et hæreticus in præſenti præſumitur & de præſenti, niſi contrarium is doceat. Carrer. de hære. nu.98. facit ad præmiſſa reg. c. ſi malus. de reg. iur. li.6. & quia in dubio quis pręſumitur hæreticus. Boſſius in pract. in tit. de defenſoribus reorum. num.47.

Item & extra omne dubium, quia is & priores ſemper retinuit errores, & in eis perſeuerauit pertinaciter, & in nouos, prout ex ſua confeſſione conſtat, incidit, & phantaſmata hęretica. di. c. accuſatus. §. eum. tradendus eſt curiæ ſeculari, pœna mortis naturalis igne exequenda plectendus. c. ad abolẽdam, & ibi Abb. Feli. & Doctor. de hære. Et c. ſuper eo. & ibi Fran. & Docto. de hære. li.6. Grilan. de hære. c. 3. Gondiſ. de hære. q.15. nu.4. Boſſius in di. tit. nu. 16. & 37.

Necnon & confiſcationis bonorum c. vergentis. Et c. excõmunicamus. de hære. c. cum ſecundũ. eo. tit. li.6. & vbique Docto. Paris in conſ. 2. num. 172. volum. 4. Boſſius in di. tit. de hære. num. 16.

Etiam in præiudicium, & damnum eius filiorum ſiue legitimorum, ſiue naturalium, Gondiſ. vbi ſupra q.23. etiam licet catholicorum, & nepotum, etiam quo ad legitimam debitam iure naturali. di. c. vergentis. Et di. c. cum ſecundum, & vtrobique Docto. Paris. in di. conſ. 2. nu. 177. & ſequen. in 4. vol. Grilan. de hære. q. 3. & 4. Gondiſ. in di. q. 25. Alphonſus vbi ſupra li. 2. c. 16. *Filij ex patris delicto puniti.*

Dictique filij, & nepotes ex dictorum fratris, & aui hæreſi vlterius priuantur, & nec de cetero admittuntur ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, aut officium publicum, dignitatẽ aut honorem. c. quicunque c. vt commiſſi. & c. ſtatutum. de hęre. li.6. Gondiſ. di. q.25. Ita tamen ſi poſt ipſam patris, vel aui hæreſim filij, vel nepotes nati ſint, alias ſi ante ſecus. di. c. quicũque. vbi Dominicus. Et Pariſ. poſt Calder. in conſ. 3. de hęret. Io. de Anan. in di. c. vergentis. Pariſ. in di. conſ. 2. nu. 177. in 4. vol. niſi ſummus Pontifex de dictis bonis confiſcatis in ipſos filios, aut nepotes diſpenſauerit. Pariſ. vbi ſupra. *Filij ante patris delictum nati.*

Sed

Audiẽtia etiã denegatur relapſo. Sed nec relapſo pęnitenti datur regreſſus vllus, ſed omnis audientia denegatur tam quo ad pœnam dictę mortis, vt eſt tex.in di.c.ad abolendam.§.illos,& ibi Abb.nu.12. & Feli.in c.excommunicamus. de hære.& di.c.ſuper eo.& ibi glo.Dominicus.& Pariſ.de hęre. li.6.Grillan. de hære. q.5. & 10. & 22. Gondiſ. vbi ſupra q.2.num.2.Et Nicol.de hære.not.6.& 46.Boſſius.in di.tit.de hęre.nu.19.quam quo ad bona.glo. in di.c.ad abolẽdam.§.illos.in ver.audientia.Pariſ.in di.in conſ. 2.nu.191.in 4.volum.

Datur tamen audientia ad docendum non eſſe relapſum. Gondiſ.di.q.2.nu.2.Et habendum copiam proceſſus cum debito termino ad opponendum,& ſuas defenſiones faciẽdum. c.fin.& ibi glo.Dominicus,& Fran.de hære.li.6.Bal.conſ.81. in 3.vol.Gondiſ.de hęre.in di.q.2.& q.14.Carer.de hære.li. 6.nu.122.Boſſius in pract.de hære.nu.9.& in tit.de indiciis. nu.74.& 78.

Item ad Eccleſiaſtica ſacramenta, videlicet confeſſionem, & ſanctiſſimam Euchariſtiam.di.c.ſuper eo.& ibi glo.fin.Dominicus,& Fran.Feli.in di.c.ad abolendam.Grillan.in di.q.5. nu.22.Nicol.in di.not.42. Non tamen quo ad extremam vnctionem.Dominicus,& Fran. in di.c. ſuper eo.Et Feli.in di.c. ad abolendam.col.1.& 2.Et hæc ſalua ſemper determinatione Sanctę Matris Eccleſiæ. *Extrema onctio nõ datur relapſis.*

Io. Maria Dominicus I. V. D.

CASVS. XIIII.

NEmæus Auius poſt nõnullarum hæreſum Romę factam abiurationem,per Illuſtriſſimos Card.Inquiſitores generales in eorum quos abiurauerat errorum deteſtationem ei impoſitum fuit, vt quater in anno præmiſſa ſacramentali confeſſione ſacroſanctam ſuſciperet communionem, & alia quædam ab illo perficienda,vt patet in eius ſententia, quæ & vbi nõ obſeruaſſet vti relapſus puniri voluit.Hic carcere eductus non expectata eius iudicii vltima reſolutione, copia videlicet

a ſe

a ſe agendorum vrbe egreſſus per deuia quæque diſcurrens Placentiam pedeſter obliquis itineribus peruenit, ſed priuſquã ciuitatem ingrederetur, ad ciuem quem pro certo hęreticum nouerat declinauit. Inquiſitori tandem prę́ſentatus rei terationem eius quam Romę fecerat abiurationis publice fecit. Ab Inquiſitore poſtmodum dimiſſus ſibi iniũctam (vt iam diximus) pęnitentiam non modo non perfecit, ſed tamquam mente captus atque inſanus nonnulla ſibi minus conſona, & dixit, & fecit. Iterum ab Inquiſitore carceri mancipatus, & vt in feſto ſacratiſſimi corporis Chriſti ſacroſanctam ſuſciperet euchariſtiam exhortatus negauit ſe velle id facere, niſi quo indutus erat habitello exueretur, vel ſaltem miſſa in qua ſacram communionem ſumpturus erat ſummo mane celebraretur, ita vt a nemine, vel a paucis videretur. verecundiã.n.eo habitello maxime pati ſe dicebat. Hæreticos inſuper viſitauit, & ad illorum domos acceſſit, adque ad ſuã propriam habitationem vocauit, & cum eis de fide, & ad eam concernẽtibus ſermonẽ habuit, nec eos domino Inquiſitori reuelare curauit.

Quęritur ergo an dictus Nemæus tamquam relapſus ſit ſeculari brachio relinquendus, vel aliis, & quibus pœnis puniendus.

Reſponſio.

PRo habenda propoſiti caſus reſolutione præponitur, ꝙ dictus Nemęus fuerit Romę per Reuerendiſſimos Cardinales ad beneficium abiurationis admiſſus, & abſolutus ſub conditione illa, ſi puro corde, & mente non ficta rediit, & mãdata impleuerit, & ſeruauerit. quamquidem ſententiam legi, & per ipſum publicari Placentiæ, & Burgonouo vbi ipſe Nemæus iam deliquerat, mandauerunt præfati Reuerendiſſimi Iudices ad hunc effectum, quod ſi vllo tempore inuentum fuerit, quod dictus Nemæus contenta in dicta ſententia ſibi impoſita non ſeruauerit, aut in aliquo illi contrauenerit, intelligatur incurriſſe pœnas per ſacros canones impoſitas talibus ſic contrauenientibus, & ſibi commiſſa non ſeruantibus,

in cuius ſententiæ executione ipſe Nemæus abiurando omnes hæreſes obligauit ſe ad pœnas prædictas in dictis caſibus inobſeruantiæ ſcilicet, & contrauentionis. Nec videtur hic dubitandũ an poterit ſe hoc modo obligare, licet dici ſoleat

Liber homo. liberum hominem non eſſe dominum membrorum ſuorum, & ideo ad pœnas corporales non poſſe ſe obligare.l. liber homo. & ibi not.ff. ad l. aquiliam. Cum id factum fuerit iuxta formam c. ego Berengarius. de conſe. di.2.quæ forma communiter ſeruatur. vt per Carer.de hære.nu.160. Et Gundiſ. in di. tit.q. 20.nu.7.& Spec.in tit. de iureiur. nu. 9. ver.de ſacramento redeuntis. Quo præſuppoſito ſic ſtante,& ſi abs que eo quod vlterius laboretur,concludendum eſſet ſententiam per Reuerendiſſimos Cardinales illum condemnare ad pœnam relapſorum, cum non ſeruauerit per eoſdem illi impoſitam pænitentiam, & promiſſis contrauenerit,& per con ſequens curiæ ſeculari ſine vlla penitus audientia tradẽdum. iuxta. c. ad abolendam. de hære. vt ſcilicet igne comburatur l. Ariani.C. de hære. quod videtur ſumptum ex euãgelio Io. 15. vbi dicitur; Siquis in me non manſerit mittetur foras,& ſicut palmes areſcet,& colligent eum & in ignem mittent.Et ita ſe habet conſuetudo, quod igne comburantur hæretici, vt late per Carer. vbi ſupra. nu. 132. vt tamen officio mihi iniuncto aliqualiter ſatisfaciam, dico dictum Nemæum om nino tradẽdum brachio ſeculari iure cautum reperiri, dato etiam quod ſententia, & abiuratio de quibus ſupra,illum nõ declaraſſet relapſum,quia pars pęnitentiæ dicto Nemæo iniũctæ in dicta ſententia tendit de directo contra hæreſim per ip ſum abiuratam, & in illius detestationem ad hunc effectum illi aſcriptam, vt apparere poſſit vtrum in tenebris ambulet, an in luce,vtrum ſit penitens,vel ficte conuerſus,prout diſponitur in c.literas. in fin. de præſumpt. Et quod hoc ſit verum patet ex eo,quia cum teneret,& aſſereret,quod in ſacramẽn to euchariſtiæ verum corpus. D. N. Ieſu Chriſti non contineretur, negaretque confeſſionem auricularem eſſe de neceſſitate ſalutis, Reuerendiſſimi Iudices illi voluerunt, quod ſingulo

gulo anno quater peccata ſua ſacerdoti confiteretur, & per manum ipſius, vel alterius ſacerdotis ſacratiſſimum euchariſtiæ ſacramentum ſumeret. quæ quidem pœnitentia ſic per ipſum Nemæum omiſſa, ex alia cauſa non videtur omiſſa, quã ex conſequentia erroris a ſe prius approbati, merito vti relapſus condemnandus venit. Arg. c. accuſatus. §. ille quoque Squilaceñ. in ſuo tract. de fide. ca. c. 19. Arelat. de hære. nu. 30. ita intelligunt, & referunt Calder. in di. c. literas. Zenzel. Macheſi. & Io. de Imol. in Clem. 3. in glo. in ver. propagine. ita illum tex. intelligere.

Secundo pro hac opinione, quod non perficiens ſibi per Inquiſitorem impoſitam pœnitentiam (loquendo de hæretico reuerſo, & hæreſim abiurante) dicatur relapſus, & vti relapſus poſſit puniri, facit textus in di. c. ad abolendã. in prin. adiuncto. §. laicus, vbi dicitur, quod clerici manifeſte in hæreſim deprehenſi, ante omnia debent totius ordinis eccleſiaſtici prærogatiua denudari, deinde ſunt ſecularis poteſtatis arbitrio relinquendi, niſi ad arbitrium epiſcopi errorem ſuũ abiurare conſenſerint, & ſatisfactionem cõdignam exhibuerint. Idem de abiuratione, & ſatisfactione repetitur. in. §. laicus. Cum ergo ille textus requirat duo copulatiue, videlicet & quod abiurent, & quod ſatisfactionem condignam exhibeant, ſi euitare velint manus ſecularis iudicis, alterum ſine altero implere non ſufficit, quia de natura copulatiuæ eſt, ꝙ vtrumque copulatum concurrat. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. cum ſit etiam quod Nemæus alterum omiſerit non ſatisfaciens pœnitentiæ ſibi iniunctæ, ſequitur quod tradi debet curiæ ſeculari.

Pœnitentiam ſibi impoſitã non perficiẽs.

Rurſus tertio dicitur ex alio capite Nemæum omnino relapſum iudicandum, qui ſcilicet poſt abiuratam hæreſim cõuerſatus eſt ſcienter cum hæreticis, quod cum ex approbati a ſe prius erroris conſequentia feciſſe dubium non eſt, ideo merito relapſus iudicandus. Ita ad literam dicit textus qui cauillari non poteſt. in di. c. accuſatus. §. ille quoque. Nec poteſt ſaluari Nemæus ſe excuſando cõuerſum cum Aquilio vti

Conuerſatio cum hæreticis.

 cauſidico,

cauſidico, & eiuſdem Nemæi procuratore, & multo minus dignus eſt excuſatione, quod alter eſſet eius ſolicitator, & quoſdam debitores exigendos dum Romam profecturus eſſet eidem reliquiſſet. & ſi textus in di. §. ille quoque, dicat ꝙ excuſari non poſſit, quia hæ excuſationes non videntur neceſſariæ, prout ibi glo. requirit. & ideo ſubintelligit neceſſario, ſcilicet vt famæ & ignorantiæ. ex qua expoſitione iunctis iuribus allegatis per glo. ſecundum quam dictum eius intelligendum eſt iuxta Docto. Bar. in l. Non ſolum. § liberationis. ff. de lib. lega. habetur quod illa verba, qui excuſari non poſſit. referēda ſunt ex mente glo. ad illud vltimum tantum, videlicet ſui fauorem, illis impendat. Sed dato quod excuſatio dicti Nemæi ſit neceſſaria prout non eſt, quid poterit reſponderi ad conuerſationem quam habuit cum tertio? nihil certe. Igitur relapſus iudicandus eſt, & maxime quia per hoc vltimum in abiuratione hæreſim dicitur incidiſſe, quo fit ꝙ locus eſt principio, di. c. accuſatus. Nam inter alios errores quos abiurauit, conuerſationem etiam hæreticorum abiuraſſe reperitur, iuxta diſpoſitionem c. inter. de purg. can. Facit dictum c. ad abolendam. §. illos quoque. Sed qui in abiuratam hæreſim de nouo cadunt, dubium non eſt, quod ſunt relapſi, & curiæ ſeculari debent tradi. c. ſuper eo. de hęre. li. 6. di. c. accuſatus. in prin. ergo ex his pro officio concludendū Nemęum ſine vlla penitus audientia curię ſeculari tradendū eſſe, ſed nequaquam illi humiliter petenti ſacramenta confeſſionis, & euchariſtię denegantur, ſi tamen verę pęnitentię ſigna in eo manifeſta apparuerint. di. c. ſuper eo, Saluo ſemper tamen rectius ſentientis iudicio.

Qui excuſari nō poſſit quomodo intelligi poſſit.

Sacramenta confeſſionis, & euchariſtiæ relapſo non denegantur.

Rationes in cauſa Nemęi quod non ſit relinquendus brachio ſeculari.

IN cauſa Nemæi pręmitto me vllo pacto relapſum defendere nec velle, nec cogitaſſe, nec minus Sanctę Eccleſię Catholicę, ſeu ſummorum Pontificum determinationibus, vbi

habeantur

habeantur contradicere.& vbi non,omnia mea deciſionibus, Doctorum catholicorum ſubmitto.

Tenentes Nemęum veluti relapſum fore brachio ſeculari relinquendũ,fundant ſe,ſeu fundari videntur ſuper dicti Nemęi abiuratione, in qua cum iuramẽto ſe ad relapſorum pœnas obligauit,ſi & quãdo pęnitentias, & mandata ſibi impoſita non ſeruaſſet, vt in ipſa abiuratione ſua videri poteſt.

At hoc nihil eſt, quoniam dictus Nemæus ad talem pœnã quę eſt pœna mortis non ſe potuit obligare,cum homo liber non ſit dominus membrorum ſuorum,vt ciuilia iura clamãt. tale quippe iuramentum imprecatorie factum intelligẽdum ẽſt.idem eſt enim de hoc dicendum, ſicut de eo qui ſe ad aliquid ſeruandũ ſub anathematis pœna obligauit. Sicut enim talis ad hoc ſe non potuit obligare (quicquid dicant Hoſt. & Inno.) vt recte docet Diuus Thomas in quarto ſent, di. 19. q. prima. art. vlt. q. vlt. ad vltimum.& idem habetur in glo. pri. q. 7. c.quotiens.ita & multo minus Nemæus ad pœnam mortis quæ relapſis infligitur potuit ſe obligare. Et quod eadem ſit de vtroque ratio,non eſt difficile demonſtrare. Nam cauſa quare nullus poteſt ſeipſum excommunicare, eſt quia excommunicatio eſt actus iuriſdictionis. vnde in quem quis non habet iuriſdictionem, non poteſt illum excommunicare. Per iuriſdictionem autem cum quis in gradu ſuperioritatis conſtituatur, ſit Iudex eius reſpectu illius in quem iuriſdictionem habet, nullus autẽ in ſeipſum Iudex eſſe poteſt, & per conſequens nec ſeipſum excommunicare. Quis modo recte negare poteſt hanc eandem rationem, & multo fortius etiam pro eo qui ſe iuramento ad mortem obligauit? ꝙ in caſu Nemęi non concludere patet.

Liber homo non eſt dominus ſuorũ mẽbrorum.

Seipſum excõmunicare qs non poteſt.

Et ſi dicatur rationem hanc non contrariari. c. ego Berengarius. de conſe. di. 2. vbi habetur forma iurandi,ad cuius exemplar aliæ abiurationes fieri debent,vt dicunt Doctores. Reſpondetur,quod argumentum hoc non ſolum noſtro non officit propoſito, ſed magis proficit. nam ſi alię formæ abiurandi hęreſim ad inſtar illius c.ego Berengarius.ſiũt,& iuramentum

mentum illud ibidem exhibitũ imprecatorie ſumitur, vt dicit glo.in di.c.quotiens,& cum eo conſentit Io. de Tur. Cre. in eodẽ loco.ergo idem dicendum erit de iuramento in aliis abiurationibus fieri ſolitis.

Nec contra nos ſeu Nemæum ſententia per Reuerendiſſimos Cardinales lata contra eum pugnat, & ſi in illa dicatur, quod vbi dictus Nemæus pænitentias, & mandata ſibi impoſita non obſeruauerit,aut in aliquo illis contrauenerit,illum pœnas per ſacros canones impoſitas, & talibus comminatas incurriſſe. Nam comminatorie,ſicut & per ipſum exhibitum iuramentum imprecatorie intelligi debent.

Vltimo dici poteſt, & concedi Nemæũ dictas pœnas incurriſſe per ſacros canones impoſitas,ſed modo dicendum eſt & docendum,quę nam ſint pœnę illę talibus per ſacros canones impoſitæ. Hoc eſt enim ꝙ principaliter in hoc caſu quęritur.

Ad idẽ ſecũdo arguitur per Doct..Nam Calder. in c. literas. de præſumpt. vt refert Squillaceñ. in tract. de fi. ca. c. 9. dicit pęnitentias per Inquiſitores hæreticis imponi ſolitas duplicis eſſe ordinis. Quædam namque ſunt directe contra hæreſim, quædam vero non. Non perficiens pænitentias primi ordinis (quicquid ſit de ſecundis) relapſus dicitur. Nam ad hunc imponuntur effectum, vt apparere poſſit vtrum in tenebris ambulet, an in luce, & an vere vel ficte ſit conuerſus, iuxta formam c. literas. de præſumpt. tunc ſic ſubſumi poteſt, ſed ſumere Chriſti Corpus eo modo quo Nemæo noſtro impoſitum erat,eſt de primis pænitentiis,ergo relapſus eſt, & ꝑ conſequens relinquendus brachio ſeculari.

Pœnæ hæreticis pænitentibus imponi ſolitæ duplices ſunt.

Admiſſa præfata Calder. de pænitentiis diſtinctione, dicitur quod illa ratio ſupponit vnum quod erat probandum,ſcilicet ſumere Chriſti corpus eo met modo quo Nemæo impoſitum fuerat inter pænitentias primi ordinis connumerari. Nam tales ſunt,contra hæreticos prædicare, hæreſim deteſtari, & huiuſmodi,prout dictus Squillaceñ. de mente Calder. exemplificat. Item pænitẽtias primi ordinis eas eſſe dicimus, vltra quas eccleſia non habet amplius quid faciat. Nam hoc eſt

Primi ordinis pænæ.

eſt contra vltimum iuriſdictionis iudicis. Ille quippe qui non obtẽperat iudici in eo quod eſt vltimum ſuæ iuriſdictionis, dicitur incorrigibilis. vt docet Bal. in c.cum non ab homine. de iudi. Modo in caſu iſto eccleſia habet amplius quid faciat. Nam adhuc poteſt ipſum punire cum in fortiis eius ſit. Similiter pęnitentias primi ordinis eſſe dicimus, de quibus vbi nõ perficiantur rationabilis cauſa adduci non poteſt, vt elicitur ex cap. accuſatus. §. ille quoque. de hære. lib. 6. Et ex Archi. in cap. vt commiſſi. tit. & li. vbi ſupra. Et ex Frederico de Senis in conſ. 157. Modo Nemæus in ſui excuſationem quare ſua non fuerit confeſſus peccata, nec ſacrum Chriſti corpus ſumpſerit, pro cauſa adducit, quod credit ſe a malo poſſideri ſpiritu, & quæ confiteatur peccata non habere, ex quibus omnibus ſi bene cum alijs adminiculis, vtputa fuga ex vrbe ſtatim facta abiuratione, & non acceptis literis, in agro latitare ac ſubtus ſcalam, conſiderentur, conueniemus ipſum Nemæum ex capitis debilitate, & quod non erat ſanæ mentis non obediſſe, quod quidem ex teſtium productione comprobabitur vt infra.

Item pro affirmatiua videtur eſſe apertus textus in cap. ad abolendam. §. laicus. de hære. vbi ſic legitur, laicus autẽ (prout dictum eſt) niſi abiurata hęreſi, & ſatiſfactione exhibita cõfeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſecularis iudicis arbitrio relinquatur. Ecce quod textus ille duo copulatiue requirit, videlicet & quod abiuret, & quod ſatiſfactionem exhibeat, aliter, &c. De natura enim copulatiuę eſt concurſus copulatorum, cum ergo Nemæus ſatiſfactionem condignam non exhibuerit, relinquendus erit brachio ſeculari.

At ratio iſta procedit ex malo intellectu illius textus. Nã illius ſenſus eſt quod hæreticus relinquendus eſt brachio ſeculari, niſi hæreſi abiurata pænitentiam ſibi iniungendã prius acceptauerit. Et ſenſus iſte ex dictis ſupra conuincitur in eodem c. vbi loquendo de clerico hæretico redire volente, dicit ipſum recipi non debere, niſi duo promittat, abiurare videlicet, & pænitentiam ſubire, ſeu acceptare, quod exprimitur

mitur per verbum conſenſerit. Idem enim iudicandum eſt de clerico, & laico quoad caſum iſtum. Nam in .§. laicus. remittit ſe ad ſupradicta, dum dicit, prout dictum eſt. Et confirmatur quoniam in di..§. laicus. tria per ordinem a redeunte ad fidem requiruntur, abiurare, ſatisfactionem exhibere, & ad fidem ſtatim confugere orthodoxam. Quis modo dicet pænitentiam adimpleri debere, antequam quis ad orthodoxam fidem confugerit? Eſt ergo ſermo de promiſſione acceptandi, & ſatisfaciendi.

Tria redeunti neceſſaria.

Quod magis vrget, eſt cõuerſatio quam cum illis habuit quos ſciuit eſſe hæreticos. Nam contra eum eſt textus apertus in c. accuſatus .§. ille quoque. vbi implicite dicit conuerſantem cum hæreticis inter impænitentes connumerari. Nemæus ergo noſter, & ſi eo quod pænitentiam ſibi impoſitam non perfecit, brachio ſeculari non poſſit relinqui, vt videtur tenere Decius in conſ. 137. tamen ob conuerſationem quam ſcienter cum hæreticis habuit, ipſum tradi debere non poteſt negari.

Vere hæc ratio fortis eſt, ad quam tamẽ dicitur, quod vbi Nemæus cũ his quos hæreticos nouerat quatenus, & in quantum hæretici erant, conuerſationem habuiſſet, abſque dubio relinquendus foret, non autem ſi ob aliam cauſam, & non quatenus hæretici. Sermones enim formaliter accipiendos eſſe docuit Ariſtoteles. Claret modo Nemęum cũ hęreticis quatenus hęreticis conuerſatum non fuiſſe. Nam cum inter ipſos de ad fidem pertinentibus ipſo Nemęo prę ſente ſermo factus eſſet, non ſolum illis non conſenſit, ſed etiam eos reprehendit, vt ex eius & illorum proceſſibus apparet. Et ſi dicatur, tenebatur reuelare, & non reuelauit, relinquendus igitur erit brachio ſeculari, neganda eſt conſequentia, nam hoc lege non ſancitur.

Formaliter accipiendus eſt ſermo.

Conuerſatus cum hæreticis nõ vt sũt hæretici.

Et confirmatur reſponſio iſta, quoniam ſicut q̃ hęreſim dicentem Chriſtum de Spirituſancto conceptũ non fuiſſe affirmat, negat vero liberũ arbitrium noſtrum ad bonum aliquid poſſe, relapſus minime eſſet dicendus, pari modo dicendum

eſſe

eſſe videtur de illo qui licet abiurauerit, & poſtea cum hære ticis etiam ſcienter conuerſatus fuit, at non quatenus hæreticis. Ratio enim quare conuerſationem habens poſt ſuam abiurationem cum hæretico alterius ſectæ ab eo, relapſus non cenſetur, alia aſſignari non poteſt, niſi quoniam cum ipſo non tamquam cum hæretico conuerſatur. Idem ergo, & de iſto erit dicendum.

Dico tamen Nemæum de ſeipſo vehementer ſuſpicionem dediſſe, & merito ſuſpicari poſſe ipſum non pœnituiſſe, & ſic ad prima rediiſſe delicta, vel in illis perſeuerare. At ob vehementem ſuſpicionem nullus vt hæreticus, & multo minus vt relapſus iudicandus eſt. Et hæc per modum dubij dicta eſſe volo, & ita proteſtor, & non aliter, nec alio modo.

Sequuntur ſolutiones omnium prædictarum rationum pro parte fiſci.

RAtiones ſupradictæ parum, vel nihil releuant. Et primo non eſt ſimpliciter verum, quod fundamentum fiſci tenentis Nemæum debere tradi, vel relinqui brachio ſeculari ſit in eius abiuratione. Sed bene verum eſt quod in illa, iuncta tamen cum ſententia Reuerendiſſimorum D.D. Iudicum quæ quidem ſententia ſi bene legatur ſolũ Nemæum condemnat. Sed dato & numquam conceſſo, quod iuramentum ſit imprecatorium, vt exemplo aſſeritur, quod potius promiſſorium dici poteſt, & quod Nemeus non ſit dominus membrorum ſuorum, & ideo alias non potuerit ſe obligare ad pœnas corporales, nonne Iudex cui ſpectat purgare prouinciã malis hominibus. l. congruit. ff. de off. præſid. potuit in ſua ſententia illum obligare? certe nemo dubitat. ſed quod fortius, nonne ſtatim, & ipſo iure quod non perfecit pænitentiam canones ipſum relapſum iudicant? textus eſt ſi recte conſideratur in c. literas in fin. de præſumpt. Sed nonne poſſet dici, ꝙ quod propter atrocitatem criminis ſpeciale eſſet in crimine hæreſis?

Promiſſoriũ potius, quam imprecatorium.

Quod iuramentum imprecatorium obligat etiam ad pœnas corporales hominem liberum,& maxime cum ex iuſtitia illa pœna corporalis infligenda eſſet, ſecūdum quod limitat regula di.l. liber homo. ſum. Ang. in ver. Iuramentum quinto. de obligatione. nu. 7. verſ. Idem dic quod iuramentum, &c. Alias ſequeretur, quod iuramentum de quo in c. ego Beringarius,eſſet ſuperfluum,contra aſſeuerationem ſummi Pōtificis in prohemio decreti. Poſſet etiam forte tentari, quod Nemæus non eſſet liber homo cum carceri mancipatus eſſet, & per Reuerendiſſimorum DD. Iudicum ſententiam ad perpetuos carceres damnatus,per quod damnato in metallum æquiperatur,vt tenet Inno. in c. qualiter, & quando. de accuſa. prout refert Bar. in l. publicanorum.nu. 10.ff. de publi.iudi. Et ideo ab illa regula exemptum, in hoc tamen vltimo non facio vim. Quod autem dicitur ſententiam comminatoriam, hoc fateor,ſed quod non debeat ex iſta comminatione puniri,quia imprecatorie ſit intelligenda, hoc negatur,cū ex iſta comminatione obligetur taliter,quod non poſſit in caſu contrauentionis pœnam comminatam aufugere. Hoc cōceditur, quod ſit dubium quæ ſint iſtæ pœnæ, quia iura cantant in di. c. ad abolendam. in di. c. accuſatus.& in di. c. literas. Multo minus conceditur, quod probandum ſit ſumere corpus Chriſti illo modo quo impoſitū eſt Nemęo, inter pęnitentias contra hæreſim connumerari, quia ex ſe clarum eſt & manifeſtum, cum ex hoc poſſit cognoſci vtrum ambulet in tenebris,an in luce.Nec eſt bona conſequētia, ſumere corpus Chriſti eo modo &c. non connumeratur per Calder. inter pęnitentias primi ordinis. ergo quia exempla non aſtringunt,ſed declarant.l. de damn. infec. ibi Bar. de damn. infec. cum ſi. Nec iuuari poteſt Nemæus per fictionē inſaniæ, quia dato quod aliqua ſigna in eo nō ſani capitis viſa fuerint, hoc in eo vt in quolibet alio malo, & peruerſo præſumendum eſſet,alio non docto, vel apparente,cum & longa interualla ſanæ mentis in eo videantur. ex quo dicendum omni in caſu eſſet,quod cum dicta inſania in eo non ſit perpetua,ſed longis

interuallis

interuallis temporum illum ſaniorem permittat, debebat tẽporibus defenſionum ſibi conceſſis, & ſemel, & iterum, ac tertio prolũgatis, docere in dictos errores incidiſſe temporibus, quibus inſania vexabatur. l. Diuus. ff. de off. pręſid. quod cũ non fuerit factum, & contrarium poſſit apparere, & appareat ex actis, vanum eſt proponere inſaniam, quæ illi prodeſſe non poteſt.

Nec verum eſt, quod di. c. ad abolendam requirat ſolam promiſſionem ſatisfactionis, & ſimplex promiſſio ſufficiat abſque eo quod ſatisfaciat, quia peſſime dictum eſt pace ſua, cum verba debeant intelligi cum effectu. l. 1. §. 1. ff. quodquiſ qui iuris. vbi. caſtren. Et ideo cum myſterio vſus eſt ſummus Pontifex illo verbo, ſatisfactionem cõgruam, propter quam cognoſci debet, an recte ſit pęnitens &c. di. c. literas, alias ſe quereretur, quod ita eſſent accepti qui pęnitentiam peragerẽt, quam qui illam omitterent, quod eſſet maximum abſurdum, ideoque euitandum. l. nam abſurdum. ff. de bo. lib. cum ſi. Et ꝙ non ſufficiat ſimplex promiſſio in illo tex. facit textus in eo tit. in c. excommunicamus. 2. §. fin. ibi. ad agendum pænitentiam. & expreſſius in di. c. literas. in fin.

Promiſſio ſola nõ ſufficit.

Multo minus verum eſt, quod dictus Nemæus poſſit euitare diſpoſitionem di. c. accuſatus. §. ille quoque. quia conuerſatus ſit cum hæreticis, ſed ex alia cauſa vt in proceſſu. Quia facilis eſt reſponſio, cum hæc qualitas quę eſt adiuncta maleficio ad remouendum dolum, debuerat probari. Prohibitum enim eſt conuerſari cum hæreticis c. inter. de purg. ca. di. §. illos quoque Ad remouendum igitur dolum debuerat probari per ipſum Nemæum qualitas illa. Nam curia per cõfeſſionem maleficii ad plenum informata eſt, vt in ſimili ſolet dici de eo qui fatetur occidiſſe hominẽ ad ſui defenſionem, qui habetur pro confeſſo, ac ſi ſimpliciter confeſſus eſſet, cũ iuris præſumptio ſit quod dolo fecerit, vt per Bar. in l. Aurelius. §. Idem quęſiuit. ff. de libe. lega. Confeſſio enim qualificata probat contra confitentem, quando contra talem qualitatem militat præſumptio iuris. Socin. in l. 1. num. 10. ff. de

Confeſſio qualificata adiuncta maleficio.

 vulga.

vulga. quod contra qualitatem dictam ſit iuris præſumptio textus eſt clarus in di. §. ille quoque. c. accuſatus.

Quod autem dicitur pro confirmatione præmiſſorum, ꝙ qui poſt abiurationem hæreſum conuerſatur cum hæreticis diuerſæ ſectæ, & opinionis, non dicitur relapſus, eſt contra textum in c. excommunicamus. 1. & 2. de hære. vbi habetur, licet habeant facies diuerſas, habēt tamen caudas colligatas, & in vanitate conuenerunt in idipſum. & eſt textus in termi nis in di. c. accuſatus. §. cum vero. Quæ opinio ſine dubio cō tra Nemæum procedit, qui omnem hæreſim abiurauit, vt in eius abiuratione habetur, vt tenet Gondiſ. de hære. q. 20. nu. 6. Et ex his adhuc perſiſto pro fiſco in eadem opinione, ꝙ ſcilicet Nemæus ſit brachio ſeculari tradendus, & præcipue ex concluſione facta per eius defenſores, dum dicunt Nemęū ipſum dediſſe de ſeipſo vehementem ſuſpicionem ipſum nō pænituiſſe, vel ad priora redijſſe delicta, quæ ſuſpicio vehemens habetur a lege pro probatione clariſſima. di. c. accuſatus in prin. in di. §. ille quoque. Tradatur igitur brachio ſe culari quanto citius &c. Saluo tamen ſaniori rectius ſentiē tis iudicio.

Facies diuerſas ſed caudas colligatas.

Sequitur ſupplicatio pro Nemæo Auio.

MVltum Reuerende Pater. Cum ſecundus iam agatur annus, quod Nemæus Auius in fortiis. R. V. detinetur vt inobediens, & quod contra Reuerendiſſimorum. DD. Card. generalium Inquiſitorum mandata, & impoſitiones fe ciſſe videatur, videns Nicolaus Auius filius coniuncta perſo na, & debitus miſeri deteti patris defenſor illum adhuc inde fenſum remanere, & qualemqualem errorem commiſerit, id omne ex variis humoribus, & expreſſo furore emanaſſe, poſcit vbi de prædictis clare non conſtat plenas ſumi informationes. Et quia ſuis iam & congruis loco, & tempore oblatæ per R. V. defenſiones tam detenti furia & inſania, quam ſup plicantis imperitia recuſatæ fuerunt, propterea ſupplicat di-

ctus

ctus Nicolaus, vt plenius & clarius de prędictis liqueat, ad nouas per R. V. ſe admitti defenſiones, defendendique licentiã in ſcriptis ſibi dare, vt per idoneas ꝑſonas ſe tueri queat. nec enim temporis penuria, aut aliena imperitia alterius innocẽtia eſt conculcanda aut opprimenda æquitas, quæ cum iuſta ſint, & pia, haud quaquam a R. V. ſe obtenturum minime diffidit. cuius benignitati, & clementiæ plurimum ſe commendat. Prædictis annuit Inquiſitor.

Dicta octo teſtium omni exceptione maiorũ per quæ præfati Nemæi inſania per infraſcriptos. I.V. Doctores ſatis probata eſt viſa, breuitatis cauſa hic non poſuimus, tantumque ipſorum Doctorum vota ſubſequi iudicauimus expedire.

Videbatur omnino dicendum ex his quæ proponuntur Nemæum Auium cenſeri relapſum, & quia ſic voluit & iurauit vbi mandata non ſeruaſſet. ad c. ad abolendam. de hære. .§. pri. vbi abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, Clem. fin. in fin. eo. tit. ibi. pęnituerit, & ſatisfactionem exhibuerit. Et relapſum eſſe eum qui pænitentiam ſibi iniunctam non ſeruauerit dixerunt Matheſil. Zenzel. & Imol. in Clem. 3. de hære. in glo. Propagatur. Fred. de Senis. de hære. conſ. 157. in fin. quos refert, & ſequitur Arelat. in tract. de hære. q. 30. vbi allegat Calder. in c. literas de præſumpt. quicquid dixerit Decius in conſ. 136. col. 4. nu. 4. poſt Calder. conſ. 2. tit. de hęre. verum quicquid ſit de iure, quia in caſu noſtro ex defenſionibus nuper factis, & teſtibus deſuper examinatis, & actionibus ipſius quotidianis deprehenditur eum nõ habuiſſe, nec habere mentem integram, nec ſanum conſilium, ſed quandoque verbis, aliquando factis, & verbis multipliciter delirare, & abipſomet diſcedens, & a cõſtantia, & ſana mẽte, iure dici poteſt phanaticus, & inſanus, vt nauiget forte Anticyram, & indigeat elleboro (vt aiunt) & vultus eiuſdem prę ſe fert ſtupidum hominem, & atra bili laborantem, vt cuique qui nõ toruo oculo reſpiciat, innoteſcere poteſt. Quę omnia confirmare videntur conuerſatio, & loquela eiuſdem, videtur tenenda iſta pars magis ſalutaris, & excuſatur a pœna relapſus,

Nauigat Anticyram.

lapſus, & ab omni contumacia,& ab omni pœna.& in omnẽ euentum videtur cum eo miſericorditer agẽdum, huic natu ræ morbo parcendo, & compatiendo, vt prudens conſilium Reuerendi D. Inquiſitoris magis conuenire iudicabit, qui ſa luti ſuæ alijs opportunis remedijs conſulere poterit, cui relin quendum cenſuimus.

Bernadi. Alberghetus Auditor
Et conſil. Ducalis.

Atræ bilis morbo.

EX teſtiũ atteſtationibus per nos viſis,& mature conſidera tis videtur Nemæus Auius atræ bilis morbo quem melan colicum appellant,laboraſſe affectumque eſſe,ita vt dilucida habuiſſe interualla arbitrer. quo circa relapſi pœna (mitius ſecum agendo) minime eum puniendum eſſe crediderim,ſal uo tamen iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius correctio ni me ſemper ſubijcio,Reuerendæque P.V.ſummopere com mendo. Dat. Placẽ. die 13. Feb. M.D.LX.

Lucas Franciſchinus Conſil.
& Auditor Ducalis.

VIdi teſtes examinatos in caſu Nemæi Auij a R. V. mihi traditos,ſciſitando quid ipſe de eo ſentiam.& omnibus pro tenui facultate mea diligenter conſideratis, in hanc ſen tentiam accedo, quod actus qui ab eo facti eſſe probantur, ſint euidentiſſima ſigna furoris, & humoris melancolici, ac furioſi hominis, & non ſanę mentis. propterea, & ſi a pæni tentia ſibi iniuncta defecerit, non crediderim illum vti relap ſum condemnandum eſſe,cum etiam in dubio mitior ſemper ſit facienda interpretatio, & per quam pœna euitatur. Hæc quæ ego ſentio volui ſic breuiter retuliſſe.R.V.cuius integer rimo iudicio meam hanc ſententiam ſubmitto, & illi me cõ mendo. Ex ædibus noſtris, nono Kal. April. M. D. L X.

Vti filius Albertus de via. I. V. D.

Satis

SAtis videtur probatum per teſtes pro parte Nemæi Auij, de momentaneo quodam furore,ſeu quadam eius mentis ad tẽpus alienatione, ex verbis & actibus de quibus deponũt teſtes, ſed tamen ex proceſſu deprehendi non videtur,quod ob inſaniam, vel illam mentis alienationem pænitentiam ei iniunctam in deteſtationem errorum eius non perfecerit,mi nuſque,quod in furore eſſet quando cum Thaddęo hæretico poſt abiurationem ſuam conuerſatus fuit, ſed potius, quod eſſet ſanę mentis. Nihilominus inclinando in benigniorem partem putauerim eum ab ordinaria pœna relapſi poſſe abſolui, omnia tamen ſubmitto iudicio ſanctiſſimæ Inquiſitionis. Ex domo noſtra die 10. Martij. M. D. LX.

Marcellus Marazanus. I. V. D.

VIdi teſtes examinatos ſuper furore Nemæi Auii, necnõ Illuſt. DD. Lucę Franciſchini Ducalis conſiliarij, & huius noſtræ ciuitatis Prætoris, & Bernardini Albergeti Ducalis conſiliarij, ac Magnificorum. DD. Alberti de via, & Marcelli Marazani iuriſconſultorum,& omnibus conſideratis,in eandem ſententiam deuenio in quam & Illuſt. & Magnifici viri prædicti deuenerunt, vt ſcilicet præfatus Nemæus ob furorem a pœna relapſus veniat excuſandus, & R. V. me commendo. Dat. Placeñ. in ædibus noſtris die 19. Maij. M. D. LX.

Deditiſs. Petrus Antonius Anguiſola.
I. V. D.

CItra dubium eſt Nemæum Auium (vt ex proceſſu patet) poſt abiurationem ſuorum errorum in pęnas relapſis debitas incidiſſe, tum quia ex vrbe diſcedens ad hæreticos, vel ſaltem ad de hæreſi ſuſpectos ſcienter declinauit,nonnulliſque diebus apud illos moram traxit,ac eis poſtmodum munera miſit,tum quia ſibi iniunctam pænitentiam non perfecit Io. de Imol. in c. ad noſtrę. de hære. in Clem. ſuper ver. propagine.

pagine. Io. Calder. in c. literas. de præſumpt. & Fred. de Senis. in conſ. 156. niſi aliqua excuſaretur cauſa, quæ in Nemęo furor, ſeu inſania allegari poteſt. Talem cauſam mediare volentes, primo quis ſtultus, ſeu amens dicatur, ſecundo quomodo dictus Nemæus tali morbo laboret, dicamus.

Stultus quis dicatur. Stultus ſeu amens (ait Diuus Thomas. 2. ſec. q. 46. ar. 1. ad primum) eſt qui deficit in ſumma iudicij, ſcilicet ſecundum altiſſimam cauſam, non autem ſi deficiat circa aliquod modicum. & Inſtit. quid cum eo. §. ſed erit. furioſus vel ſtultus eſt qui malum eligit, cum poſſit eligere bonum. & glo. in l. is qui. ff. de tutor. & cura. da.

Nemæus poſt ſuam abiurationem magis in ſumma iudicij & ſecundum altiſſimam cauſam defeciſſe repertus eſt, potius malum ſibi eligens quam bonum, vt patet per teſtes examinatos. Nam cum optime ſciret ſe in relapſorum pœnas incurſurum, niſi obediret Reuerendiſſimis Dominus Cardinalibus, & faceret ſatis pænitentiæ ſibi iniunctæ, qua mentis ſanitate irreſolutus ex vrbe diſcedens ſine capitio ſeu bireto, & ſine habitello obliquis itineribus Placētiam properans, ſtatim ad de hæreſi ſuſpectos non clam, ſed publice declinare, & apud illos per aliquos dies manere elegit? ſi dicatur quod penes illos ſcripturas nonnullas haberet, ac vt eas recuperaret ad illos declinauit, reſpondetur, quod vtique niſi inſania laboraſſet poterat alio declinare, & per internuntium ipſas ſcripturas rehabere.

Adde quod ſemper ipſis cum ſuſpectis degens illos de hæreſi reprehendendo catholice loquutus eſt. Si dicatur, quod ſane quandoque loquitur, licet & aliquando fatue. vide optimum dictum Alex. in l. furioſum. C. qui teſt. fa. poſſ. & Bar. in tract. de teſt. dicentis, furioſus qui mixtim ſapienter, & fatue loquitur, ſemper pręſumitur furioſus. Furioſus autem reputatur mortuus, l. Diuus. ff. de off. præſid. l. furioſum. C. q. teſt. fa. poſſ. Adde dictum glo. alleg. a Io. de Imo. ſuper c. ſi furioſus. de homici. lib. 6. Quare furioſus non incidit in irregularitatem occidendo vel mutilando alium, reſpondetur

Mixtim ſapiēter, & fatue loquens.

quod

quod furioſus,ſiue per interualla tẽpore furoris non poteſt in ferre iniuriam,ſed pati ſic. & ſimiliter ſi damnum tali tempo re daret non tenetur, ſed habetur perinde ac ſi caſu eſſet datum , & perinde , ac ſi regula cecidiſſet .ff. ad l. aquil.l. ſed & ſi quacumque .§. 2 . cum autem per teſtes conſtet Nemæum multoties furore actum fuiſſe , & in ſui præiudicium ſemper amentia vſum fuiſſe , cõcludendum arbitramur illum non re lapſorum modo, ſed nec aliqua pœna dignum, ſed eidem tã quam mentecapto per publicum nuncium in conſuetis locis vrbis vti furioſo, ac minus ſanæ mentis publicato, a Reuerendo Domino Inquiſitore aſſignãdum eſſe curatorem, ſine quo neque bona aliqua alienare, nec aliquid quod in ſui vel filiorum ſuorum præiudicium ſit, audeat, vel poſſit facere.

Frater Vmbertus Placeñ.
Inquiſitor Papienſis.

CASVS TALIS.

Margarita humilioris cõditionis, ac infimę plebis mulier, die quadam ſabbati dum ex agro vbi ſeminatos faſiolos ne a columbis vorarẽtur cuſtodiret, in ciuitatem reuertitur, a quadam quam in via reperit albis induta muliere vocata, mandatum accepit, vt Placentiam ingreſſa ſtatim populo diceret, ne Ieſu Chriſti eius filij nomen blaſphemaretur primũ, moxque dies ſabbati cum ieiunio, & a meridie retro ſine ope re ſeruili ab omnibus ſolemnizaretur. De viſione territa domum ſuam reuertitur , ac quã ſuppreſſam ad illam horam te nuerat, rem ſibi vicinę mulieri in agrum ſecum eunti tantum die altera Margarita aperit. Die tertia dum in dictum agrũ ad opus redit Margarita, eo in quo prius illam aſpexerat loco albis indutam mulierem iterum videt, a qua vocata, & ꝙ mandatis eius non feciſſet ſatis reprehenſa cum fuiſſet, reſpõdit, domina non credent mihi, tum illa , faciam vt credant , ſedeas , inquit. qua renitente replicauit illa, ſedeas , & dum hæc ſediſſet, addidit illa . Nunc ſurge , ſtatimque diſparuit.

Tum Margarita pedum grauedine impedita ſurgere cum nõ valeret, clamare cępit. O Domina adiuua me. Adiuua me (quæſo) ne hac nocte (hora ſiquidem tardiuſcula erat) hoc in loco ſola relinquar. Sicque dum voces querulas emitteret, affuerunt qui in vicino prato fęnum curabant ruſtici, reque intellecta illam iumento impoſitam in vrbem ad ipſius mulie ris domum reducunt. Quæ tribus diebus continuis lecto de cumbens immobilis pene ſe habebat. Die quarta melius ſe habere cępit. Sexta die ab epiſcopo qui hæc audierat accita, ſuis pedibus (paruo tamen dextrã ſubeunte bacillo) ad illum perrexit. Interim rei fama tracti plebei, ac ruſtici ad locum cõ currunt, munuſculaque offerentes, ac veris falſa miſcentes, tam vrbem quã agrum rumoribus implent. Quæritur ergo,

Primo, an talis viſio a bono ſit, vel a malo ſpiritu.

Secundo, an talis populi concurſu quæ vociferantur mira cula vere acciderint.

Quo ad primum dicitur, quod viſio hæc a bono ſpiritu vi detur eſſe, quia conformis diuinæ ſcripturę fuit, ſcriptum eſt enim in libro pſalmorum. Diuerte a malo, & fac bonum. hoc idem præcepit qui mulieri apparuiſſe dicitur ſpiritus dicens Non blaſphemetur filii mei nomẽ, & ieiunẽt homines die ſab bati. Cum igitur dictis Spiritusſancti hæc ſint conformia, videntur non poſſe niſi a bono ſpiritu procedere.

Occurſus boni ſpiritus terret. In contrarium eſt dictum Ambroſii ſuper lucam. Perturbamur, & a domino alienamur affectu (inquit Ambroſius) quando reſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. Quod quidem contingit non in viſione corporali ſolum, ſed etiam in viſione imaginaria, ait D. Tho. in tertia parte. q. 30 ar. 3. alleg. Gen. 15. cum ſol occubuiſſet ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum. cũ tamen talis viſio eſſet imaginaria. De viſione autem corporali ſpirituum patet in viſione Zachariæ, & beatæ virginis Lucę primo. quia vterque turbationẽ paſſus eſt in principio apparitionis. Et hæc eſt differentia (inquit. D. Tho. vbi ſupra) ſi enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, a domino ve niſſe *Gaudiũ poſt timorem.*

niſſe ſciamus auxilium, quia ſecuritas animæ præſentis maieſtatis eſt indicium, ſi autem incuſſa formido permãſerit, hoſtis eſt qui videtur. Et cum terror qui in principio viſionis huius mulierculæ non modo perſeuerauerit, ſed etiam acceperit augmentum, quo vt ab examinatis teſtibus habuimus, dictam mulierem totam trementem, ac vix ſui compotem a ruſticis illis fuiſſe inuentam accepimus, quapropter neceſſe eſſe dicimus viſionem hanc a malo, & non a bono ſpiritu fuiſſe cauſatam.

Præterea, ſerpentis antiqui moris eſt & ſemper fuit, quo mortales & ſimpliciores maxime facilius decipiat, a ſe pſuaſum malũ aliquibus operire bonis. Nam vt prioris legis ſacerdotes ſub religionis velamine induxerat oues, boues, & columbas in templo Dei habere venales, ſic & mulierculæ huic ſub ſacris ieiunandi, & a blaſphemia abſtinendi operibus, quæ Spirituiſancto, & ſacroſanctis Eccleſiæ catholicæ, & orthodoxæ præceptis contradicit ſabbati ſolennizationem pro ponit, ac præcipit obſeruandam. Præcipit enim ſacroſancta Rom. catholica, & orthodoxa eccleſia in c. peruenit. de cõſ. diſt. 3. ne iudaizare videamur, diem ſabbati omnino non coli, neque ab omni opere nos cuſtodiri, appellans huiuſmodi obſeruatores Antichriſti prædicatores.

Bonitate opta hoſtis malicia.

Dies ſabbati coli nõ debet.

Sacroſancta ſynodus Laodiceñ. in canon. 29. dicit. Non opportet chriſtianos iudaizare, & in ſabbato vacare, ſed operare eos in eadem die, Dominicam præponendo eidem diei, ſi hoc eis placet vacent tamquam chriſtiani. Hoc concilium non particulare, vt nonnulli actorum eccleſiaſticorum expertes dicere audent, verum vniuerſale, & a Liberio Papa congregatum, & approbatum docet eiuſdem Pontificis epiſtola.

Quod autem nec pie, nec ſancte hora nona interpretari poſſit (vt aliqui dicunt) illa quam nos vigeſimamprimam dicimus, tertiam videlicet poſt meridiem horam, ſic patet. Quia ſpiritus ille qui mulieri loquutus eſt, vel voluit intelligi a dicta muliere, vel non. ſi primum, verba illa debent intelligi ſecundum communem modum intelligendi dictæ mu-

Nona hora quæ.

lieris, & quia hora nona ſecundum modum intelligendi prę
Hora meridiana. fatę mulieris eſt hora meridiana,talis vehementiſſime præſu
mitur malus, vtpote qui voluit dictã mulierẽ ad iudaizandũ
inducere.Si autem noluit intelligi,ſed Delphice loqui,patet
illũ eſſe peſſimum. Quod autem ex aliqua beatæ genitricis,
vel alicuius ſanctorum deuotione quis abſtinere velit ab ope
re in toto, vel in parte ipſius diei ſabati, nec laudare,nec vitu
perare audemus, introducere autem huiuſmodi ſolemnitatẽ
in populo maxime talis viſionis ſeu potius illuſionis occaſio-
ne, inconſulto Romano Pontifice iniquum arbitramur. Et
hæc de viſione ſufficiant. Sequitur de miraculis.

Miraculum quid. Et primo quid ſit miraculum. Nota ſecundum Ariſtotelẽ
quod quia omne multiplex prius eſt diuidendum quam diſ-
finiendum, in re de qua loqui intendimus a diuiſione prin-
cipium ſumemus.

Tripliciter ſumitur. Miraculum ſiquidem tripliciter diuidendum arbitramur,
videlicet in nominis ſignificationem,in communem hominũ
ęſtimationem,& in ſolidam rei veritatem. Et primo ſecundũ
eius dictionis ſignificationem miraculum a verbo miror mi
raris cum deſcendat, prius eius verbi apertã ſignificatione,
quid nominis miraculi nobis veritas patebit. Miror ſiquidẽ
teſte Virgilio eſt idem quod de re aliqua tamquam noua ob-
ſtupeſio, Artificumque manus inter ſe operumque laborem
miramur, ait idem Virgil.pri.AEnei. Et mirari eſt cum volu-
ptate intueri.iuxt.illud Georg.2. Si quis olympiacæ miratur
præmia pugnæ.Mirari etiam eſt neſcire.Plautus, Ne quis mi
retur quis ſim.paucis eloquar.Et Terentius in Andria,Miror
vnde ſit. quia (vt Donatus ait) admiratio ab ignorantia pro
cedit.& Ariſt. propter admirari cęperunt homines philoſo-
phari.taliter quod miraculum hoc modo ſũptum dici poteſt
admirationis ſignũ, videlicet alicuius noui effectus citra cau
Miraculi prima diffinitio. ſæ notitiã intenta conſideratio. Nec deſunt huius generis mi
racula. & hęc de prima miraculi ſignificatione dicta ſufficiãt.

De ſecunda autem dicturi notãda quędam pręmittemus,
quæ ſunt vt infra, Primum erit,quod effectuum omnium ali
qui

qui ab illa, qui Deus dicitur, cauſa prima, aliqui a ſecūda quę natura creata dicitur a theologis, produci poſſunt. Et inter hos qui a nobiliori cauſa, & raro imo rariſſime produci vidētur, cum maiori admiratione a nobis perpenduntur, licet improprie miraculi vocabulo digna reputentur, quia a nobis incognita cauſa facta noſcuntur. Sicut apud ruſticos excellentiſſimorum medicorum ſubitaneæ curationes miracula vidētur. Propter hoc ab ignaris, & cauſarum neſciis antiquioribus Exculapius Deus reputatus, & pro Deo habitus fuit. Sic Saturnū ſic Appollinē ſic Mineruā & multos alios inter Deos connumerauit antiquorum ignorantia. *Antiquorum ignorātia idololatriæ cauſa.*

Et ſi præclara mortaliū facinora miracula dicta fuere, quā to magis ſpirituum, qui naturę ſunt excellentioris, rariſſimę, & maxima admiratione dignę operationes miracula licet improprie ſunt dicenda? Num dignus admiratione Pamphilus ille Phereus, de quo Valerius ait, ꝙ inter eos qui in acie ceciderant decem dies iacuerat, biduoque poſtquam inde ſublatus fuerat rogo impoſitus reuixerit? Et Veſpeſianus in Alexandria AEgypti duo hęc feciſſe legitur, videlicet, quidā oculorum tabe notus ad genua eius aduoluitur remedia ſanitatis expoſcens, Serapidiſque monitu præcabatur, vt genas, & oculorum orbes excremento oris dignaretur reſpergere. Alter manu ęger eodem Deo auctore, vt pede, ac veſtigio eius calcaretur orabat. Diu cunctatus Veſpeſianus tandem precibus ſatisfecit, ſtatimque eſt conuerſa ad vſum manus, & cęco lux eſt reddita. *Miracula improprie.* *Pamphilus phereus.* *Serapidis miracula.*

Tucia veſtalis ad ſuæ pudicitiæ confirmationem aqua plenum a Tiberi ad forum vſque cribrum portauit. *Tucia veſtalis Romana.*

Valerius cum gallo pugnans coruum in capite habuit, qui roſtro, vnguibus, & alis galli oculos, & ora petit donec gallum ipſum obtruncat. Delphinus Auguſti ſe cuidam puero præbebat, quē per æquora incolumen portabat, quo extincto, defecit & ipſe. Nec deſunt quæ ab inhabitantibus ſimulachra ſpiritibus nequam realiter facta, & apud ſeniores prioris temporis tamquam vera dicebantur miracula, licet abſolute, *Valerius coruinus.* *Delphinus Auguſti.*

lute,

lute, ac ſimpliciter miracula eſſent minime. Sed ad horum clariorem notitiam ex theologorum doctrinis eſt notādum, quod & ſi corporalis materia ſpiritibus etiam bonis ad nutū obedire repugnet, ita quod propria virtute non poſſit tranſmutare materiam ipſam de forma in formam, poſſunt tamē adhibere quædam ſemina quæ in elementis mundi inueniuntur ad aliquos effectus complendos, vt Diuus Auguſtinus dicit in tertio de tri. ideo dicendum eſt, quod omnes tranſmutationes corporalium rerum quę poſſunt fieri per aliquas virtutes naturales ad quas pertinent prædicta ſemina, poſſunt fieri etiam per operationem ſpirituum huiuſmodi ſeminibus adhibitis, vt eſt productio ranarum, murium, & id genus animalium imperfectorum, ſecus autem de animalibus ꝑfectis. Similiter & curationes quæ poſſunt fieri via naturali, & ſi lōgiori tempore per huiuſmodi ſpirituum operationes poſſunt breuiſſimo temporis ſpacio dictis naturalibus remedijs ſecrete latenterque adhibitis optime perfici, nec erunt, & ſi a nobis videantur, vera miracula. Et hæc de ſecundo. Miraculum igitur erit res inſolita ſupra naturam quæ creata dicitur operata. Vt ergo aliquid miraculum vere dici poſſit, duo oportet concurrere, quod videlicet ſit ſupra naturæ potentiam, & quod non ſit ex communi conſuetudine, & ſi alterū defuerit, miraculum dici non poterit. Nam & ſi creatio animæ rationalis vim naturæ excedat, quia tamen res inſolita non eſt, cū Deus omnipotens indies nouas creet animas, miraculo non attribuitur. Et ſi cum digitis ſeptem, vel octo in ſingula manu homo quiſpiam naſcatur, id non diceretur miraculum, quia, & ſi quid ſit inſolitum, quia tamen a naturalibus cauſis id poteſt procedere, vim non excedit naturæ. Si ergo & inſolita, & vim naturæ creatæ res ſit excedens, illa miraculo eſt merito attribuenda. Huiuſmodi autem quammulta fuerint, ſacræ vtriuſque teſtamenti paginæ teſtantur. Ex antiquioribus ſatis eſt ad memoriam reuocare, poſt rerum omniū creationem, poſt totius orbis inundationem, ac ſubuerſionem, quæ in Aegypto ꝑ manum Moyſi Deus optimus maximus dignatus

Semina in elementis.

Ranarum ꝓductio.

Miraculi vera diffinitio.

gnatus eſt operari in ſacri codicis ſecundo volumine luce cla riora habentur. Nam pro liberatione populi Pharaonem adi re iuſſus idem Moyſes, ne ſibi crederetur timens media excu ſatione legationem contempſit. ideoque veriſſima prodigia, ac ſtupendiſſima perficiendi miracula gratiam a Deo obti- nuit. Et Chriſtus Dominus veteris legis veram aperiens in- telligentiam, paciſque & gratiæ nuncians Euangelium, euidẽ tiſſimis miraculis ſuam confirmauit doctrinam dicendo, Si verbis non vultis credere, operibus credite. Doctrina enim ad vitam ęternam ordinata, quę argumentis, vel ſcripturæ ſa cræ dictis nequit confirmari, per euidentiſſimas miraculorũ operationes debet conſolidari. Propter hoc Apoſtoli domi- ni poſt eius aſcenſionem confortati virtute ex alto profecti prædicauerunt vbique ipſo domino cooperante, & ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis. Signis (inquam) nõ ficticijs ſed veracibus, & omnis creatæ naturæ vim & potentiam ſu- perantibus. Patet igitur quid nominis, quid ęſtimationis, & quid veritatis habeat miraculum.

Miracula vera ex ſacris literis.

De curationibus autem falſis per impoſtores diuulgatis, ac pro miraculis a multis aſſertis, & creditis, aliqualiterque per nos examinatis, & ſi per iam dicta pateat veritas, de om nibus tamen quod mendacia ſint, & impoſturæ efficaciſſime præſumimus, & maxime de cęco illo nobis adducto, ac quo melius oculo videret interrogato, qui a ſiniſtro parum, a de- xtro nihil, alteri idem e contrario reſpondit.

De alijs autem ſi qui hactenus inuenti ſunt, dicimus, quod & ſi mortalium ſit fallax teſtimonium, huiuſmodi curationes (ſicut iam diximus) fieri poſſunt a natura creata, & in fraudẽ ſimplicium, ac confirmationẽ erroris, vt patet per hiſtorias antiquioris temporis ſuperius allegatas, haud negantes ta- men curationes aliquas poſſe cauſari ex fide, quam ipſi curati aſſerti dicunt ſe ſemper habuiſſe ad beatiſſimam Dei genitri cem. ſed hoc ſubtilius alias inueſtigandum.

Sacellum autem eo in loco ſedandi populi cauſa erigere, cum ſuſpectam ipſam habeamus apparitionem, vel potius

deluſionem, & populus docendus ſit, & non ſequendus, inconſulto Romano Pontifice nullo modo aſſentimus.

Frater Vmbertus Placeñ.
Inquiſitor.

NVNC QVI SEQVVNTVR CASVS IN Sanctiſſimæ Inquiſitionis Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ officio deciſi fuere,

CASVS. I.

Diuina profanis immiſcẽs.

ROCHVS cuiuſdam approbatæ religionis profeſſus, quia in quodam, quem cum ſuis comprofeſſoribus fecerat, turpi, ac ſcandaloſo ludo, Hymnum, iam lucis orto ſidere, inmiſcuiſſet, nonnullaque impudica verba & actus inhoneſtos addidiſſet, deciſum fuit quod fuſtigatus in Palatio ſãcti officij, omnibus actibus legitimis, ac voce actiua, & paſſiua per decennium priuaretur, ac per trienniũ omni ſexta feria ieiunio affligeretur

CASVS. II.

ACHilles Militius Opiliæ dominus apud ſanctum officiũ delatus quod proceſſum contra quendam de hæretica prauitate coram ſe fabricatum, ne ex hoc reus aliquid pateretur, comburi fecerit, matriſque ac cõſanguineorum, atque etiam patris cuiuſdam ſpiritualis ſpretis monitionibus, reũ ipſum quem tamen optime nouerat diebus ab eccleſia prohibitis carnes comediſſe, in domo propria recepiſſe, inſuper cuidam pro hæreſi in carceribus ſancti officii detento, & fauiſſe, & cibaria miniſtrari feciſſe. Adde, quod non ſolum cũ quodam de hæreſi ſuſpecto conuerſatus fuit. Sed etiam nõnullos de fide dubios receptauit. Patri etiam Gebennæ inter hæreticos moranti, & miſit literas, & ab ipſo receptas, ne ab aliquo ſibi auferrentur, igni combuſſit, in feſtiuis diebus ſibi

ſubditos

ſubditos laborare fecerit, Eccleſias ſeu capellas quaſdam de ſtruxerit, ſacerdotes incarcerari fecerit, inſuper & contra Epiſcopos, Cardinales, ac Papam ipſum nonnulla verba ſcan dalosa protulerit.

Viſis conſideratis, ac optime diſcuſſis non tantum rerum prædictarum delationibus, & teſtium accurate examinatorũ dictis, ſed etiam eius reſponſionibus, confeſſionibus, & excu ſationibus ęqua lance libratis, viſis etiam teſtium pro eo exã minatorum dictis, decretum fuit prædictum Achillẽ propter fautoriæ, & receptationis ſuſpicionẽ quarta manu canonicẽ debere purgari. *Ob fautoriæ ſuſpicionem purgatus.*

CASVS. III.

NIxius Gelius, q̃ de nonnullis fidem & religionem concernentibus obloquutus fuiſſet, captus, & carceri mancipatus, cum examinatus in negatiua ꝑſiſteret, ad rigoroſius examen deuentum eſt, vbi interrogatus, faſſus eſt infraſcriptas hæreſes, videlicet.

Impium eſſe obſtinatos hæreticos debere comburi.

Scholaſticam theologiam malam eſſe, religioneſque ob eam cito defecturas, excommunicationes Tridentini concilij eſſe nullas, malumque vti excommunicationibus contra legẽ tes hæreticorum libros, atque Eraſmum hæreſes dixiſſe negauit, & quia etiam Papam eſſe Antichriſtum aſſeruerat, & hæreticorum libros aliquot legerat, facta abiuratione publica ꝑ quinquennium ad triremes damnatus, iuſſus eſt quotidie dicere quinquies orationem dominicam, totieſque ſalutationem Angelicam.

Eadẽ pœna abiurata primo apoſtaſia punitus fuit Dexion Falius, qui ſponte comparens, ſe amore cuiuſdam hebreæ Chriſtum negaſſe, & circuncisionem paſſum dixit primum, mox non eius mulieris libidine, ſed pecuniarum auiditate facinus perpetraſſe aſſeruit. *Apoſtata a fide.*

CASVS. IIII.

AMfibius Cecilius fugitiuus, ad partes hæreticorum etiã declinauit. Hic citatuſ comparuit, ſed examinatus ve-

Trepiditate laborans. ritatem paleare cum ſtuduiſſet, illam denique faſſus (quindecim ſiquidem lutheranæ ſectæ articulos tenuerat) quia aut nullam, aut modicam perpetrati criminis contritionem uiſus eſt oſtendere, abiuratis primum hæreſibus triremi perpetuo addictus fuit.

CASVS. V.

BLadus Vrbius ad ſanctum officium delatus, quod nõnullas hæreſes protuliſſet, tenuiſſet, & credidiſſet, videlicet Imperatorem de iure ciuili Papæ ſuperiorẽ eſſe. Sanctorum imagines nõ eſſe venerandas. Luminaria ante Domini præſepe, & Sanctorum imagines non eſſe accendenda. Officium diuę virginis ob gratiarum impetrationes aliquas non eſſe dicẽdum. Magiſque a vicijs quam a carnibus eſſe ieiunandum. & ſi abſtinendũ eſſet a carnibus, id feſtiuis magis quam ceteris diebus faciendum.

Hic citatus coram Inquiſitore comparuit, ac de ſe pręſentando ſub pœna ducentorum aureorum fidem dedit. ſecundo citatus cum fugam feciſſet, ad pœnæ executionem eſt deuentum. iterum atque iterum citatus cum fuiſſet, nec comparuiſſet, propter contumaciam eius ſtatua combuſta eſt. *Fuga grauatus.*

Tandem captus, & examinatus multas poſt tergiuerſatiònes faſſus eſt ſe cum Peruſij ſtuderet legibus, dixiſſe, Imperatorem totius orbis dominum ſecundum leges, in temporalibus tamẽ omnibus etiam Papę poſſe imperare. Et ieiunia nõ in vigiliis tantum, ſed etiam in feſtiuis diebus eſſe fienda. Officiumque beatæ virginis cauſa alicuius gratiæ impetrandæ nõ eſſe dicendum, ſed id propter miſſas quas laicus quidam ad eundem finem dicebat ſe aſſeruiſſe dixit. Hic tamquam hæreticus pænitens ad abiurationem admiſſus, poſt perpetuum carcerem ſeptem annis iuſſus eſt hoc modo pænitere videlicet, vt qualibet ſexta feria ieiunet, ſabbato officium diuæ virginis, in die vero Dominico ante miſſam ſeptem pænitentiales pſalmos ſuis cum orationibus, & letanijs dicat.

CASVS. VI.

GAius Atrabatius ex parentibus hæreticis ortus, atque à tribus diuerſarum ſectarum principalibus miniſtris omnes eorum hæreſes edoctus, in manibus ſancti officij incidit, examinatusque faſſus eſt ſupradictarum ſectarum hæreſes ab incunabulis ſe tenuiſſe, & tenere, inſtructus tamen cum ſe pęnitere oſtenderet, abiuratis hæreſibus poſt carcerem perpetuum per decennium, iuſſus eſt hoc modo pęnitere, videlicet, vt quater in anno ſtatutis diebus facta ſacerdoti idoneo ſuorum delictorum confeſſione ſacratiſſimam euchariſtiam deuote ſumeret, in qualibet die Dominica ſeptem pænitentiales pſalmos cum letanijs, & orationibus, & coronam beatæ virginis, & in ſexta feria officium mortuorum diceret.

Ex hæreticis parẽtibus ortus.

CASVS. VII.

RAinutius Meliſius indiciatus ex carceribus ſecularium in carceres ſancti officij trãslatus cũ fuiſſet, examinatus ſe in hęreſes nonnullas aliàs incidiſſe, eaſque abiuraſſe faſſus.

Et quia tam ex præuijs indicijs, quam ex ipſius confeſſione inuentum eſt ipſum reum imperfecte circa iudicialem confeſſionẽ ſe geſſiſſe, quorumdamque complicum nomina ſuppreſſiſſe, & poſtquam abiuraſſet cum prædictis complicibus conuerſatum fuiſſe, imo cũ aliquibus eorum comediſſe. Hic pro dictorum errorum peragenda pęnitentia in monaſterium cõdemnatus fuit primum. Mox pro vlteriori veritate habenda ad ſanctum officium reuocatus, & examinatus, cum varius fuiſſet inuentus, quęſtionibus ſuppoſitus fuit. ibi pręter in prę habitis examinibus nominatos alium hæreticum, & complicem ante ſuam abiurationem cognouiſſe, ſed ex eo ꝙ eius cõſanguineus eſſet illum non nominaſſe, dixit. Ex miſericordia (leuioris enim armaturæ miles erat) a cenſuris abſolutus, im murationis ſententiam ſubiuit, cum additione ſeptem pſalmorum quotidie, ieiunij in ſexta feria, in qua & coronam diuæ virginis dicere, quaterque in anno ſtatutis diebus poſt factam ſuorum peccatorum confeſſionem ſacram ſumere communionem iuſſus eſt.

Diminutus.

In vehementem ſuſpicionẽ reincidẽs.

CASVS. VIII.

BLaſius religioſus, ſacerdos, & prædicator apud ſuos ſuperiores delatus, quod hæreſes prædicaſſet, examinatus, tantum quę operire non potuit confeſſus, tamquam leuiter de hæreſi ſuſpectus tantum, abiurauit. Annos poſt decem, & octo dum in vrbe prædicaret, a quodam cui alias communionem ſub vtraque ſpecie ſuadere conatus fuerat, ad ſanctum officium delatus cum fuiſſet, vocatus & charitatiue monitus, ac de facinore interrogatus ſemel, & iterum in negatiua perſtitit, ad ſe tandem reuerſus, ſe in infraſcriptis hæreſibus per triennium perſeueraſſe confeſſus eſt.

Ficte conuerſus.

Quod ſine bonorum operum cócurſu iuſtificationem noſtram perfecte nos poſſe conſequi.

Quod opera etiam iuſtificati hominis, nullius ſint meriti.

Quod confeſſio ſacramentalis non ſit de iure diuino.

Quod communio ſub altera ſpecie tantum, non poſſit dari fidelibus.

Quod poſt mortem nullum ſit purgatorium.

Quod Papa non ſit caput eccleſiæ, cum ſuis corolarijs, & nonnullis alijs Sanctorum venerationem, vota fidelium, & liberum arbitrium tangentibus.

Hic publice abiuratis hęreſibus in carcerem perpetuú truſus, in qualibet feria ſexta in pane & aqua ieiunare, & ſeptem pſalmos pænitentiales cum letaniis, & ſequentibus orationibus dicere, ſemel in menſe ſua peccata confiteri, & ſacram communionem ſuſcipere, ac quotidie miſſam audire, & beatæ virginis coronam dicere, iuſſus eſt.

CASVS. IX.

AMatus, & Lucius Apoſtolicę cuſtodiæ milites, quod pro hæreſibus incarceratis literas miſiſſent, & ab eiſdem acceptas ad ipſorum reorum amicos reportaſſent, capti, & examinati, alter etiam in alterius faciem crimen confeſſus, per ſeptennium, alter quia contra & ſocii & rei, cuius literas portauerat, dictum in negatiua perſtitit, ad triremes ſummi Pontificis iuſſu inperpetuum damnatus eſt.

Infidelis cuſtodia.

CASVS. X.

IAnus Galfius, quia ex eo ꝙ cum pluribus hæreticis iamdiu cōuerſatus fuiſſet, quāplures complices habere putaretur, delatus, ad ſanctum officium vocatus, & examinatus, nonnul las hæreſes confeſſus, de illis a magiſtro ſacri palatij ſub Iulio Tertio citra omnem abiurationem abſolutum ſe fuiſſe dixit, verum quia poſt aſſertam abſolutionem dictam conuerſatio nem iterauit, ad priuatam abiurationem admiſſus, vltra carcerem perpetuum iuſſus eſt ſingulis dominicis diebus per ſeptennium ſeptem pſalmuos pœnitentiales cum letanijs, & ſequentibus orationibus, & officium mortuorum in ſabbato dicere, & per triennium in ſexta feria ieiunare. *Semirelapſus.*

CASVS. XI.

IAcob latinus de hæreſi ſuſpectus per Inquiſitorem vocatus, & examinatus, non omnes quas tenuerat hæreſes confeſſus eſt. Romam deinde miſſus cum parum de erroribus ſe pœnitere oſtenderet, diligētius examinatus & omnes Lutheri hęreſes quinque, & viginti annis ſe tenuiſſe, & eas in domo propria filium, & nepotes docuiſſe, ac ibi libros hæreſes continētes eiſdem filio, & nepotibus legiſſe confeſſus eſt.

Hic abiuratis publice omnibus hæreſibus, ac eius in qua hæreſes docuerat domo euerſa, & ſine ſpe reædificationis penitus demolita, ibique columna cum eius facinoris deſcripta memoria ſolemniter erecta, perpetuæ immurationis ſententiam ſeptuagenarius accepit, & pro ſalutari pœnitentia iuſſus eſt ſeptem pœnitentiales pſalmos, cum letanijs, & ſequentibus orationibus quotidie dicere, in ſextis ferijs ieiunare, & quater in anno præmiſſa ſuorum peccatorum confeſſione ſacratiſſimam euchariſtiam ſuſcipere. *Domus euerſa.*

CASVS. XII.

GRegorius Perinus ad ſanctum officium delatus, examinatus, quindecim hæreſes ſe tenuiſſe, ac libros hæreticos legiſſe reſpondit. hæreſum principaliores erant.

Quod poſt mortem nullum daretur purgatorium.

Quod

Quod in ſacramento altaris non eſſet realiter corpus Chriſti, ibique nulla fieret tranſubſtantiatio.

Quod in ſepulchro exiſtenti corpori Chriſti nulla affuit diuinitas.

His & omnibus alijs abiuratis hæreſibus ad triremem per triennium damnatus fuit, hoc addito, quod a triremi liberatus, pręmiſſa peccatorum ſuorum confeſſione quater in anno ſtatutis diebus ſacram ſuſciperet cõmunionem.

Hic a triremis obligatione ex gratia abſolutus, infra biennium ad ſanctum officium iterum delatus, captus ad vrbem ducitur, vbi examinatus ſępius, ac ſępius cum fuiſſet, in abiuratas hæreſes numquam ſe incidiſſe reſpondit. verum in carceribus per multos menſes iam detentus, dum de eius expeditione cogitaretur, quædam hæreſim ſapientia coram ſociis (tres in eodem carcere ſeruabãtur) protulit, quæ dum vni ex ipſis ſocijs imponere nititur, per eoſdem ipſius malicia aperitur. De his cum pluries etiam in rigoroſo examine interrogatus omnia negaſſet, tandẽ nemine cogente infraſcriptas hæreſes etiam poſt abiurationem ſe tenuiſſe confeſſus eſt.

Quod carnes in diebus ab eccleſia prohibitis comedere liceret.

Quod poſt mortem purgatorium nullum daretur.

Quod confeſſio peccatorum ſacerdoti nõ eſſet facienda.

Quod Papa Antichriſtus eſſet.

Sacerdos vir duarum vxorum. Hic brachio ſeculari traditus dum in Prætoris carcere ſeruaretur, quod nũquam fateri voluerat, ſe duarum religionũ apoſtatam, ſacerdotem, & duarum ſimul viuentium vxorum eſſe virum dixit, ideoque ſuſpenſus primum, mox igni traditus fuit.

CASVS. VIII.

PLurius Licius a nonnullis complicibus apud ſanctum officium nominatus fuit, qui vocatus ab Inquiſitore carceratus, & examinatus cum fuiſſet, aliquas hæreſes ſe tenuiſſe cõfeſſus, aliquos etiã cõplices, non tamẽ ſine aliqua tergiuerſatione, reuelauit. Ad vrbem deinde miſſus, cum ſemel & iterũ interrogatus

interrogatus minus recte reſponderet,cum de eius imperfe-cta confeſſione conſtaret, & propter hoc ad rigoroſum examen cum ventum fuiſſet, omnes pene Caluini hæreſes ſe tenuiſſe, & credidiſſe dixit. Hic perpetuæ immurationis pæna punitus,ad pro ſe murum erigendum mille aureos exſoluere iuſſus eſt,atque pro ſalutari pænitentia ſeptem pſalmos pœnitentiales quotidie, & coronam beatæ virginis in ſexta feria, cum ieiunio dicendos accepit,quaterque in anno ſtatutis diebus præuia confeſſione ſacram communionem accipere iuſſus eſt. *Imperfecte confeſſus.*

CASVS. XIIII.

GIronus Fauius ſacerdos de hæreſi ſuſpectus, per Inquiſitorem incarceratus, & examinatus, poſt nõnullas negationes, & tergiuerſationes quamplures hæreſes faſſus, aliquos etiam complices reuelauit. ad vrbem deinde miſſus, multoplures, quam in patria faſſus fuerat, & hæreſes,& complices aperuit, omnes namque Caluini hæreſes ſe credidiſſe dixit.

Hic in vrbe, & in patria ſolemniter abiuratis hæreſibus,ꝑpetuæ immurationis ſententiam accepit,proque ſalutari pænitentia iuſſus eſt quotidie ſeptem pſalmos pænitentiales, cũ ſuis orationibus,& letanijs,& in ſexta feria coronam diuę virginis dicere, quaterque in anno certis diebus præmiſſa confeſſione ſacram accipere communionem.

CASVS. XV.

IVlianus Mariatus religioſus, ſacerdos, & theologus, non nullas hæreſes Venetijs cum abiuraſſet, ad quinquennium vbi relegatus fuerat abijt in Poloniam. Ibi ſui ordinis eius prouinciæ ſuperiorem hęreticum cum inueniſſet,ab eo iterũ infectus,in Germaniam ſuæ profeſſionis ſpreto habitu ad hęreticos transfugit,ibique eorum prædicationes audiendo,ac ſecundum ipſorum ritum viuendo, per decem, & octo menſes continue manſit. In Poloniam deinde reuerſus, eiuſdem ſuę profeſſionis a ſe ipſo habitu reaſſumpto,nũcio apoſtolico eius regni adhęſit,a quo etiam quandam extorxit potiuſquã impetrauit abſolutoriam. Nam in quam nuncio porrexit

ſupplicatio-

ſupplicatione, quod inique, & contra iura Venetijs contra eum fuerit proceſſum continebatur. inſuper, & eo tempore quo cum hæreticis conuerſatus fuit ſe eis non credidiſſe, ſed tantum vt Hebraicæ, ac Grecæ linguæ ſtudio vacaret, apud illos moram traxiſſe dixit. Ad vrbem etiam profectus, a ſummo Pontifice ſuper delictis, & benedictionem (verbalem tamen tantũ) & quinq; ac viginti aureos pro viatico obtinuit.

Numquam in eodem ſtatu permanet malicia.

In patriam reuerſus cum ab Epiſcopo vexaretur, quo a nũcio apoſtolico obtẽtam abſolutionem coloraret, ac ſe catholicum mentiretur, Romam iterum profectus, cum ſancto officio, ad quem accedere velle gloriabatur, ſe præſentare differret, ab eiuſdem ſãcti officij miniſtris (delatus enim erat quod libros prohibitos teneret) captus, & incarceratus fuit. Et cũ ſępius, ac ſępius ſuper longa quam cum hæreticis habuerat conuerſatione, comedendo videlicet cum eis, illorumque prædicationes audiendo, quando apud ipſos morabatur interrogatus fuiſſet, numquam eis credidiſſe reſpondit. Tandem ad rigoroſum examen cum deuentum fuiſſet, cōfeſſus eſt, ſed fruſtratim, quod ad ſui ſuperioris exhortationem priuſquã ex Cracouia diſcederet ad hæreticos declinaturus, omnes Caluini hęreſes tenuit, ac credidit, atque in eis per plures annos perſeuerauit.

Hic brachio ſeculari traditus capite punitus primũ, mox igni traditus fuit, catholicum tamen in fine ſe oſtendit.

CASVS. XVI.

CAEphalius Sarcaſichius clericus beneficiatus, & in eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, quod cum de hæreſi ſuſpectis primum, mox cum hæreticis ipſis in diuerſis Italiæ partibus conuerſatus fuiſſet, ad ſanctum officium delatus fuit. Hic ad vrbẽ vocatus, atque de ſibi obiectis examinatus, fictis, ac ſimulatis excuſationibus veritatem operiendo omnia negauit, ſicque a ſummo Pontifice de ei oppoſitis ſatis benigne reprehenſus abſolutus abiuit.

In Gallias deinde profectus cum hæreticis (licet cautius ſecretiuſque quã prius fecerat) cõuerſationem habuit, libroſq;

hæreſes

hæreſes continentes legit, ac tenuit, literas inſuper ab Italorum hæreticorum Geneuæ morantium miniſtro ipſum illo ire ſuadente accepit, ac legit. De his ad ſanctum officium delatus, & citatus comparere cum neglexiſſet, excommunicatus primum, mox cum per annum excommunicationem ſpreuiſſet, tamquam contumax, & hæreticus declaratus curiæ ſeculari relictus fuit. infra quod tempus etiam Caluini inſtitutionem legere præſumpſit, atque cũ de fide ſuſpectis imo hæreticis ipſis conuerſando, & conueſcendo eis conſilium, auxilium, & fauorem præbuit, nonnulliſque eorum Geneuam ſe profecturum promiſit. Inſuper quos theologos appellabat multos laudauit hæreticos, veritatemque catholicam ſuperſtitioſam nominauit. His & aliis perpetratis, cum omnes ſacri officii ſcripturas in Pontificis morte igne cõſumptas optime nouiſſet, quo ſi non iuſtum, ſaltem conuerſum, ac ad gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reuerſum ſe oſtenderet, fauore maximo fultus ad nouiter creatum Pontificem acceſſit, a quo etiã abſolutionis diploma fraudulenter obtinuit. Nec poſt hæc de hæreſi ſuſpectorum amicitiam, & conuerſationẽ tam in vrbe, quam alibi dimiſit, imo hæretico cuidam ſacramentario pecunias dedit, aliumque apud hæreticos ſe aliturũ promiſit, & quod grauius eſt Martini Lutheri, & Petri martyris libros, ac alias ſuſpectas ſcripturas legit, duobuſque ad Caluinum inclinatis, vt Lutherum magis, quam Caluinum ipſum profiterentur ſuaſit. Tandem cum horum haud mediocris ſuſpicio Pii Quinti Pont. Max. ãnimum pulſaſſet captus, dum ad Vrbem duceretur, vt quos Florentiæ ſeruabantur libri in puteum mergerẽtur, certis ſcripſit perſonis. Examinatus igitur multas poſt excuſationes, & tergiuerſationes partim ex ſcriptis, partim ex eius reſponſionibus inuentum fuit vltra ſupradicta illum omnes, & ſingulas Lutheri hæreſes tenuiſſe, & credidiſſe.

Contumax.

Contemptor.

Recidiuum iteratum.

Deinde iterum examinatus ſe in præmiſſis examinibus nimium grauaſſe, tãtumque iuſtificationis articulum firmiter, ceteras vero hæreſes leuiter credidiſſe, eaſque (ne ficte cõuer-

ſus putaretur)ſe falſum fuiſſe dixit. Adde quod per corruptos a ſe miniſtros, ante defenſiones ſibi aſſignandas ad cauſam ꝑtinentes, literas quibuſdam extra carceres miſit. Imo cuiuſdam alias ſui complicis iam defuncti quem nominare fuerat coactus hæredibus ſcripſit, vt quas in eiuſdem defuncti ſcrinio inueniri poſſent, vel comburerent, vel ſaltem occultarēt literas. & cuidam quem capi a ſancto officio putabat, ne quē dam ei notū hæreticum, ſi examinaretur, nominaret ſcripſit.

Ad defenſiones tandem admiſſus ſe numquam tenuiſſe hęreſes, differentiamque inter cuiuſdam hæretici opiniones, & determinationem Concilii Tridentini nō cognouiſſe dixit, additque, quod quandoque librum hæreticum legendo facile alicui hæreticæ opinioni conſenſiſſe potuit. Prorogatis iterum atque iterum illi defenſionum ſuarum terminis, ad Illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos iudices cedulam miſit, in qua circa veritatem dicendam ſe fuiſſe deceptum continebatur, dicebatque ſe cum ſuis corolariis articulum iuſtificationis tenuiſſe, lutheranas hæreſes partim tenuiſſe, partim non. & qa hæc ſua vltima confeſſio facta ficta, & ſimulata viſa eſt, tamq̃ hęreticus incorrigibilis, & impænitens, atque ficte conuerſus dignus eſt viſus tradi brachio ſeculari, ſicque capite punitus primum, mox igni traditus fuit.

CASVS. XVII.

Codilius Cretenſis Chriſto domino abnegato Turcarum more circuncidi cum ſe permiſiſſet, Maumeti ſectam in omnibus fere fuit profeſſus. Attamen poſt aliquot annos ad ſe reuerſus coram ſancto officio, & ſponte comparuit, & de perpetratis humiliter veniam petiit. Hic apoſtaſia abiurata iuſſus eſt modo infraſcripto pænitere. Per decennium videlicet ſingulis diebus ante Crucifixi imaginem decies orationē Dominicam, totieſque ſalutationem Angelicam dicere, & in die veneris ſancti nudatas ſcapulas ſuas quinquaginta ictibus flagello percutere, ac per annum in ſexta feria in ſolo pane, & aqua

Apoſtata Sponte.

& aqua ieiunare,quaterque in anno in quatuor ex ſolênioribus eccleſiæ feſtiuitatibus præmiſſa ſuorum peccatorum ſacramentali confeſſione ſacratiſſimam euchariſtiam ſumere.

CASVS. XVIII.

ARdelion Cyprius cum Chriſti fide abnegata circũciſionem voluntarie paſſus fuiſſet, cum Turcis eorum more viuendo, chriſtianosque infeſtando, eorum etiam bona diripiendo per multos annos permanſit, tandem per chriſtianos captus, ac ſancto officio præſentatus, citra omnem tergiuerſationem examinatus culpas ſuas faſſus, de omnibus veniam petiit. Qui apoſtaſia publice abiurata infraſcriptam pænitentiam perficere coactus fuit. & primo per triennium in triremi pro remigante deſeruire, & pro ſalutari pænitentia quater in anno idoneo ſacerdoti peccata ſua cõfiteri, ſtatutiſq; diebus ſacram euchariſtiam ſumere, & quotidie toto tempore vitæ ſuæ decies orationem Dominicam, & ſalutationẽ angelicam dicere. *Apoſtata captus,*

CASVS. XIX.

MVſtafa Turca ad fidem catholicam conuerſus, baptizatus, ac Io. Baptiſta vocatus fuit. verum ad ſanctum officium delatus, cum examinatus fuiſſet, quas poſt abiurauit, nõ nullas circa euchariſtiam, virginitatem beatæ virginis, ac baptiſmum hæreſes confeſſus eſt. Hic ad triremes per quinquẽnium, & vltra iudicum arbitrio damnatus, pro ſalutari pænitentia quinquies in die pater noſter, & totidem auemaria dicere, & libertate poſtmodum donatus quater in anno certis feſtiuitatibus ſacratiſſimam ſumere euchariſtiam iuſſus eſt.

CASVS. XX.

ALfonſus Cardineus apud ſanctum officiũ delatus, quod a fide catholica apoſtataſſet captus, & examinatus, ſe ꝑ

aliquos dies cum hębręo quodam hæbraicã vitam duxiſſe,ac crocei coloris biretum portaſſe,& quo facilius(vt aſſeruit)ab eo pecunias extorqueret, carnes etiã in die veneris ſe comediſſe faſſus eſt. Hic apoſtaſia abiurata per triennium ad trireme pro remigante damnatus, pro ſalutari pænitentia quotidie decies pater noſter, & toties auemaria dicere iuſſus eſt.

Apoſtata.

CASVS. XXI.

Secundo ſuſpectus, & iudicatus.

GAnius Borrus ob hæreſis ſuſpicionem captus per miniſtros Inquiſitoris, & examinatus, cum nonnullas hæreſes faſſus fuiſſet, ad communem, & publicam omnium hæreſum admiſſus eſt abiurationem. Verum poſt aliquot annos ad ſanctum officium iterum delatus cum fuiſſet, quod libros videlicet prohibitæ lectionis tenuiſſet, ac legiſſet, codicemq; ſcripſiſſet, in quo mulierem ex ſacris literis viro digniorẽ probari poſſe aſſeruerat, quodque multa ſcandaloſa, ac temeraria, imo & hæretica tenuerit, ſcripſerit, ac docuerit, de his interrogatus aliqua vera, aliqua falſa ſibi oppoſita, cum reſpondiſſet, falſaque optime diluiſſet, quia tamẽ in multis reus fuit inuentus, infraſcriptæ pænitentiæ onus ſubire iuſſus eſt.

Quod ſingulo menſe ſacerdoti peccata ſua cõfiteretur, ac quater ſaltem in anno certis ſolennitatibus ſacram reciperet communionem. Vt quarta, & ſexta feria ieiunaret, & in die Dominica non tantum miſſam, ſed & veſperas audiret. vt die lunæ totum officium mortuorum, & die ſabbati coronam diuę virginis diceret. additum fuit ne lectionem publicam legeret literaſque, alicui nec mitteret, nec reciperet.

CASVS. XXII.

FRancinus Negliticus qui in manibus Inquiſitoris quas tenuerat, & crediderat hæreſes abiurauit, ſecundo delatus quod ante ſibi aſſignatum terminum, quod ſibi pro carcere aſſignatum fuerat, clauſtrum exiuiſſet captus, inuentus eſt libros prohibitæ lectionis ſecum habere, de quibus cũ ab amicis iam

cis iam reprehenſus fuiſſet, contumaciter eſt viſus lutherano rum ſectam defendere, tandem confeſſus cum fuiſſet ſe omnes Caluini hæreſes tenuiſſe, credidiſſe, Geneuęque fuiſſe, ibi que in hæręticorum perfidiam iuraſſe, brachio ſeculari traditus fuit.

C A S V S. XXIII.

MOrianus Siſtius poſtquam, & quas tenuerat, & omnes in communi hæreſes abiurauit, ad ſanctum officium, ꝙ minus plene confeſſus fuiſſet (quaſdam videlicet qualitates relinquendo) & quod ſibi impoſitam pænitentiam non perfeciſſet delatus, & examinatus, cum de perpetratis excuſationē licet non plene ſufficientem adduxiſſet, iuſſus eſt, quia habitellum publice reliquit, iam a ſe factam abiurationem coram clero, & populo reiterare, habitellumque reaſſumere, quem ſi per negligentiam reliquiſſe inuentus fuerit, ad decennium in triremi pro remigante ſe ſeruiturum, ſi autem per contēptū, curię ſeculari tradendū cognoſcet, carceri autē interim mancipatus per quinquennium in die paraſceue quinquaginta ad minus flagelli ictibus ante altare maioris eccleſiæ nudū ſibi dorſum percutiet, quaterque in anno in prefixis, ac taxatis, ſibique aſſignatis ſolennitatibus pręmiſſa ſacramentali confeſſione ſacratiſſimam recipiet communionem.

C A S V S. XXIIII.

VXore con qua & matrimonium conſumauerat, & per nonnullos annos cohabitauerat, relicta, Venerius Scirpius, vnam ex approbatis religionibus ingreſſus, atque in illa profeſſus, omnes ſacros ordines & ſuſcepit, & in eis miſſam etiam celebrando ſe exercuit. Adde quod etiam populo non ſine ſcandalo pluries prædicauit, auctoritate deinde propria alteram ingreſſus religionem, tam celebrando, quam populis prædicando in ea per plures annos perdurauit. Spreto tā dem religionis habitu ad vxorem reuertitur, qua mortua alteram

teram ducens,ex ea multos filios procreauit.Hic ad ſanctum officium delatus, cum examinatus fuiſſet, plures & Caluini, & Lutheri hæreſes per multos annos ſe tenuiſſe cōfeſſus eſt. Ad Apoſtolicam ſedem cauſa cum fuiſſet delata,atque per iuris peritos optime digeſta,deciſum fuit dictum Venerium iudicio dominorum iudicum,coram quibus cauſa fuerat agitata,poſſe tradi curiæ ſeculari debita animaduerſione puniēdū.

CASVS. XXV.

REmucius religioſus ſacerdos, & prædicator, de quibuſdam hæreticalibus locutionibus, atque de quodam hæreſibus conſperſo libro cuidam ab eo tranſmiſſo delatus,cum fuiſſet captus, atque ad Vrbem tranſmiſſus,poſt nōnullas tergiuerſationes confeſſus eſt ſe quaſdam quæ Venetijs prædicauerat hæreſes,ibidē in manibus Inquiſitoris alias formaliter, ſe de præfatis locutionibus,& libro prędicto mentionem nullam feciſſe. De cauſa interrogatus, quod de ea re ab Inquiſitore ſe interrogatum haud fuiſſe,reſpondit.Hic quia crimen in adoleſcentia perpetratū inexperientia,& ignorantia,operiri precatus eſt, cum poſt dictam abiurationem ſemper catholice viuendo fidem orthodoxam contra hæreticos,& verbis, & ſcriptis defendiſſe ſit inuentus,ad mitiorem tendentes domini Iudices additis quibusdam quotidianis orationibus triremi pro remige per nonnullos annos deſeruire, perfecta tamen formali abiuratione,iuſſerunt.

CASVS. XXVI.

POſcentius religioſus ſacerdos, & prædicator, quod in altera, & altera prædicatione quædam hæreſim ſapientia dixiſſet,ad ſanctum officium delatus,ab Inquiſitore vocatus, & examinatus,cū minus ſatisfeciſſet iuſſus eſt ad Vrbem venire,vbi ſuper ſcriptis ſuis examinatus ſe illa tenuiſſe, credidiſſe, ac prædicaſſe reſpondit. Et quia in ipſis ſcriptis aliqua

hæretica

hæretica,aliqua erronea,& aliqua ſcandaloſa inuenta fuere, abiurata formaliter, & publice omni hæreſi pænitentium hæreticorum pœnis iuſſus eſt ſubiacere.

CASVS. XXVII.

BRiſolius Nicaſiæ dominus qui iamdudum omnes pene modernas hæreſes abiurauerat, de relapſu,& impænitētia ad ſanctum officium delatus, contra illum quamplurimi (nam ad viginti eorum numerus aſcendebat) teſtes examinati cum fuiſſent,licet alii ſingulares,alii falſitate,vel varietate notati fuiſſent, qualemqualem fidem facere viſi ſunt, cenſuit ſanctum officium eiuſdem Briſolii (nam lecto ſemper decūbebat)attento lāgore,vt in ſecuriori domo recluderetur', vbi appareret an in luce,vel in tenebris ambularet,catholicorū virorū cuſtodia, dominorum Iudicū arbitrio,illum obſeruaret,ibique pro ſalutari pænitentia quotidie coronam beatæ virginis, & ſeptem pænitentiales pſalmos, terque in hebdomada officium mortuorum dicere iuſſus eſt, & quolibet menſe ſacerdoti idoneo peccata ſua confiteri, ac quater in anno ſacratiſſimam euchariſtiam ſtatutis diebus ſumere. Adde tertium,quod certam pecuniæ ſummā duobus xenodochiis infra ſibi aſſignatum tempus conferat, & exſoluat.

CASVS. XXVIII.

IVsbinda qui alias in multis hæreſibus comprehenſus, illas & omnes hæreſes formaliter abiurauerat, ad ſanctum officium delatus, quod nonnullos complices in ſuo examine ſubticuiſſet,iterum a miniſtris ipſius ſancti officii captus, & examinatus, quod ab ipſis complicibus, quia ditiores, & potentes erant, ſibi valde timuiſſet,ſe in eo defeciſſe reſpondit.Hic abiuratione de vehementiori hæreſis ſuſpicione pręhabita, pro remige in triremi iuſſus eſt perpetuo deſeruire, & pro ſalutari pænitentia quinquies in die orationem Dominicam, totieſque ſalutationem angelicam dicere.

ET quia Inquiſitores quandoque (vt in c. vt officium. de hæret. li. 6.)duarum idonearum perſonarum, quãdoque etiam expertium huius negotii notariorum miniſterio vti cogũtur, ne quem pluries, & pluribus accidere vidimus, eis error amplius occurrat,non ſententiarum modo,& abiurationum, verum etiam citationum,relationum, proceſſuum, ratificationum,ceterarumque ſancto officio deſeruientium ſcripturarum formulas huic noſtro labori addere curauimus. quas quidem non vt ad verbum ſeruarentur, ſed potius prout ſuo propoſito deſeruire iudicabunt Inquiſitores, ſubnectere voluimus.

FORMA præcepti, ſiue citationis.

Die tali, menſis talis, anni talis.

PRæcipiatur, & in ſcriptis detur, & dimittatur exparte Reuerendi Domini Inquiſitoris, vel Vicarii .N. talis viciniæ, vel ad portam eius habitationis, quatenus infra tres dies proxime futuros pro primo,ſecundo,& tertio, & ꝓ peremptorio termino hac vna pro trina, & ſub pœna excommunicationis debeat effectualiter dediſſe, & ſoluiſſe &c. occaſione &c. Et ſi in præmiſſis ſentiat ſe grauatum,compareat prima die iuris proxime futura tali hora,coram præfato Reuerendo Domino Inquiſitore ad eius ſolitum bancum iuris, ad allegandum quare nõ debeat &c. vel debeat perſonaliter comparere coram præfato Reuerendo Domino Inquiſitore ad audiendum,& reſpondendum ipſi domino de fide,vel de eo quod ei placuerit dicere, vel ad informandum officium, vel pro intereſſe eius officij. Deinde in actis ſubſequatur.

Præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor commiſit, impoſuit, & in mandatis dedit, & dat.N. nuncio ſanctiſſimæ Inquiſitionis talis, præſenti,quatenus ex ſui parte, & mandato vadat, portet, & in ſcriptis det, & dimittat ſimiles copias ſupradicti præcepti,ſupradicti tenoris,& vnam ad domum habitationis

bitationis

bitationis ſupradicti.N.& aliam affigat ad valuas eccleſię ma ioris.N. vel ad locum ringheriæ ad quem citantur abſentes a ciuitate.N. & hoc ex officio, & debito officio prædicti Reuerendi Domini Inquiſitoris.

FORMA relationis currerii ſiue nuncij.

Die tali, talis menſis, anni talis.

N. Currerius, vel nuncius ſancti officii iens, & rediens retulit hodie præfato Reuerendo Domino Inquiſitori, vt ſupra, & mihi notario publice ſtipulanti ſe hodie portaſſe & in ſcriptis dediſſe,& dimiſiſſe ſimilem copiam prædicti pręcepti, tenoris vt ſupra, ad domum habitationis prædicti .N. & ſic in dicta domo,& ad dictam domum dixiſſe,feciſſe in totum, & per totum, & in omnibus, & per omnia, & prout in dictis commiſſione, & præcepto continetur, & fit mentio. vel affixiſſe ad valuas, vel ad locum ringheriæ.

ALIA forma citandi abſentem.

NOs.N. Inquiſitor hæreticę prauitatis in tali diœceſi, vel prouincia, ſiue dominio a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus tibi.N. perſonaliter, vel ad domum tuæ habitationis auctoritate apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore præſentium præcipimus, & mandamus,quatenus per totum diem craſtinum, vel infra tot dies coram nobis, vel vicario noſtro cōpareas perſonaliter, & te pręſentes in noſtræ ſolitæ audientiæ camera ſita in tali loco ad audiendum, & reſpondendum quicquid dicere volueris, & poteris ad ea quæ tibi dicentur, vel quare declarari non debeas excommunicatus, vel hæreticus, & incidiſſe in omnes pœnas, vel reſponſurus de fide catholica, & de eius articulis, vel de eccleſiæ ſacramentis ſub pœna hæretici impænitentis, vel relapſi, vel confiſcationis omnium bonorum tuorum, vel ad audiendū ea omnia quæ tibi præmiſſa occaſione iniungere voluerimus

prout ex actis apparet ſcriptis per notarium, & canzelarium noſtrum infraſcriptum die ibi contenta &c. alias &c. & hoc ex officio, & debito officii noſtri die &c.

Præfatus dominus Inquiſitor commiſit &c. vt ſupra.

N. Currerius, & nuncius ſanctiſſimæ Inquiſitionis iens, & rediens &c.

FORMA accuſandi contumaciam.

Die tali menſis talis.

PRo parte N. procuratoris fiſcalis ſanctiſſimæ Inquiſitionis accuſata fuit contumacia .N. citati prout in actis, & non comparentis, & requiſitum ipſum declarari excommunicatum, & iuxta contenta in dicto præcepto, alias proteſtãdo &c. & declarando &c. & hæc non recedendo a quatenus in eo, & idem inhærendo &c.

Qui Reuerendus Dominus Inquiſitor attenta contumacia ipſius. N. declarauit, & declarat præfatum. N. incidiſſe in omnes, & ſingulas pœnas cõtentas in ſupradicto ꝑcepto, &c. mandando &c.

ALIO modo.

Die tali, menſis talis.

PEr magnificum. N. procuratorem fiſcalem ſanctiſſimæ Inquiſitionis in termino aſſignato. N. ad ſe præſentandum & comparendum, & dicendum, & oſtendendum quare declarari non debeat excommunicatus, & incidiſſe in omnes, & ſingulas pœnas a iure, & ſacris canonibus contra huiuſmodi excommunicatos iniunctas, & taxatas, & ad alias pœnas de quibus & prout in præcepto eidem .N. tranſmiſſo, & in actis continetur, accuſata fuit. ipſius .N. non comparentis cõtumacia, & requiſitum in eo inſiſti, & fieri, & declarari prout in eo, alias proteſtatus eſt contra præfatum Reuerendum Dominum Inquiſitorem de recuſatione, & pœnis iuris, & de reclamando &c.

Qui Reuerendus Dominus Inquiſitor &c.

FORMA

FORMA comparitionis ſpontaneæ.

Die tali menſis talis.

N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis comparuit coram Reuerendo Domino.N. Inquiſitore.N. ſedente in ſede &c. ad effectum eidem exponendi, & ſignificandi omnes, & quoſcunq; errores in quibus hactenus incurrit, ab eo etiam ſuſcipiendi quamcunque ſalutarem pœnitentiam, quam & ſi quam eidem imponere, & iniungere voluerit, offerens etiā ex habundanti, & alias, & prout melius promittere, & fide iubere poteſt, de non recedendo a loco quem præfatus dominus Inquiſitor eidem aſſignabit, & deputabit, nec ab eo fugā facere, & alia faciendo prout præfato domino Inquiſitori videbitur & placuerit, proteſtando &c.

Qui Reuerendus Dominus Inquiſitor viſis, & auditis prędictis, & viſa dicta comparitione ſpontanea, & conſtitutione per dictum .N. & eius requiſitione, attendens, & conſiderans quod ſancta mater eccleſia ad ſe redeūtes gremium non claudit, præfatam comparitionem admittit ordinauitq́;, & ordinat dictum .N. præſentem quod non recedat a tali loco. in quo quidem loco ipſi .N. præſenti aſſignauit, & aſſignat pro carcere eidem talem cameram poſitam in tali. promittente ipſo .N. de non recedendo, nec fugam faciendo ab ea, & nō loquendo cum aliquibus perſonis abſque ſpeciali licentia ipſius Reuerendi Dn̄i Inquiſitoris, & hoc ſub pœna ſcutorum ſanctiſſimę Inquiſitioni aplicandorum, & prędicta omnia omni meliori modo &c. præſente dicto .N. præfata acceptāte, & promittente præfato Reuerendo Domino Inquiſitori, &c. & pro eo promittente, & fideiubente Domino.N. Deinde fiat inſtrumentum per notarium, pro fideiuſſione. Et ſi pro tunc non poteſt remanere fideiuſſor, promittat præſentare illum totiens quotiens ipſi Domino Inquiſitori placuerit, & ab eo fuerit requiſitus, ſub taxata pœna.

FORMA denunciationis alicuius quem ſuſpectum habet de hæreſi.

DIe tali, talis menſis, talis anni .N. filius.N. talis loci, talis diœceſis comparuit coram Reuerendo Domino Inquiſitore ſedente pro tribunali in camera ſuæ ſolitæ audientiæ,& reſidẽtiæ, depoſuitque vt infra,dicens.Padre Inquiſitore ho veduto &c. ho vduto &c. Interrogatus vbi, quando, & quibus præſentibus,reſpondit &c. Et dato eidẽ,atq; ab eodẽ accepto iuramento,interrogatus ſi quæ dixit atque depoſuit vera ſint,& an amore vel odio alicuius dixerit,& depoſuerit, Reſpondit quod non.

Acta ſunt hæc die. & anno quibus ſupra.

Deinde ſubſcribat denuncians.

ALIA forma denunciationis.

Die tali, talis menſis.

IN præſentia mei notarii, & teſtium infraſcriptorum .N. filius.N. de tali loco, talis diœceſis,talis ætatis, & ſtaturæ cõparuit perſonaliter coram Reuerendo Domino Inquiſitore ſedente pro tribunali in camera ſuæ ſolitę audientię, & reſidentiæ, & denunciauit eidem Domino Inquiſitori quod .N. de tali loco,talis diœceſis aſſeruit,dixit, vel fecit talia, & talia contra fidem catholicam(ponantur ſingula)Quo facto,& collato ipſi denuncianti iuramento de veritate dicenda, interrogatus reſpondit. Et primo vnde ſciat, vel nouerit prędicta, a quo, vel quibus,& quibus pręſentibus, vbi, quo die,& cuius menſis.

Vltimo interrogatus ſi amore,vel odio pręd icta denunciauit, Reſpondit.

Tandem ei imponatur, vt omnia ſub ſecreto ſeruet. poſt ſequatur:

Acta ſunt hęc in tali loco, die, & anno quibus ſupra.

FORMA

FORMA affixionis literarum.

Die tali, talis menſis.

REuerendus Dominus Inquiſitor commiſſit, impoſuit, & in mandatis dedit, & dat .N. currerio communis, vel nuncio ſancti officij præſenti, & acceptanti, quatenus ex ſui parte, & mandato vadat, portet, & affigat, & affixas dimittat ſimiles copias infraſcriptarum literarum publicatarum in valuis eccleſiæ cathedralis, & in omnibus locis conſuetis, tenoris hmõi.

FORMA relationis currerii.

Die tali, talis menſis.

N. Currerius iens, & rediens retulit hodie præfato Reuerendo Domino Inquiſitori, & mihi notario publicæ perſonæ ſtipulanti, ſe hodie portaſſe, & affixiſſe, ac affixas dimiſiſſe ſimiles copias præfatarum literarum in foro, & in valuis eccleſiæ cathedralis, & talis, & talis loci, vbi ſolent ſimiles copiæ affigi, & dimitti. & hoc ex officio.

FORMA examinandi teſtes iuratos.

Die tali, talis menſis, & anni.

N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis teſtis citatus, productus, requiſitus ad petitionem, & inſtantiam .N. vel citatus a Reuerẽdo Domino Inquiſitore cauſa, & occaſione perhibendi teſtimonium veritatis ſuper cauſa, & quæſtione .N. detenti, vel accuſati, ſeu delati apud præfatum Dominum Inquiſitorẽ, delato prius ipſi teſti ſolenniter iuramento per præfatum Dominum Inquiſitorem de veritate dicenda ſuper tota ipſa cauſa, remotis, timore, amore, & omni humana gratia iurauit, & iurat tactis corporaliter ſcripturis in manibus præfati Domini Inquiſitoris, dicere veritatẽ de his quę nouerit, & interrogatus fuerit ſuper cauſa antedicta. Et primum interrogatus, ſi &c.

FORMA

FORMA ſententię interlocutorię ad ſupponendum aliquem quęſtionibus, ſeu tormentis.

NOs .N. Inquiſitor in .N. a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus attendentes meritis proceſſus facti per nos contra te .N. diligenter examinatis, quod tu es varius in tuis confeſſionibus, vel quia minus plene indicia euacuaſti, ea propter vt veritas ab ore tuo clarius habeatur, & ne deinceps aures iudicum offendas, interloquendo declaramus, iudicamus, & ſententiamus, hodie tali hora te ſupponendum quæſtionibus, & tormentis, & hoc habito conſilio in iure, & ſacra theologia peritorum, & aſſenſu Reuerendiſſimi Epiſcopi, vel eius vicarii.

Et quia iterari non poſſunt tormenta, ſed continuari, ſi reus non fateatur cum Iudex illum deponi iuſſerit, ſubiungat, animo continuandi vſque ad claram veritatem habitam &c.

FORMA proceſſus formandi.

IN nomine domini amen. Anno ab incarnatione Dñi &c. Die tali menſis talis, per præceptum accitus, vel per miniſtros ſancti officii captus, vel ſponte oblatus .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis, & conſtitutus coram Reuerendo Domino .N. Inquiſitore .N. pro tribunali ſedente in camera ſuę ſolitæ audientiæ, & reſidentiæ, vel qui ad inſtantiã, vel de cõmiſſione præfati Domini Inquiſitoris, die tali per illos de familia baricelli tali hora fuit captus in tali loco, talis diœceſis, & ſucceſſiue ductus incarceribus præfatæ ſanctiſſimæ Inquiſitionis, & eidem delato iuramento de veritate dicenda de, & ſuper omnibus de quibus interrogatus fuerit, & eo præſtito manibus corporaliter tactis ſcripturis in manibus præfati Reuerendi Domini Inquiſitoris, vel vicarii, qui ipſum de huiuſmodi iuramenti importantia admonuit, & certificauit, interrogatus reſpondit, vt infra.

Et primo interrogatus, ſi ſcit cauſam ſuæ capturæ, ſeu de-

tentionis, vel citationis,Reſpondit.Interrogatus.Reſpondit Interrogatus. Reſpondit.

Qui Reuerendus Dominus Inquiſitor viſis, & auditis pręfati .N. reſponſionibus,pro nunc diſtulit proſecutionem præſentis examinis, & dictum conſtitutum conſignauit.N.cuſtodi carcerum præſentem, vt eum duceret ad locum ei deputatum,animo proſequendi &c.

Acta fuerunt præfata omnia .N. in præſentia .N. & .N. teſtium, etc.

Die tali &c.

COnſtitutus coram Reuerendo Domino Inquiſitore qui ſupra .N. qui ſupra detentus vt ſupra, & eidem delato iuramento vt ſupra, interrogatus Reſpondit vt infrà.

Et primo interrogatus &c. Reſpondit &c.

Volens autem præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor omnino deuenire ad executionem pro eruēda veritate a præfato .N. & in executionem conſiliorum reuerendorum theologorum, & magnificorum in canonico, & ciuili iure peritorum,etiam Reuerēdiſſimi Epiſcopi vel vicarii participata auctoritate, de quibus omnibus aparet in actis ſcriptis per me notarium,dicto .N. cuſtodo carcerum iusſit præfatum .N.de carcere educere,atque ad.N. locum in quo præfati officii detenti torqueri ſolent, & quæſtionari præmiſſa proteſtatione de eo non torquendo circa ea quæ cōfeſſus eſt, & conuictus, ſed ſolum ſuper negotiis quæ pro ſaluis haberi vult, & intendit omni meliori modo &c. & delato eidem .N. de veritate dicenda de & ſuper omnibus de quibus interrogatus fuerit, & per eum præſtito iuramento, interrogatus reſpondet, Signor non. & cum ſemel & iterum monitus vt veritatem fateretur, & ſemper in negatiua perſiſteret, præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor.N. miniſtro iusſit præfatum .N. ligare,& ad funem leuare &c. vel.N.miniſtro iuſſit quatenus attēta relatione medicorum,& de qua in actis,quod ad aculeum ſiue ad funem leuari non poſſit, quatenus inter digitos vtriuſque manus eidem ligna ponat, & ipſos digitos cordula

ſtringat,

ſtringat, vel igni, vel, vel. Qui quidem .N. cum ligatus torque retur clamare cæpit, Io ſon morto, oime, oime. (ſcribantur ſingula verba ipſius torti, nec calamo parcat notarius) & cum præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor videret ipſum .N. in negatiua perſiſtere, iuſſit ipſum altius eleuari, vel arctius torqueri, & cum &c. ſcribantur ſinguli actus.

Tandem cum præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor videret ipſum .N. conſtitutũ perſeuerare negando, nec aliud ab eo haberi poſſe, ipſum ſoluere, & sligare fecit, animo tamẽ & intentione continuandi ipſa tormenta, & in ipſis vſque ad claram veritatem perſeuerandi, monens ipſum conſtitutum pro die &c. ad continuandum in tormentis examen huiuſmo di, & hoc ipſo conſtituto præſente, audiente, & intelligente, & pręfata omnia, omni meliori modo, &c.

Acta fuerunt &c. Ponantur nomina teſtium, & miniſtrorum. Et ſucceſſiue ipſum cõſtitutum conſignauit præfato .N. cuſtodi carcerum conducendum ad locum vnde extractus fuit cuſtodiendum.

Si autem reus confiteatur, proſequatur proceſſus vſque ad diffinitiuam ſententiam.

FORMA ratificandi proceſſum per delatum iam confectum.

COnſtitutus .N. coram præfato Reuerendo Domino Inquiſitore dictus .N. detentus vt ſupra, de carcere per .N. cuſtodem de mandato ipſius Reuerendi Domini Inquiſitoris eductus, & eidem lectis per me notarium infraſcriptum eius conſtitutis per eum factis, videlicet vno ſub die tali talis menſis, alio ſub die tali &c. tenoris infraſcripti, vel eidẽ exa mine quod tali facto ſibi in tortura, videlicet. Legãtur omnes, deinde ſequatur.

Ad eius plenam audientiam, & intelligentiam præmiſſa prius monitione eidem per me notarium facta quod benè ad uertat, quod ſi quanta in ſupraſcriptis conſtitutis ſunt vera, ea approbet,

ea approbet, & ratificet, ſin autem minus, non. Et omnia & ſingula in ſuprafcriptis cõſtitutis per me notarium lectis ad eius plenam audientiam, & intelligentiam, ſponte, approbauit, & rarificauit, & approbat, & ratificat omnia, & ſingula ſupraſcripta in dictis cõſtitutis cõtenta, in totũ, & pertotũ, in omnibus, & per omnia, & pro vt in dictis cõſtitutis continentur, & ſit mentio, dicendo, & ſubiungendo. Et mi rincreſce di hauere offeſo la diuina Maieſtà, e ne dimando perdonanza a Dio, & a V. R. offerendomi di abiurare tutti li mei errori, & accettare tutta quella penitentia ſalutare che V. R. mi imponerà. Et hæc omnia ad præſentiam Domini Sindici fiſcalis præfata acceptantis, & inſtantis &c.

Si autem habet aliquid minuere, addere, vel mitare dicetur, & eo monito ꝙ bene aduertat, quia agitur de eius intereſſe vitæ, & honoris, idcirco tam quæ ſuperioribus dixit ſi vera ſunt approbet, & ratificet, ſi minus, non. Reſpondit, ciò c'ho detto &c. lo approbo, ratifico, & confermo. Ben è vero, che doue io ho detto &c. reuoco, e reprobo tutto, e tutto il reſto ilquale ſi contiene nelli detti mei conſtituti contrario alla mia confeſſione ratificata come di ſopra, e tutto ch'io ho fatto, o detto come &c. l'ho fatto come &c. Addendo ſolum primo eius conſtituto vbi dicit, & deponit &c. Addendo hęc verba &c. Et ſecundo conſtituto &c. & ſucceſſiue obtulit ſe abiurare omnes hęreſes, & amplecti pœnitentiam ſibi a Reuerendo Domino Inquiſitore iniungendam.

Et hæc in præſentia &c.

FORMA confrontationis teſtium cum delato, vel delatorum inuicem.

QVIBVS auditis pręfatus Dominus Inquiſitor volens omnino veritatem huiuſmodi negotii habere, mandauit dictum N. ad ſe conduci pro fienda confrontatione quo adducto interrogatus dictus conſtitutus ſi ipſum N. cognouit, & cognoſcat, Reſpondit, ſic, vel non, Interrogatus ſimiliter N. ſi cognouit, vel cognoſcat dictum conſtitutum, Reſpondit,

Io lo conoſco, e ſono tanti anni &c. (exprimantur) e ſtà in tal cõtrada,&c. e ſi dimanda,&c. & è qllo .N. Interrogatus ſi ea quæ dixit in ſuo examine ſunt vera, Reſpondit, ꝙ ſic. Tunc legantur quæ depoſuit contra conſtitutum, & poſtmodum iterum interrogetur ſi illa ſunt, vera. Reſpondit &c. Et hæc ad præſentiam, & intelligentiam ipſius.N. dixit, & affirmauit.

Quibus auditis præfatus Reuerẽdus Dominus Inquiſitor iuſsit adduci.N. quo adducto interrogatus præfatus conſtitu tus ſi ipſum .N. cognouit, & cognoſcat, vt ſupra, & tandem ſubſequatur.

Quibus auditis præfatus Reuerẽdus Dominus Inquiſitor volens commodius huius negotii veritatem habere, mãdauit dictum.N.ad carcerem cõduci, & ibi cuſtodiri donec & vſq; quo aliud ordinatũ fuerit.N.autem, &.N.licentiauit monens illos &c. Et talis confrontatio ſæpius poteſt iterari prout videbitur expedire.

FORMA condemnandi, & pænitentiandi eum, qui falſum teſtimonium perhibuit in negotio fidei.

IN negotio & cauſa.N. inſtante Magnifico Domino.N, procuratore fiſcali Sanctæ Inquiſitionis, victum N. tamquam teſtem falſum, ac falſarium per Reuerendum Dominum Inquiſitorem condemnari, penitentiari, & priuari, ac alia omnia dici & fieri iuxta conſilium ſuperinde factum per Reuerendos, & Magnificos Dominos Doctores, etiam cum participatione Reuerendi Domini Vicarii Epiſcopalis, &c. & alia in premiſsis neceſſaria, & opportuna fieri proteſtando &c.

Præfatus Reuerendus Dominus Inquiſitor viſo proceſſu dicti .N. mendacii, & periurii in eo contenti confeſſione per eum facta, & ratificata, de tractatu, & deliberatione per eum habitis pro deponẽdo falſo teſtimonio, & ad dictum effectũ ſe præſentaſſe præfato officio, & examini ſe ſuppoſuiſſe animo, & intentione faciendi, & defendendi dictũ.N. pro ſuſpi-

tione hæreſis detentum, vel offendendi dictum N. in cauſa hæreſis,& pro ut in actis, & omnibus diligenter, & mature conſideratis,& ſuperinde habito maturo conſilio, & diligenti conſideratione,& pro tribunali ſedente in camera ſuæ ſolitæ audientiæ, & reſidentiæ.

Christi, & beatæ Mariæ ſemper virginis nomine inuocato in cauſa vertẽte inter Magnificum Dominum N. procuratorem in ſancto officio,& dictum N. præſentem,audientem, & intelligentẽ declarauit,ſeutentiauit,pęnitentiauit,& condemnauit dictũ N.in modum qui ſequitur.

Et primo ad ſeruiendũ pro remige in triremi per tot annos, maxime falſum teſtimonium perhibuit offendendo, ſi autem defendendo, mitius punitur.

Secũdo ꝗ ſingulis diebus per tot annos &c.

Tertio ꝗ non poſſit amplius ferre teſtimoninm, & alia ad arbitrium iudicis ſecundum grauitatem falſitatis.

FORMA promiſſionis, ſeu fideiuſſionis.

CORAM præfato Reuerẽdo Domino Inquiſitore pro tribubunali ſedente in camera ſuæ ſolitæ,&c. conſtitutus,& exiſtens N. detentus,qui die tali,menſis talis,præſentis anni abiurauit eius hæreſes,& condemnatus, & penitẽtiatus fuit prout in actis,vel qui die tali,&c. captus,& detentus fuit,vel qui ſponte cõſtituit, & præſentauit ſe pro vt in actis &c. petiit,& requiſiuit a præfato Reuerendo Domino Inquiſitore quatenus velit, & debeat, & ex eius officio (ꝗ quatenus expediat implorauit, & implorat omni meliori modo &c.) mãdare eum a carceribus in quibus de præſenti detinetur relaxari,& ei aſſignare in carcerem, & pro carcere domum habitationis ſuæ,vel totam diœceſim,vel vrbem,vel &c. offerrens,& promittens ab ea nõ recedere,abſq; ſpeciali licentia, & mandato præfati Reuerendi Dñi Inquiſitoris, & in ſcriptis,& pęnitentiam ſibi iniunctam exequi,& facere,et comparere,et ſe prę́ſentare, etiam vltra tempora in dicta eius pęni-

tentia expreſſa ad omnem requiſitionem præfati Reuerēdi Domini Inquiſitoris,et de exequendis prædictis etiam fidem iubere,et alia dicere,et facere ad quę tenetur.

Qui Reuerendus Dñus Inquiſitor viſis et auditis prędictis,attenta qualitate perſonę dicti.N.et eius paupertate, vel alia qualitate etc. Ipſo .N. promittente, et fideiubente de non recedendo,de exequendo, et parendo, et de ſe pręſentando vt ſupra,et prout ſupra per eum expreſſum eſt,ſub pęna ſcutorum &c.(ſecundum facultatem)applicandorum ipſo iure, & facto in caſu contrauentionis præfato ſancto officio in carcerum,& pro carcerum erectione,& refectione,ſeu munitione applicandorum,domum,vel ciuitatem &c. a qua recedere non poſſit ſine licentia ſpeciali, & mandato præfati Reuerendi Domini Inquiſitoris. & inſcriptis, mandauit,& mandat ipſum relaxari a carceribus præfatæ ſanctæ Inquiſitionis,in quibus de præſenti detinetur.& præfata omnia omni meliori modo, &c.

Et præſente dicto .N. præfata omnia acceptante, & promittente de non recedendo a dicta domo, vel ciuitate, &c. & de exequendo, parendo, & ſe præſentando, vt ſupra ſub pęna ſcutorum,&c. ipſo iure & facto in caſu contrauentionis applicandorum,vt ſupra.Et pro eo eiuſq, precibus, & mandato promiſit, & fideiuſſit, & ſe principaliter, & in ſolidum obligauit .N. cum confeſſione maioritatis ex abundanti &c. & ſciens non teneri, volens omnino teneri, ēt iureiurando &c.Et ambo principaliter, & inſolidum, cum debitis renuntiationibus, bonorum obligationibus, iuramento in forma cameræ ampliſſima,& cũ conſtitutione procuratoris, &c.& cum iuramento &c. & quam fideiuſſionē pręfatus.N. fecit,& facit per annum vnum tantum proxime futurum,quo elapſo non intendit vllo modo ad aliquid teneri,& proteſtatur,&c.

Et hæc ad præſentiam Magnifici .N. Procuratoris fiſcalis accipientis in parte,& partibus, &c. & pro teſtibus adhibiti ſunt N. N. & N.

FORMA

FORMA ſequeſtri fiendi.

REVERENDVS Dominus Inquiſitor,&c. ad inſtantiam Domini Fiſcalis, eiuſq; petitionem omni meliori modo, iure, via, & forma, quibus melius poteſt, expoſito prius ipſi Domino Inquiſitori per dictum Dominum fiſcalem, ꝙ multũ, & iuſte timet de dilapidatione, & occultatione inſtrumentorum, fructuum, et bonorum exiſtentium in domo, et in et ſuper poſſeſſione .N. detenti in carceribus, vel ſuſpecti de hæreſi etc. volens, et intẽdens pręfatus Dominus Inquiſitor in quantum poteſt obuiare cuicunq; ſcãdalo quod occurrere poſſet, iuſſit, præcepit, et mandauit omnibus, et ſingulis vtriuſq, ſexus perſonis, quatenus nullus audeat, vel præſumat accedere ad dictas domum, et poſſeſſiõnem, nec ab inde ſcripturas, vel fructus, vel alias res remouere, ſine expreſſa licentia dicti Domini Inquiſitoris, ſub pęna ſcutorum &c. applicandorũ, etc. reſeruato tamen omni iure dicto .N. tàm in dicta poſſeſſione, quàm in proprietate prædicta, et etiam omni iure ei competente in fructibus antedictis, ac ſi ipſum ſequeſtrum factũ non fuiſſet. Præterea ipſe Dominus Inquiſitor impoſuit, et in mandatis dedit, et dat .N. currerio publico cõmunis, quatenus ex ſui parte, impoſitione, cõmiſſione, et mandato, dicat et præcipiat .N. et .N. conſulibus .N. quatenus omnes, et ſingulos fructus extantes de præſenti, et inſuper qui in dicta poſſeſſione, et proprietate erunt, colligere debeant, et ſaluare, ac penes ſe in ſequeſtro tenere, nec alicui perſonę reſpondere, vel tradere, ſine ſpeciali licentia ipſius Reuerendi Domini Inquiſitoris, ſub pœna de qua ſupra, et inde etc.

FORMA relationis Currerii.

Die tali, menſis talis, anni, etc.

N. CVRRERIVS, vel Nuncius ſanctę Inquiſitionis, iens, & rediens retulit hodie præfato Reuerendo Domino Inquiſitori, & mihi Notario publicæ perſonæ ſtipulanti ſe

tali

tali die (exprimatur) portaſſe,& in ſcriptis dediſſe, & dimiſiſſe ſimilem copiam ſupraſcripti ſequeſtri ad domum habitationum præfatorum conſulum talis loci , vel etc. & ibi dixiſſe, feciſſe,& præcepiſſe in totum,& per totum, & in omnibus,& per omnia, & pro vt in dicto ſequeſtro continetur,& fit mentio,& hoc ex officio,&c.

FORMA abſoluendi delatum de hæreſi,quando nihil legitime probatum eſt contra eum.

NOS frater .N. de tali loco ſacræ Theologiæ profeſſor ord.Prędicatorum Hæreticæ prauitatis Inquiſitor in tali prouincia, vel dioceſi a ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus. Attendentes quòd tu .N. de tali loco, talis diœceſis fuiſti nobis delatus de tali,& tali hæreſi, vel errore (totum inſeratur) Attendentes etiā illa eſſe talia quæ nō valebamus,nec debebamus cōniuentibus oculis pertrāſire, deſcēdimus ad inquirendū ſi prædicta aliqua fulcirentur veritate, teſtes videlicet, examinando, te etiam citando, arreſtando,& interrogando, ac alia omnia quæ ſecundum canonicas ſanctiones decebant faciendo. Ea propter viſis,& diligenter examinatis omnibus actis,& actitatis in hac cauſa,& omnibus ęqualance libratis, habitoq; conſilio peritorum, tàm in iure, quàm in Theologica facultate, illoq; ſępius repetito, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, ac habentes præ oculis ſolum Deū, & nagotii veritatem, ſacroſanctis Euangeliis coram nobis poſitis, vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem, ad noſtram ſententiam in hunc modum procedimus.

Chriſti nomine inuocato. Quia per ea quæ vidimus,& audiuimus in cauſa vertente in ſancto officio inter .N. procuratorem fiſcalem dicti ſancti Officii,& te .N. de tali loco, producta,& oblata, acta,& actitata ſunt coram nobis in præſenti cauſa non inuenimus aliquid contra te legitime probatum de his de quibus delatus fueras nobis, Pronunciamus, declaramus,

ramus,ac ſententialiter diffinimus cōtra te nō eſſe,nec fuiſſe aliquid actum legitime coram nobis,propter quod poſſis,vel debeas hæreticus iudicari,nec ſuſpectus haberi aliqualiter de hęretica prauitate.quare te a pręſenti inſtantia,inquiſitione, & iudicio totaliter relaxamus,& abſoluimus.

Ita pronunciauimus,& ſententiauimus nos .N. Inquiſitor qui ſupra.

Lata fuit hæc ſententia,Die tali,in tali loco per Reuerendum Dominum Inquiſitorem, & lecta per me Notariū infraſcriptū coram teſtibus infraſcriptis videlicet. N. N. N. &c.

ALIA forma eiuſdem materiæ.

CHRISTI nomine inuocato.Pro tribunali ſedentes,& ſolum Deum præ oculis habentes,Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam quam de iuriſperitorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis coram nobis vertentibus in officio ſanctiſsimę Inquiſitionis inter Magnificum Dominum .N. Procuratorem Fiſcalem dicti ſancti Officii ex vna,& te .N. de tali loco, reum conuentum,inquiſitum & proceſſatum de & ſuper eo,quod talia vel talia dixeris,vel feceris,prout latius in actis, & proceſſu deductum, & expreſſum,fuit partibus ex altera,viſis tàm cōtra te deductis, quàm ad tui defenſionem allegatis, ac omnibus quæ vidēda, et conſiderāda erant,Dicimus,pronunciamus, ſentētiamus, et declaramus te præfatum .N. tamquam non culpabilem, repertum ab inquiſitione, proceſſu,et inſtātia præſentis iudicii abſoluendū, & liberandū fore,& eſſe, prout abſoluimus, & liberàmus, & ſuper illis pręf. procuratori fiſcali perpetuū ſilentium imponendū fore,& eſſe, prout imponimus,fideiuſſioneſq;,et obligationes per te factas, et præſtitas, tàm hic, quàm alibi caſſandas,et abolendas fore,et eſſe,prout caſſari, et aboleri mandamus omni meliori modo,etc.

Ita pronunciauimus, et ſententiauimus nos .N. Inquiſitor. etc.

FORMA ferendi ſententiam contra diffamatum de hæreſi, vt purget ſe canonice.

NOS frater .N. ord. Præd. &c. Inquiſitor hæreticæ prauitatis a ſancta Sede apoſtolica ſpecialiter delegatus, cum interuentu, conſilio, & aſſenſu Reuerēdiſſimi D.N.&c. Epiſcopi .N. vel .N. Vicarii Epiſcopalis, conſiderantes quod tu .N.&c. Officio ſanctæ Inquiſitionis delatus fueris de tali, tali, & tali decreuimus, vt ſuper præmiſſis, & aliis, pro vt in proceſſu latius deductum eſt, noſtrorum officialium interrogationibus te ſubiiceres. Viſis igitur, & cōſideratis delationibus prædictis, ſeu teſtium dictis, tuiſq; ad interrogata reſponſionibus, confeſſionibus, & excuſationibus, ac teſtium pro parte tua examinatorum dictis, proceſſuq; pluries in conſilio iuris, ac ſacræ Theologiæ peritorum diſcuſſo, conſideratiſq; conſiderandis ad talem decreuimus deuenire ſententiam.

CHRISTI nomine inuocato. Pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum pre oculis habentes, in cauſa, & cauſis in officio ſanctæ Inquiſitionis, inter Magnificū Dñm .N. eiuſdem Officii Procuratorē, Fiſcalem ex vna, & .N. reum cōuentum, & proceſſatum de, & ſuper obiecta fautoria, ſeu receptatione quorundam hæreticorum, ac publica diffamatione ex altera parte, pendeñ. ſententiamus tibi tamquam de fautoria, ſeu receptatione, vel hæreſi diffamato indicendāeſſe purgationē canonicam quarta manu tui ordinis, vel maioris, vz quatuor hominibus catholicę, & probatę vitę, qui de trāſacto tpe vitę tuę cognitionē habuerint, tali die facere tenearis. monētes te, quòd ſi in ea facienda defeceris, de fauctoria, ſeu de receptatione hæreticorum, vel pro hæretico conuicto (ſi totaliter diffamatus fuit) habebimus, & ita indicimus, ac mandamus.

Ita pronunciamus, & ſentētiamus nos .N. Inquiſitor, &c.

SEQVITVR forma purgandi ſe Canonice.

EGO .N. de tali loco, &c. talis diœceſis conſtitutus coram

ram vobis Domino .N. Inquiſitore,& D. N. Epiſcopo, ſeu Vicario Epiſcopali in iudicio poſitus, vt omnem ſuſpicionē de hæreſi, aut fautoria, ſeu receptatione ortam, tàm ex veſtris, quàm aliorum mentibus eiiciam, atq; omnino euellam, Dico atque corde,& ore fateor, ac iuro, quòd non obſtantibus prędictis in proceſſu,& ſentētia deductis, me eſſe,& fuiſſe immunem ab omni hæreſi, fautoria, defenſione,& receptatione hæretica,& iuro me talia,& talia (exprimantur quæ ei oppoſita fuerunt) me non feciſſe mala aliqua intentione, nec vt cum aliquibus hæreticis communicarem, nec eis fauerem. Ideo precor Reuerēdas dominationes veſtras quatenus hos quos huc adduxi Dños tanquā meos compurgatores, admittatis.

Qui quidem Dñi admiſſi iurabunt infraſcripto modo vz.

Ego .N. Cardinalis, vel Epiſcopus, vel Dñs talis loci iuro me credere ſupraſcriptum .N. veritatem dixiſſe, ac iuraſſe.

Ego .N. &c. iuro me credere, vt ſupra.

Ego .N. &c. iuro me credere vt ſupra.

Quibus peractis ſubſequatur ſentētia infraſcripto modo.

Qui Reuer. D. Inquiſitor pronunciauit prout infra.

CHRISTI nomine inuocato pro tribunali ſedentes, & ſolum Deū præ oculis habentes, in cauſa,& cauſis prędictis & inter eaſdem partes vertentes, viſa purgatione canonica per te .N. coram nobis facta, viſiſq; compurgatorum teſtimoniis, pronunciamus, ſententiamus, & declarmus te. N. eſſe boni teſtimonii virū,& ex deductis amplius non eſſe moleſtandū, fideiuſſioneſq;, & obligationes in officio S. Inquiſitionis prędſtitas caſſandas fore, prout caſſari mandamus. Ob id tñ quia dictus .N. delatus fuit, ꝙ talia, & talia perpetrauit, & vt in futurū cautius viuere diſcat,& ne malis exēplis, mala de ſe amplius ſuſpicari ꝑmittat, condemnamus,&c.& alias pro ſalutari pęnitentia iniungimus, vt talia, ac talia dicat, & faciat.

Ita pronunciamus nos frater .N. Inquiſitor,&c.

FORMA ſententiæ contra leuiter ſuſpectum de hæreſi.

NOS .N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis a ſacroſancta ſede

apoſtolica delegatus,cum interuentu Reuerendiſsimi D.N. Epiſcopi talis ciuitatis,vel Vicarii, Attendentes,quòd tu .N. de tali loco talis diœceſis delatus fueris de hæretica prauitate ad ſanctum officium (exprimantur articuli ſecundũ quòd fuerunt in proceſſu regiſtrati) quæ te de hæreſi leuiter reddunt ſuſpectum,& propter quæ talem merito te habemus, & quia nõ decet cõniuentibus oculis delicta nos pertranſire, in hanc ſententiam deuenimus.

Chriſti nomine inuocato,pro tribunali ſedẽtes,& ſolũ Deũ prę oculis habentes ſacroſanctis Euangeliis coram nobis poſitis,vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant ęquitatem,per hanc noſtram ſententiam quam in his ſcriptis ferimus,decernimus,pronunciamus, & declaramus in cauſa,& cauſis quę inter Magn.D.N.Procuratorem fiſcalem officii ſanctæ Inquiſitionis ex vna & te .N. reum conuentum proceſſatum, ac de leui ſuſpicione hæreſis culpabilem repertum partibus ex altera,viſo, & conſiderato proceſſu,ac ipſius cauſa de peritorũ, tàm in iure,quàm ſacra Theologia cõſilio,Dicimus,pronunciamus,& ſententiamus te.N. in leuem de hæreſi ſuſpicionem incidiſſe,& propterea te debere hæreſes de quibus ſuſpectus es abiurare, & deteſtari, Volẽtes, & decernẽtes, vt poſtquã huiuſmodi abiurationem feceris,ſis & remaneas abſolutus ab imputationibus,& ſuſpicionibus prædictis.& vt facilius remiſſionem ab omnipotenti Deo tuorum peccatorum conſequaris,& obtineas,volumus, & declaramus, ac pænitentiamus, ꝙ in futurum ſimilia non facias & ſi quos noueris hęreticos, vel de hęreſi ſuſpectos,aut libros damnatos,atq; prohibitos retinẽtes, denuncies ſancto Officio,vel loci ordinario.inſuper pro ſalutari pęnitentia dicas per tot dies,menſes,vel annos,tales orationes,quæ quidẽ ſi non obſeruaueris, vel in eam, vel grauiorem ſuſpicionem incideris, grauius punieris. Reſeruãtes nobis tamen in totũ, vel in partem moderandi, mitigandi, & commutandi ſupradictas pęnitentias, & penas omni meliori modo,&c.

Ita pronunciamus frater .N.

FORMA

FORMA abiurationis leuiter ſuſpecti.

EGO .N. talis diœceſis, habitator talis loci, in iudicio conſtitutus coram vobis Reuerendo .N. Inquiſitore hæreticæ prauitatis in tali diœceſi, & .N. Epiſcopo, vel Vicario Epiſcopali, ſacroſanctis Euangeliis coram me poſitis, & propriis manibus per me tactis, Iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſanctam catholicam, & apoſtolicã fidem, quã ſacroſancta Romana Eccleſia credit, profitetur, prædicat, & obſeruat. Item iuro me credere, & profiteor ore, quòd Dominus Ieſus Chriſtus, &c. (& ſic exprimatẽ articulus catholicus contra hæreſim illam de qua leuiter eſt ſuſpectus). Et conſequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hæreſim de qua me habetis ſuſpectũ, quæ mendaciter aſſeuerat, &c. (exprimatur error de quo reus eſt ſuſpectus). Item iuro quòd nunquã prędictã hæreſim credidi, neque credo, nec illi adhęſi, nec adhęreo de præſenti, minuſq; credã, nec adhęrebo. quòd ſi aliquid prædictorum fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis debitis taliter abiuratis prõpto animo me ſubmitto, paratus ſubire omnem pœnam, quam pro his quę feci, & dixi, & merito me habetis ſuſpectum, volueritis mihi iniungere, & illam ſtudebo pro viribus adimplere, & nullatenus contrauenire. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſacroſancta Euangelia.

Quæ quidẽ abiuratio, quo ab omnibus melius intelligatur, fiat in vulgari. qua facta Inquiſitor poterit reo dicere in vulgari, Fili tu ſuſpicionem, quam de te, & nõ immerito habebamus, purgaſti per abiurationem pręlibatam. de cetero caueas tibi, quod non incidas in talem hæreſim, nec ſuſpicionem. quia licet non tradideris curiæ ſeculari vltimo ſupplicio puniendus, tamen grauius punieris, quam ſi non abiuraſſes.

FORMA ſententiæ contra vehementer ſuſpectum de hæreſi.

CONSIDERANTES Nos Frater .N. &c. non abſq;

maximo animi noſtri dolore te .N. filiũ .N.de tali loco in officio ſanctiſsimæ Inquiſitionis delatum, ac imputatum fuiſſe quod talia,& talia ore tuo protuleris (exprimantur ſingula) & quòd multa de te circumfererentur, quæ a communi fideli um conuerſatione,vita,& moribus diſſidẽtem te indicabãt, deſcendimus ad depoſitiones accipiendas, teſtes examinandos.& finaliter cum talia,& talia inueniſſemus tibi oppoſita, te citari ac examinari fecimus. Viſis igitur proceſſibus contra te formatis, viſiſque poſtmodum teſtibus in officio noſtro, tã contra te, q̃ pro te reſpectiue examinatis,& repetitis,tuiſue ad obiecta reſponſionibus, negationibus, ac confeſſionibus,prætenſiſue excuſationibus allegatis,ac conſideratis conſiderandis, de conſilio tàm in iure,quàm in ſacra Theologia peritorum ad infraſcriptã decreuimus deuenire ſententiam.

Chriſti nomine inuocato,& ſolum Deum præ oculis habentes,ſacroſanctis Euangeliis corã nobis poſitis,vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium,& oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiã quam ferimus in his ſcriptis in cauſa,& cauſis coram nobis in officio ſanctæ Inquiſitionis vertentem inter Magnificũ D.N. Procuratorem fiſcalem præfati officii ex vna, & te .N. prædictum reum conuentum, & proceſſatũ de & ſuper hæreſis ſuſpicione ex altera rebuſq; aliis in actis cauſæ latius deductis, Pronunciamus, & ſententiamus,quod ex proceſſu contra te hactenus fabricato,te de hæreſi vehementer ſuſpectum inuenimus,& ideo tanquã tali ſuſpecto (vt a nobis, & aliis huiuſmodi ſuſpicio tollatur, & tua ingenuitas omnino expurgetur) indicimus tibi,vt maledicas,deteſteris.& abiures omnem hæreſim in genere,& præſertim ex verbis (vt in proceſſu) contra te obiectis, & vt dicitur a te prolatis, & ex factis concomitantibus (maxime ſi aliquid fecerit a fide vel religione exhorbitans) reſſultantẽ, & alias,modo,& forma tibi dãda.Quá deteſtatione,maledictione,& abiuratoria expurgatione facta mãdamus, vt a quibuslibet cẽſuris eccleſiaſticis propter ea quæ in proceſſu ſunt deducta,& obiecta,vel eorũ occaſione in forma Eccleſiæ con

ſueta

ſueta per Vicarium, vel commiſſarium noſtrum ad cautelam abſoluaris, & quod deinde ſuper contentis hactenus in proceſſu, & deductis, de cætero amplius non moleſteris, infraſcriptis tamen adimpletis.

Cæterum, vt facilius ab omnipotenti Deo patre miſericordiarum peccatorum tuorum remiſſionem, & gratiam (vt nedum ab hæreſi, ſed ab omni mali ſuſpicione in futurum præſerueris) iniungimus tibi, vt in tali loco ad noſtrum beneplacitum vitam tuam ducas, ibidemque alicui ſacerdoti idoneo peccata tua ſemel in menſe confitearis, & ſacram euchariſtiã eiuſdẽ arbitrio deuote, & humiliter ſuſcipias, miſſam &c. reſeruantes nobis auctoritatem in totum, & in partem moderandi, mitigandi &c.

Ita pronunciamus, & ſententiamus Nos Fr̃ .N. Inquiſitor.

FORMA abiurationis ſuſpecti vehementer de hæreſi.

EGO .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis poſitus in iudicio coram vobis Reuerendo Domino .N. Inquiſitori talis diœceſis, & N. Vicario Epiſcopali eiuſdem diœceſis, ſacroſanctis euangeliis coram me poſitis, cognoſcens viam ſalutis ęternæ extra ea quæ credit tenet, & prædicat ſancta & catholica Romana eccleſia nemini patere, ideo cũ in officio ſanctiſſimmę Inquiſitionis non modo delatum, ſed & inquiſitum ac proceſſatum, imo etiam grauiter ſuſpectum me inueniam, ne pręfata ſancta mater eccleſia amplius de me vllam ſuſpicionem de hæreſi habeat, & vt omnibus pateat me catholicum ſemper fuiſſe, eſſe, & futurum eſſe, licet peccatorem, & vt omnia a me data ſcandala penitus extinguã, Dico, ac proteſtor me ſemper corde crediſiſſe, ſicut & nunc ore fateor credere dei gratia quicquid tenet, credit, & prædicat ſancta mater eccleſia Romana catholica, & ſpecialiter quod poſt hanc vitam inueniatur purgatorium, vel tale, & tale (exprimantur quæ reddunt reum ſuſpectum deinde ſubiũgat). Et conſequẽter deteſtor, maledico, & abiuro illam hæreſim, quæ dicit

purgatorium

purgatorium non dari poſt hanc vitam, item quod . itē quod de quibus me vehementer ſuſpectum habetis , & finaliter abiuro omnem hæreſim extollentem ſe contra dictam ſanctā Rom.Eccl. ſed particulariter illos omnes quę continentur in meo proceſſu . & promitto me obſeruare,& perficere omnes mihi in ſententia contra me lata cōtentas pænitentias, quod ſi ſecus fecero , vel in talem ſuſpicionem , vel hæreſim(quod Deus auertat)inueniar,me pœnis in iure,& ſacris canonibus & conſtitutionibus contra relapſos ſtatutis ſubiicio penitus, & ſubmitto. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta euangelia.

Quo facto moneat reū Inquiſitor, quod de cætero caueat ne incidat in talem ſuſpicionem propter imminens eius vitæ diſcrimen, & periculum.

ALIA forma abiurationis de vehementi, illius qui alias abiurauit formaliter.

EGO .N. filius .N. talis loci,talis diœceſis poſitus in iudicio coram vobis .N. Inquiſitore,& .N. Epiſcopo,ſiue vicario talis Epiſcopi, cum ſit quod tali die talis menſis,talis anni tales, & tales hæreſes , ſiue talem ſuſpicionem abiurauerim , coram tali Inquiſitore,vel Epiſcopo,qui tamen vt poſtea confeſſus ſum in meis conſtitutis non plene confeſſus ſum, ſed mondano quodam timore ductus tacui nonnullos complices meos , in hoc paruam , & quaſi nullam pænitētiam meorum errorum oſtendendo, propter quod in fautoriæ ſuſpicionem hæreſis incidi,& conſequenter in omnes pœnas ſimilibus fautoribus in iure, & a ſacris canonibus conſtitutas lapſum me fuiſſe fateor , & agnoſco, de quibus omnibus veniam petens abiuro,& deteſtor præfatam fautoriam,& omnem penitus hæreſim , & promitto , ac iuro in futurum me numquā in prædictos errores , neque in dictam fautoriam lapſurum , iuroq; mihi iniunctam pariter,& iniungendam pænitentiam me perfecturum.quod ſi contrarium fecero,me pęnis relapſis ſeu impænitentibus de iure debitis ex nunc prout ex tunc totalirer

taliter ſubiicio. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſacroſancta dei euangelia.

Ego.N.qui ſupra ſcripſi propria manu ſupraſcriptam abiurationem, & promiſi vt ſupra, die tali, anno &c.

FORMA ſententiæ contra violenter ſuſpectum de hæreſi.

NOS Frater .N. Inquiſitor hæreticę prauitatis in tali diœceſi, vel ſtatu, ſeu prouincia a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus, attendentes, quod tu .N. filius .N. de tali loco talis diœceſis fuiſti nobis delatus, quod talia, talia, & talia dixeris, vel feceris (exprimantur ſingula) proceſſimus ad informandum nos ſuper illis vt iuſtitia ſuadebat, & ſic meritis proceſſus diligenter examinatis, & omnibus actis, actitatis in cauſa præſenti inuenimus te talia, & talia commiſiſſe. (exprimantur ſingula) ea propter, & non inmerito de tali hæreſi (exprimatur illa hæreſis) te violenter ſuſpectum habentes, de conſilio iuris vtriuſque, ac ſacræ theologiæ peritorum in hanc ſententiam deuenimus.

Chriſti igitur nomine inuocato. Nos .N. pro tribunali ſedentes more iudicum iudicantium ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, ſacroſanctis euangeliis coram nobis poſitis, vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam quam ferimus in his ſcriptis in cauſa & cauſis coram nobis, in officio ſanctiſſimę Inquiſitionis vertentem inter Magnificum D. N. procuratorem fiſcalem ex vna, & te .N. prædictum in pręſentia noſtra cōſtitutum hac die & hora tibi inantea aſſignatis reum conuentum, & proceſſatum de & ſuper hæreſis ſuſpicione, rebuſque aliis in actis cauſæ latius deductis, Pronūciamus, & ſententiamus, quod ex proceſſu contra te hactenus fabricato te de hæreſi violenter ſuſpectum inuenimus; & ideo tamquam de tali ſuſpectu (vt a nobis & aliis huiuſmodi ſuſpicio tollatur, & ſtatus tui cōditio omnino expurgetur)

indicimus tibi vt maledicas, deteſteris & abiures omnem hę reſim in genere, & præſertim talem hæreſim (quæ exprimatur) quæ ex verbis contra te obiectis, & vt dicitur, vel probatur (ſi de his legitime conſtat) a te prolatis, & factis concomitantibus (ſi aliquid notabile fecerit, vti excommunicationem per annum contumaciter ſuportando, vel ſimilia) reſultantem, & alias modo & forma tibi danda, in tali eccleſia vel loco. Qua deteſtatione, & maledictione, & abiuratoria ex purgatione facta, mandamus in primis, quod ſtatim induaris ſuper omnes veſtes tuas per tantum tẽpus (exprimatur vnus, duo, vel tres anni) habitello crocei coloris inſignito ante & a tergo crucibus rubeis, & quod cũ dicto habitello ſtes in porta talis eccleſiæ in talibus feſtiuitatibus, tali hora, per tantum tempus. teque ad carcerem perpetuum, vel ad tempus in loco a nobis tibi aſſignando condemnamus, a quo non exhibis niſi ad perficienda ea quę tibi a nobis ſunt impoſita vel erunt. imponenda. & pro ſalutari pænitẽtia tibi imponimus vt quotidie dicas tales & tot pſalmos vel orationes &c.) addãturq; ieiunia, vel eccleſiarum viſitationes ad arbitrium iudicis) Reſeruantes nobis ex certa ſcientia prædictæ pænitentiæ auctoritatem mitigandi, aggrauandi, mutandi, tollendi in toto & in parte, totiens quotiens nobis viſum fuerit expedire.

Ita pronunciamus, & ſententiamus Nos. N. Inquiſitor &c.

Qua lecta ſtatim mandabitur executioni, & reus ſtatim induatur habitello, & ſequatur abiuratio modo infraſcripto.

FORMA abiurationis violenter ſuſpecti.

EGO. N. filius. N. talis loci, talis diœceſis in iudicio perſonaliter conſtitutus corã vobis Reuerendo D.. N. Inquiſitore hæreticæ prauitatis in tali prouincia, vel diœceſi a ſancta Sede apoſtolica ſpecialiter delegatus, ſacroſanctis euangeliis coram me poſitis, eiſdemque manibus per me corporaliter tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſanctam fidem catholicam, & apoſtolicam quam Sancta Romana

Eccleſia

Eccleſia tenet, profiteor, credit, prædicat, atque docet. Et conſequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus eandem Sanctam Romanam Eccleſiam cuiuſcunque fuerit ſectæ, vel erroris.

Item iuro me credere corde, & ore confiteor, quod ſic, ſic & ſic (exprimatur articulus catholicus contrarius illi hæreſi de qua reus ipſe eſt ſuſpectus, deinde ſubdatur) & conſequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hæreſim, quæ falſo aſſerit quod (exprimatur hæreſis de cuius ſuſpicione laborat, & ſic ordinate abiurabit omnes hæreſes de quibus ſuſpectus violēter eſt habitus addendo(de qua vel de quibus me ſuſpectum violenter habetis.

Item iuro me nunquam prędictæ hæreſi, vel prædictis hæreſibus adhæſiſſe, nec adhæreo de præſenti, nec credidi, nec credo, licet propter culpam meam, & ex his quæ male egi, vobis, quod præfatis hæreſibus crediderim, & merito ſuſpectū me reddiderim.

Item iuro, & promitto, quod prędictam hæreſim, vel prædictas hæreſes nunquam dogmatizabo, nec prædicabo, nec docebo. Imo ſi aliquem audiero, vel ſciuero illa vel aliis hęreſibus eſſe infectum, ipſas tenere ſeu docere, quod vobis Dominis Epiſcopo, vel Inquiſitori, ſeu veſtris vicariis, ſeu alteri ipſorum, vel ſucceſſoribus veſtris citius quam potero commode denunciabo.

Item iuro, & promitto quod talia, & talia (exprimantur illa) quę egi ſeu dixi, propter quæ ex culpa mea ſuſpectum de hæreſi violenter me habetis, deinceps nunq̄ faciā, ſeu dicam.

Item iuro, & promitto, quod omnem pænitentiam quæ mihi iniuncta eſt vel iniungetur pro prędictis culpis meis, implebo pro viribus, nec contraueniam in aliquo. Sic me Deus adiuuet, & iſta ſacroſancta euangelia. Quod ſi contra abiurata, vel iurata fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis relapſis de iure debitis nunc pro tunc me obligo, & aſtringo (quatenus illis feriar) cū legitime cōſtiterit me cōtraueniſſe.

Prædicta abiuratio fiat alte, & in vulgari, vt ab omnibus

 intelli-

intelligatur, niſi facta fuerit coram perſonis eccleſiaſticis tan tum,& ipſe abiurans latine competenter intelligat.

Sit cautus Notarius ſcribere in actis, quod dicta abiuratio eſt facta per talem, tamquam per habitum de hæreſi violenter ſuſpectum, vt ſi in futurum probaretur abiurans recidiuiſſe, iudicaretur vt talis, & traderetur brachio ſeculari.

Quibus actis Inquiſitor abſoluat reum a ſententia excommunicationis. Quia ſicut hęreticus cũ redit ad gremium eccleſiæ,& abiurat hæreſes, eſt a ſententia excommunicationis abſoluendus, ſic talis cum ſit tamquam hæreticus condemnãdus, poſt ſuam abiurationem debet a ſententia excommunicationis abſolui, vt infra.

Nam primo dicetur pſalmus, Deus miſereatur noſtri. vel alius pſalmus, reum percutiendo cum virga, quo finito cum gloria patri, &c. addetur, kyrieleiſon, Chriſteeleiſon, kyrieeleiſon. Pater noſter.& ne nos inducas. Saluum fac ſeruum tuum. Deus meus ſperantem in te. Dominus vobiſcum. & cum ſpiritu tuo. Oremus.

Prętende Domine famulo tuo dexteram cæleſtis auxilii, vt te toto corde perquirat, & quæ digne poſtulat aſſequatur per Chriſtum Dominum Noſtrum. Amen. Oremus.

Præſta quæſumus domine huic famulo tuo dignum pænitentiæ fructum, vt eccleſiæ tuę ſanctę, a cuius integritate fidei deuiauerat delinquendo, dono tuæ gratię reformetur, Per Chriſtum Dnminum Noſtrum. Amen.

Ego auctoritate apoſtolica qua fungor in hac parte, abſoluo te a ſententia excommunicationis maioris, qua fueras innodatus pro eo quod talia, & talia feciſti (exprimantur) propter quæ merito habitus fuiſti ſuſpectus violenter de hæreſi,& reſtituo te ſacroſanctis eccleſiæ ſacramentis. In nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Amen.

Et ſi fuiſſet citatus de fide reſponſurus ſub excõmunicationis pœna, ac cõparere per annum contumaciter renuiſſet,& propter hoc ſuſpectus violenter de hæreſi, ab excommunicatione tali in ſpeciali abſoluatur hoc modo. Et ego auctoritate

tate

tate apoſtolica qua fungor in hac parte abſoluo te a vinculo excommunicationis maioris qua per me (ſi Inquiſitor illum excommunicauit) vel per .N. (ſi alius illum excommunicauit) fueras innodatus, pro eo quod citatus legitime reſponſurus de fide renueris contumaciter comparere, & reſtituo te ſacroſanctis ſacramentis eccleſiæ &c.

FORMA ferendæ ſententiæ, ſeu iniungendi pęnitentiam, ei qui propria confeſſione deprehenſus eſt in hæreſim incidiſſe, & pęnitet, nec eſt relapſus.

NOS Frater .N. Inquiſitor in tali prouincia, ſeu diœceſi a ſancta ſede apoſtolica contra hæreticam prauitatem ſpecialiter delegatus, attendentes, quod tu .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis fuiſti nobis fama publica referente, ac fide dignorum inſinuatione delatus de hæretica prauitate, & quod illa infectus fueras in magnum animæ tuę detrimentū. Nos quibus incumbit ex officio nobis collato ſanctam fidem catholicam in cordibus hominum complantare, ac prauitatem hæreticam ex eorum mentibus extirpare, volentes vt tenebamur, ac tenemur, in & ſuper his certius informari, & videre ſi clamor qui ad aures noſtras peruenerat veritate aliqua fulciretur, deſcendimus ad inquirendum, teſtes examinādum, & finaliter te vocandum, vel capiendum (ſi captus fuerit) & in & ſuper cōtra te denunciatis te interrogandum medio iuramento, & peragendo omnia, & ſingula quæ per nos erant fienda iuſtitia exigente, ac vt nobis mandant canonicæ ſanctiones, vſque ad rigoroſum examen etiam procedendo inuenimus te propria confeſſione in iudicio per nos medio iuramento recepta, in multiplici hæretica prauitate deprehenſum. Nam inuenimus te per tot annos (exprimantur) credidiſſe corde, & re confirmaſſe ſępe ac ſępius tales, & tales hęreſes (exprimantur omnes hæreſes in quibus incidit, & etiam explicentur omnia quę contra illum legitime ſunt pro-

bata, & poſtmodum ſequatur) verumtamen cum miſericors & miſerator Dominus nonnullas prolabi in hæreſes, & errores aliquando permittat, non ſolum vt catholici in ſacris eloquiis exerceantur, verum etiam vt ſic lapſi humiliores fiant, & reddantur, ac in pęnitentię operibus exerceantur, eiuſdem igitur proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, de vtriuſque iuris atque ſacræ theologiæ Doctorum conſilio cauſam tuam concludere, declarare, ac ſententiare modo infraſcripto decreuimus.

Chriſti igitur, ac beatiſſimæ virginis nomine inuocato. Nos .N. Inquiſitor .N. cum interuentu Reuerendiſs.N. Epi, vel .N. eius Vicarii in cauſa, & cauſis vertentibus in ſancto officio inter magnificum .N. procuratorem fiſcalem ex vna, & te .N. filium .N. de tali loco, talis diœceſis ex altera reum proceſſatum, & confeſſum, vel conuictum (ſi teſtium dictis fuerit conuictus) hic in prçſentia noſtra conſtitutum hodie, pro die & termino tibi a nobis aſſignato, pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus te .N. fuiſſe hæreticum, & propter hoc fuiſſe incurſum in omnes cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas tam a ſacris canonibus, & conſtitutionibus, quam a cæteris iuribus contra tales delinquentes impoſitas. Sed quia de commiſſis humiliter veniam, & miſericordiam petiſti, dicēdo te præparatum, ac optime diſpoſitum ad abiurādum omnes quas tenuiſti, & alias quaſcunque hæreſes, & errores cō tra fidem catholicam exiſtentes, & aſſerendo te infuturum catholicę, & ſecundum Sanctæ Romanę Eccleſiæ orthodoxę inſtituta velle viuere, ordinamus, quod ad gremium ipſius Sanctę Romanę Eccleſię admittaris, abſolutus primum a cenſuris eccleſiaſticis per te incurſis, dummodo corde ſincero, & fide nō ficta abiures, maledicas, & deteſteris præfatas quas tenuiſti, & credidiſti, & quaſcunque alias hęreſes, modo & forma tibi tradita ſeu tradenda, vbi, & quando nobis placuerit, veſtitus habitello crocei coloris inſignito crucibus rubeis ante, & retro quam portabis ſuper omnes veſtes in recunciliationis, & pænitentiæ ſignum.

Et vt

Et vt peccata tua impunita omnino non remaneant,& alii tuo exemplo diſcant tales hęreſes vitare,miſericorditer tecũ agendo te condemnamus ad carcerem perpetuum, in loco a nobis tibi aſſignando a quo exire ſine noſtra in ſcriptis habita licentia non audebis,niſi ad infraſcripta peragenda.in quo quidem carcere per tantum tempus ieiunabis qualibet ſexta feria,in qua quidẽ die dices ſeptẽ pſalmos pænitentiales ante imaginem Crucifixi,& ter in ebdomada dices. Item dices. Item facies tales eleemoſynas.

Item per tot ſolennitates habitello veſtitus ſtabis in valuis talis eccleſiæ,tali hora.

Item quater in anno ſcilicet in tali, tali, tali, & tali ſolemnitate ſumes præuia ſacramentali confeſſione ſacratiſſimam Euchariſtiam.

Reſeruantes tamen nobis auctoritatem in parte, & in toto mitigandi, moderandi, commutandi prædictas pœnas,ſecundum quod nobis tibi expedire videbitur,& ex miſericordia tibi etiam remittentes confiſcationem omnium bonorum tuorum.

Ita pronunciamus, & ſententiamus nos .N. Inquiſitor.N. Et .N. vicarius Epiſcopalis.

A L I A forma.

N O S .N. &c. ex depoſitionibus nonnullorum in ſancto officio factis notitiam habentes,quod tu .N. de tali loco, &c. feceris vel dixeris talia, & talia,per miniſtros ſancti officii captus,& carceratus fuiſti,tandem examinatus vix in rigoroſo examine infraſcriptas hæreſes confeſſus es, videlicet.

Quod non habemus liberum arbitrium niſi ad malum, quod.quod.quod.

Quod tenuiſti, & legiſti libros prohibitos, & hæreſes cõtinentes &c.

In quibus erroribus perſeueraſti, per tot annos animo indurato.

Quibus

Quibus hæreſibus,& erroribus vna cum proceſſu optime conſideratis,de conſilio vtriuſque iuris ac ſacræ theologię peritorum ad cauſæ tuæ expeditionem venire decreuimus.

Chriſti igitur, ac beatiſſimæ virginis eius matris nomine inuocato nomine, Nos .N. Inquiſitor, &c. cum interuentu R. D. N. Vicarii Epiſcopalis in cauſa,& cauſis vertentibus in ſancto officio inter Magnificum D. N. procu[illegible]rem fiſcalẽ ex vna,& te.N. de tali loco, hic in præſentia noſtra reum, & hac die & hora tibi pro termino aſſignatis conſtitutum proceſſatum, & confeſſum,atque culpabilem inuentum,pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, quod tu .N. fuiſti hæreticus: quapropter in omnes cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas a ſanctis canonibus, & conſtitutionibus tam generalibus quam particularibus ſimilibus facinoroſis impoſitas, & ſpecialiter in priuationem omnium graduum,officiorum, & beneficiorum de quibus ex nunc per præſentes te priuamus, & ad ea reaſſumenda inhabilem in futurum te reddimus, & facimus.

Sed quia dixiſti, quod te pęnitet incidiſſe in præfatas hæreſęs, & veniam,ac miſericordiam poſtulaſti,dicens te velle & viuere,& mori in gremio ſanctę matris eccleſię catholicæ Romanę,ordinamus,quod abſoluaris a cenſuris eccleſiaſticis in quas incurriſti, & recipiaris in gremium ipſius ſanctæ matris eccleſiæ Romanæ orthodoxæ, dummodo corde ſincero, & fide non ficta abiures, maledicas, & deteſteris ſupradictas, & quaſcunque alias hæreſes modo, & forma tibi aſſignata ſiue aſſignanda, & in loco ſiue locis tibi a nobis deputandis, veſtitus tamẽ habitello coloris crocei inſignito cruce rubea ante, & retro,quem portabis ſuper ceteras veſtes in reconciliationis, & pænitentiæ ſignum.

Et vt delicta tua totaliter impunita non remaneant, volumus, vt recludaris in carcere perpetuo in loco tibi a nobis aſſignando,vbi peccata tua deflere poſſis: a quo quidem carcere ſine noſtra licentia in ſcriptis non exhibis, niſi ad infraſcripta perficienda.

Et

Et pro ſalutari pænitẽtia ordinamus,quod per annos &c. ieiunes ſexta feria, & dicas ſeptem pſalmos pænitentiales, cum ſuis orationibus. Item, item, item.

Et quod ſemel in quolibet menſe te præſentare debeas nobis,vel vicario noſtro. Reſeruantes nobis in totum,& in partem facultatem mitigandi, moderandi, vel commutandi ſupradictas pœnas ad arbitrium noſtrũ, & per ſingularem gratiam, & ex miſericordia remittimus tibi confiſcationem bonorum tuorum.

Ita pronunciamus, & ſententiamus Nos .N. Inquiſitor.

FORMA abiurandi omnem hęreſim per illum, qui propria confeſſione eſt deprehenſus, & pęnitet ipſum.

EGO .N. de tali loco,talis diœceſis in iudicio poſitus perſonaliter coram vobis Reuerendo .N. Inquiſitore in tali diœceſi a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegato, & .N. vicario epiſcopali ſacroſanctis euangeliis coram me poſitis, eiſque propriis manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſanctam fidem catholicam,quam Romana Eccleſia credit, profitetur, & prædicat atque obſeruat: & conſequenter abiuro, reuoco, deteſtor, & abnego omnem hæreſim cuiuſcunque ſit conditionis,& ſectæ, & profiteor ore quod ſic, & ſic (exprimatur articulus catholicus contrarius illi hæreſi in qua ipſe confeſſus eſt ſe incidiſſe, & deinde ſubiungat) & conſequenter abiuro, abnego, deteſtor, & reuoco illam hæreſim damnatam per ſanctam eccleſiam quæ falſo, & mendaciter aſſeuerat, &c. in quam ego miſer incidi eamque tenui per tot annos, & illi credidi, ac illam docui, ac defenſaui, cuius rei me pęnitet toto corde. Et ſi in plures hæreſes ſe incidiſſe confeſſus eſt,abiurabit quãlibet ſingilatim modo ſupradicto.

Item iuro pariter, & promitto, quod deinceps nullam hęreſim tenebo,credam, nec adhærebo alicui, nec dogmatizabo, nec

bo, nec docebò, nec inſtruam quemquam de aliqua hæreſi, nec libros hæreſes continentes legam,nec tenebo. imo ſi ſciuero aliquos de hæreſi ſuſpectos, aut libros prohibitos habẽtes, vel aliquem docere ſeu dogmatizare tales vel qualeſcunque hæreſes, quod citius quam potero commode vobis, vel alteri veſtrum, aut veſtris vicariis pro tempore ſiue veſtris ſucceſſoribus denunciabo, & intimabo.

Item iuro, & promitto, quod pænitentiam per vos mihi & iniunctam, & iniungendam pro prædictis culpis meis non refutabo,nec cõtraueniã in aliquo,ſed ꝓ viribus adimplebo.

Item iuro pariter, & promitto, quod non fugiam,nec me abſentabo niſi de veſtrum licentia, & aſſenſu, imo iuro,& ꝓmitto, quod quandocunque, & quandocunq; requiſitus fuero per vos ſeu per veſtros vicarios, ac ſucceſſores veſtros aut eorum vicarios, vel illorum nomine, & mandato, quod citius quo commode potero me ꝑſonaliter præſentabo. quod ſi contra prædicta iurata, & abiurata, ſeu eorum aliquid (ꝙ Deus auertat) fecero,protinus haberi volo pro relapſo,& pœnis relapſis de iure debitis me nunc pro tunc obligo,& aſtringo quatenus illis plectar, ſi & quando probatum legitime cõſtiterit in iudicio, ſeu me confeſſum nunc iurata,& abiurata aliqua me commiſiſſe. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

ALIA forma abiurationis formalis.

EGO .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis conſtitutus in iudicio coram vobis.N. Inquiſitore talis diœceſis,cũ crediderim infraſcriptas hæreſes videlicet, quod in eccleſia, quod in ſacramento altaris.

Item. Item (explicentur ſingula deinde ſequatur) in quibus hæreſibus perſeueraui per tot annos,illas,& omnes alias hæreſes abiuro maledico, & deteſtor, & promitto,ac iuro ꝙ in futurum tenebo, & credam prout nunc teneo, & credo omne ꝙ tenet, & credit ſancta. & catholica mater eccleſiá

Romana,

Romana , & promitto quod quicquid pro pænitentia mihi iniunctum fuerit perficiam , & implebo, & ſi aliter fecero, q̃ iuridice, ac legitime probari,& conſtare poſſit,pœnis a iure, & ſacris canonibus , & conſtitutionibus relapſis merito taxa tis,ex nunc prout,ex tunc me ſubiicio,& ſubmitto,& ita pro mitto.Sic me Deus adiuuet,& hęc ſacroſãcta Dei euãgelia .

Sit autem circumſpectus notarius , quod ſcribat in actis p̃ dictum reum abiuraſſe tamquam deprehenſum in hæreſim propria confeſſione , vt ſi relabatur pœna relapſis debita poſ ſit puniri . quo facto ſequatur abſolutio modo infraſcripto.

Pſalmus. Deus miſereatur noſtri , vel alius pſalmus, cum Gloria patri &c.Kyriel. Chriſtel. Kyriel.Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos.Dominus vobiſcum.Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Prętende domine famulo tuo dexteram cęleſtis auxilii,vt te toto corde perquirat,& quæ digne poſtulat aſſequi merea tur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Oremus .

Præſta quæſumus domine famulo tuo dignum pęnitentię fructum, vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ,a cuius integritate deuiauerat in hæreſim incidendo,dono tuæ gratiæ reformetur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Et ego auctoritate apoſtolica qua fungor in hac parte,abſoluo te a ſententia excommunicationis maioris , qua fuiſti innodatus, pro eo, quia in damnatam hæreſim credendo incidiſti,et reſtituo te ſacroſanctis Eccleſiæ ſacramentis.In nomine Patris,et Filii, Spiritus ſancti. Amen.

FORMA ſententiæ contra eum qui de relapſu eſt denuntiatus , et multum indiciatus, nihil tamen contra illum legitime , ac perfecte probatum inuenitur.

CHRISTI nomine inuocato. Nos .N. Inquiſitor &c. pro tribunali ſedentes , et ſolum Deum præ oculis habentes

per hanc noſtram ſententiam,quam de iuriſperitorum conſi lio interloquimur in ſcriptis in cauſa,& cauſis vertentibus co ram nobis inter Magnificum Dominum .N. procuratorem fiſcalē ſancti officii ex vna parte, & te .N.filiū .N. &c.hic in pſentia noſtra conſtitutum reum Inquiſitum , & examinatum de & ſuper relapſu in hęreſim , ac impænitentia a tempore , & poſtquam in gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ, alias admiſ ſus fuiſti, rebuſq; aliis in actis cauſæ & cauſarū huiuſmodi latius deductis ex altera , Auditis conſultorū noſtrorū votis in fraſcriptā tamquā diſcretam , atque ſalutarem pænitentiam antiquis mandatis tibi factis adiungere, ſeu iniungere decre uimus . idq; pie fecimus , vt tutius in futurum deliberare valeamus,an tu .N. ſupradictus in luce,vel in tenebris ambules, & vtrum ſis vere pęnitens,an ficte conuerſus.Decernimus er go,& iniungimus tibi .N.de relapſu hactenus ſuſpecto,vt in carcere clauſo , per nos tibi deputando , remanere debeas , ibidem vitam tuam in fletu , & lachrymis peracturus donec per nos aliter fuerit diffinitum , iniungimus etiam tibi , & mandamus,quod &c. Item &c.

FORMA ſententiæ contra confeſſum , & pęnitentem, ſed relapſum.

NOS N. ſacræ theologiæ profeſſor Inquiſitor hæreticę prauitatis,in tali diœceſi, ſeu prouincia a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus , attendentes legitime informati quod tu .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis fuiſti coram nobis (ſi ita fuerit) ſeu coram tali Inquiſitore , vel Epiſcopo , delatus de hæretica prauitate, ſeu de talibus (explicentur articuli in quibus legitime fuit compertum , quod confeſſione propria fuit deprehenſus, ac etiam teſtibus conuictus,& quod in illis perſeuerauerit a tanto tempore animo indurato)ſed poſtmo dum adhęrens (vt videbatur)conſilio ſaniori illas hæreſes in tali loco, in manibus talis Inquiſitoris , ſeu Epiſcopi publice abiuraſti, abnegaſti,& reuocaſti,in forma eccleſiæ conſueta,

propter

propter quod prædictus Inquiſitor,ſiue Epiſcopus credens te veraciter conuerſum ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, te ab excõmunicationis pœna qua aſtrictus tenebaris abſoluit, ſi tamen de corde vero, & fide non ficta reuerſus eſſes, & ad ipſius ſanctæ matris eccleſiæ vnitatẽ te reduxiſſe putans, iniũxit tibi pænitentiam ſalutarem. verum poſt tot annorũ curricula iterum delatus nobis fuiſti quod iterum incideris in tales, tales, & tales iam per te abiuratas hæreſes (explicentur) Id cum audiſſemus, deſcendimus ad inquirendum, ac teſtes examinandum,ac te etiam capiendum, & examinandum,reperimusque tam per teſtes, quam per propriam confeſſionẽ tuam iudicialiter receptam, quod in abiuratas hæreſes reincideris. Nam reperimus quod talia, talia, & talia dixiſti, & feciſti(exprimantur)propter quæ merito te habemus pro relapſo iuxta canonica inſtituta. Sed quia ad informationem ꝓ. borum virorum diuina gratia inſpirante (vt dicis) es reuerſus ad gremium eiuſdem matris eccleſiæ,admiſimus te ad recipienda pænitentiæ ſacramenta.Nunc autem volentes cauſę tuæ finem imponere, ad diffinitiuam ſententiam deſcẽdimus modo infraſcripto.

Chriſti igitur, & beatæ virginis inuocato nomine, Nos .N. Inquiſitor qui ſupra, cum interuentu Reuerendiſſimi .N. Epiſcopi.N.ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantiũ ſacroſanctis euãgeliis coram nobis poſitis,vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem, habentes præ oculis ſolum Deum, & ſanctæ fidei vnitatem, Doctorum vtriuſque iuris, & ſacræ theologiæ præhabito cõſilio in cauſa, & cauſis verteñ. in ſancto officio inter Magnificũ. D. N. procuratorẽ fiſcalẽ ex vna, & te .N. de tali loco hic in præſentia noſtra conſtitutũ, reũ proceſſatũ die & hora tibi ad audiendam diffinitiuam ſententiam in antea aſſignatis parte ex altera ſentẽtialiter iudicamus te eſſe veraciter relapſum in hæreticã prauitatẽ licet pænitentem, & ſic vt realiter relapſum in hæreſim de foro noſtro eccleſiaſtico te prohicimus, & relinquimus brachio ſeculari,rogantes tamen effica-

citer dictæ curiæ ſecularis miniſtros,quatenus circa te,citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſuam ſententiam moderari dignentur.

Ita pronunciamus, & ſententiamus Nos .N. Inquiſitor, qui ſupra.

Et quia cum tradendus brachio ſeculari in ſacris inuenitur, debet prius degradari,optimum erit etiam degradationis formam ſubiungere.

FORMA degradationis formalis.

QVANDO clericus a ſuis ordinibus eſt degradandus, Epiſcopus conuocat prælatos, & religioſos viros ſuæ diœceſis, quoniam licet ad talem actum degradationis olim requirerentur plures Epiſcopi, nunc tamen ſolus Epiſcopus cum prælatis, & aliis ſuæ diœceſis peritis, & religioſis poteſt reũ in ſacris ordinibus conſtitutum quando brachio ſeculari tradendus eſt,degradare, vel etiã quãdo eſt perpetuo immurandus. Adueniente autem die reo aſſignata ad audiendam diffinitiuam ſententiã ſuam qua brachio ſeculari tradendus eſt, Epiſcopus in pontificalibus indutus cum prælatis ſuæ diœceſis eidem aſſiſtẽtibus, degradandum ſacris veſtibus indutum ac ſi in ſuo ordine ſeruire, ac miniſtrare vellet, coram ſe ſiſtere faciet,ac ſic illũ degradabit.Incipiet enim a ſuperiori ordine, & gradatim vſque ad infernum deſcendendo. & ſicut conferendo ordinem Epiſcopus vtitur verbis ad hoc per eccleſiam ordinatis, ita degradando in qualibet depoſitione & caſulæ, & ſtollæ, & ſic de aliis poterit vti verbis aliquibus cõtrariis primis. Vide in pontificali. Degradatione finita legetur ſententia ſuperius poſita.

FORMA degradationis verbalis.

NOS .N. miſeratione diuina Epiſcopus .N. attendentes quòd tu .N. filius .N. de tali loco,talis diœceſis in ſacris ordinibus

nibus cõſtitutus(exprimatur ordo)vel talis religionis obum bratione fuſcatus (exprimatur religio) tuis demeritis exigen tibus es per nos,& Reuerendum Inquiſitorem hęreticæ pra uitatis impęnitens, hæreticus iudicandus, & vt talis per ſen-tentiam noſtram relinquendus brachio ſeculari, ea propter iuſtitia exigente,& vt nobis mandant canonicæ ſanctiones, ſententiam depoſitionis,ac degradationis in & contra te feri mus ĩ his ſcriptis,te ab omni officio ſacerdotali,& iuridictio nibus, & prædicatione,& confeſſionũ audientia deponẽtes.
Ita pronunciamus,& ſententiamus Nos.N.Epiſcopus &c.

FORMA ſententiæ contra impęnitentem,& relapſum.

NOS.N.Inquiſitor hæreticæ prauitatis in tali diœceſi,vel prouincia a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus, attendentes ꝙ tu .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis fuiſti nobis,vel .N. &.N.ꝑdeceſſoribus noſtris, vel tali Inquiſitori, vel Epiſcopo delatus de multiplici hæretica prauitate (expri mantur articuli) in quibus eſt legitime repertum ꝙ fuiſti, & confeſſione propria iudicialiter,& fide dignis teſtibus deprehenſus,& quòd in illis perſtiteris tanto tempore (explicetur tempus) animo indurato, ſed ꝙ poſt ſano vſus conſilio illas hæreſes publice obiuraſti in tali loco in forma eccleſiæ cõſue ta,propter quæ prædicti Inquiſitor,& Epiſcopus credentes te veraciter reſiliſſe ab hæreſibus antedictis,tibi abſolutionis be neficium impertierunt, abſoluentes te ab excõmunicationis ſententia qua aſtrictus in antea tenebaris, ſi tamen corde vę ro,& fide non ficta conuerſus exiſteres,tibiq́; ſalutarem pęni tentiam iniungentes ad miſericordiam receperunt:verũ poſt oĩa antedicta fuiſti nobis delatus quòd iterũ incideris in dam natas hæreſes per te publice in antea abiuratas, ſeu talia, & talia,commiſiſti contra prælibatam abiurationem in tuę animę perditionem.quod audientes iuſtitia nos cogente deſcen dimus ad inquirendum,teſtes examinãdum,teq́; vocandum, & interrogandum,eaq́; faciendum quæ per nos fienda erant

ſecundum

ſecundum canonica inſtituta,in quibus legitime cõperimus, tàm per teſtes fide dignos, quàm per tuam confeſſionem plu ries per nos iudicialiter receptam, te incidiſſe, ac rediiſſe in hæreſes abiuratas. Nam reperimus ꝙ talia, & talia dixiſti. (exprimãtur)propter quæ & merito te ꝓ relapſo habemus, Et cũ noſtris præcordiis cuperemus, prout & nunc cupimus te ad ſanctę Matris Eccleſię vnitatem reducere,ac a tuis viſce ribus præfatam hæreſim eneruare, conatus noſtros exercuimus ad te ſalubriter conuertendũ,modos congruos & varios adhibenres: ſed tu in reprobum ſenſum datus pariter, & ſeductus,prælegiſti & hic potius temporalibus, & poſt mortẽ perpetuis ignibus torqueri,quàm cõſilio ſaniori adhærendo ad gremium, & miſericordiam ſanctæ matris Eccleſiæ aduolare.Qua propter cum nihil amplius tecum habeamus quod ſperemus,in infraſcriptam ſententiam deuenimus.

Chriſti igitur, ac beatæ Mariæ ſemper virginis nomine in uocato, Nos.N. Inquiſitor &c.cum interuentu Reuerendiſs. D. N. Epiſcopi, vel vicarii ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium ſacroſanctis euãgeliis coram nobis poſitis, vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem,habentes prę oculis ſolum Deum,& ſanctæ fidei vnitatem, in cauſa & cauſis vertentibus inter Magnificum D. N. procuratorem fiſcalem ex vna parte, & te .N. de tali loco hic in præſentia noſtra conſtitutum reum proceſſatum, & confeſſum, & conuictum hac die, & hora pro termino ad audiendam diffinitiuam ſententiam in antea tibi aſſignatis ex altera,habito prius,ac pluries repetito cum vtriuſq; iuris, ac ſacræ theologiæ profeſſoribus conſilio,ſententialiter iudicamus te eſſe veraciter relapſum in hæreticã prauitatem & impænitentem, & ſic vt realiter relapſum, & impænitentẽ de foro noſtro eccleſiaſtico te proijcimus,& relinquimus bra chio ſeculari debita animaduerſione puniendum. Rogamus tñ prętatę curię miniſtros,vt circa te citra ſanguinis effuſionẽ ac mortis periculum ſuam ſententiam moderari dignentur. Ita pronunciamus,& iudicamus,Nos Fr.N. Inquiſitor &c.

FORMA

FORMA ſententię contra falſos teſtes,ſeu falſum deponentes.

NOS .N. Inquiſitor, &c. (nam in tali caſu ſolus Inquiſitor poteſt procedere) attendentes, quod in examinibus per nos his diebus contra .N. filium .N. de tali loco factis inuenimus te dixiſſe, & medio iuramento affirmaſſe te audiuiſſe talem dixiſſe, vel feciſſe talia, & talia (exprimantur illa) quod non eſt verum vtpatet per tuam confeſſionem,licet poſt multas varietates, & vacillationes, tam in tortura, quam extra illam factas, de quibus omnibus veniam, & miſericordiam, ſimul & pænitentiam, ac remiſſionem a nobis humiliter petiſti, Nos autem attendentes, & ſcientes præmiſſa vera eſſe, Chriſti inuocato nomine ſedentes pro tribunali more iudicũ iudicantium &c. in cauſa vertente in officio ſanctæ Inquiſitionis inter Magnificum. D. N. procuratorem fiſcalem ex vna, & te .N. ſupradictum hic in noſtra præſentia conſtitutum reũ & proceſſatum,cõfeſſatum,ac conuictum parte ex altera,hac die & hora pro termino ad audiẽdam diffinitiuam ſententiã inantea tibi aſſignatis ſententialiter iudicamus, denunciamus, & ſententiamus te .N. &c. hic in noſtra præſentia conſtitutum,iam examinatum contra .N.falſum teſtimonium dixiſſe,alioſque ad id faciendum induxiſſe.propter quod tamq̃ falſus teſtis debeas puniri declaramus, & volumus ꝙ per totã vrbem in locis videlicet conſuetis fuſtigeris primum,mox ad triremes, vt pro remigante ibi deſeruias, ſtatim ducaris.

Ita pronunciamus, ac ſententiamus,Nos Frater .N. Inquiſitor &c.

ALIA forma.

CHRISTI nomine inuocato. Nos .N. Inquiſitor, &c. viſo proceſſu de te, ſiue contra te per nos facto, viſiſq́; videndis,quibus animus noſter, & cuiuslibet iudicis merito potuit informari,

informari,certiores facti quòd tu.N.de tali loco hic in pſentia noſtra conſtitutus veritatem,quæ ſolà in negotio fidei quæri tur,denegaſti,& falſitatem cum iuramento iudicialiter,ac legitime contra .N. pluries affirmaſti,ſinceritatemq; ſancti offi cii corrumpere voluiſti, ac nos iudices in præiudicium fidei orthodoxæ deluſiſti,ea propter ne tàm graue crimen remaneat impunitum,& vt tui pœna cęteris tranſeat in exemplū, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, in cauſa & cauſis vertentibus in noſtro officio inter Magnificū D.N. Procuratorē fiſcalē ex vna parte,& te.N.ſupradictū teſtē,vel teſtes (ſi plures fuerint) falſum,& falſariū inuentū, ex altera, pronunciamus,ſententiamus,& declaramus te.N.ſupradictū contra .N. de hæreſi accuſatum falſum teſtimonium dixiſſe, ſicut patet in tuis confeſſionibus.Propter hoc te condemnamus,& ſententiamus, vt ea die qua nobis expedire iudicatū fuerit,in tali & tàli loco vrbis fuſtigeris,debeas deinde ad triremes ductus in eis per decennium pro remige deſeruire.

Ita pronuntiamus,ac ſententiamus nos .N. Inquiſitor &c.

FORMA. tradendi,ſeu relinquendi brachio ſeculari hęreticum impęnitentem,fidem tamen catholicam profitentem.

NOS .N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis in tali diœceſi, vel prouincia a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus, cum interuentu Reuerēdiſſimi D. N. Epiſcopi talis diœceſis vel Vicarii &c. Attendentes ꝙ tu .N. de tali loco,talis diœceſis fuiſti nobis delatus de tali, ac tali hæretica prauitate (exprimantur) & vellemus certiorari,an ea quæ de,& contra te nobis dicta fuerant,veritate aliqua fulcirentur,deſcendimus ad nos informandum,teſtes examinando,ac eos medio iuramento ſępius interrogando,eaq; & ſingula faciendo quæ per nos ſecundum canonica inſtituta erant facienda. Verum cū vellemus præſens tuum negotiū fine debito terminare,viſis, ac de vtrius iuris, & ſacræ theologiæ Doctorum iudicio diligenter

genter diſcuſſis proceſſus meritis, & omnibus, ac ſingulis in pręſenti cauſa productis,actis,& agitatis ęqua lance libratis, reperimus contra te probatum legitime ꝙ fuiſti tanto tempore (exprimatur tempus) infectus hæretica prauitate. nam reperimus, ꝙ feciſti,& dixiſti talia,& talia (exprimãtur illa) ex quibus apparet manifeſte,quòd es legitime deprehẽſus in prædictam labem hæreticam incidiſſe . ſane cum cuperemus prout & adhuc cupimus,te veritatem fatendo reſilire ab hæreſibus prædictis,& reduci ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ,& ſanctæ fidei vnitatem,vt ſic & animę , & corporis euaderes mortem, tàm per nos quàm per alios noſtram exercentes diligentiam , ac te per longa tempora expectantes , tu in reprobum ſenſum datus cõtempſiſti aquieſcere ſaniori conſilio,imo perſtitiſti,& perſiſtis in negatiua pertinaciter,& contumaciter animo indurato. Verum cũ Eccleſia Dei tãto tempore te expectauerit, quatenus reſilires recognoſcendo propriam tuam culpam , & nolueris , neque velis,& non habeat vltra quid tibi faciat gratię,ac mercedis,vt ſis cęteris in exemplum,& ne talia facinora remaneant impunita, ad infraſcriptam ſententiam deuenire decreuimus.

Nos .N. Inquiſitor &c. cum interuẽtu Reuerendiſsimi .N. Epiſcopi,vel Vicarii,&c.Inuocato nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,ac glorioſæ eius matris,& virginis Marię,ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium ſacroſanctis Euangeliis coram nobis poſitis,vt de vultu Dei noſtrum prodeat iudicium,& oculi noſtri videant æquitatem,in cauſa,& cauſis in officio noſtro vertentibus inter Magnificum Dominum .N. Procuratorem fiſcalem ex vna parte , & te .N. in noſtra pręſentia conſtitutum hac die,& hora,ac loco tibi ad audiendam diffinitiuam ſententiam aſſignatis, ex altera,habito prius,& pluries cum vtriuſque iuris,ac ſacræ theologiæ Doctoribus, ac bene digeſto conſilio,diffinimus per hanc noſtram ſententiam in ſcriptis redactam, ac prolatam,declaramus, ac ſententiamus te.N.de tali loco eſſe hæreticum impęnitentẽ, & tradendũ,ſeu relinquendum, vt talem brachio ſeculari, &

per hanc noſtram ſententiam tamquam vere hęreticum pertinacem,& impęnitentem a foro Eccleſiaſtico te proiicimus & tradimus, ſeu relinquimus brachio ſeculari, ac poteſtati curiæ ſecularis. eandem curiam ſecularem efficaciter deprecantes,quatenus circa te citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſuam ſententiam moderentur.

Ita pronunciamus, ac ſententiamus nos .N. Inquiſitor qui ſupra &c.

FORMA ſententiæ contra hæreticum fugitiuum contumacem, & congruo tempore expectatum.

NOS .N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis in tali diœceſi,vel prouincia a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus cum tu .N. filius .N. de tali loco, talis diœceſis incideris in damnatas hæreſes, illas manifeſte ac publice in tali eccleſia p̄dicādo,ſeu taliter (exprimatur ꝓut fuit) ſeu fueris per teſtes legitimos conuictus de hæretica prauitate,ſiue deprehenſus propria confeſſione in iudicio per nos recepto, & poſt fugeris,medicinam refutans ſalutarem,citauerimus te,vt de & ſuper his coram nobis manifeſtius reſponderes;tuq; ductus maligno ſpiritu pariter,& ſeductus renueris comparere, excommunicauimus te,ac excommunicatum te fecimus publicari, in qua ſtetiſti per annum,ſeu per tot annos animo pertinaci latitans, & fugiens hinc,& inde,ita quòd nunc quo te duxerit malignus ſpiritus ignoramus. Et cum te expectauerimus miſericorditer,& benigne,vt reuertereris ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, & ad ſanctæ fidei vnitatem,tu in reprobum ſenſum datus comparere contempſiſti, ſane cum vellemus cauſam tuam fine debito terminare, ne videamur tàm nefanda crimina conniuentibus oculis pertranſire, de multorum in vtroque iure, ac ſacra theologia peritorum conſilio,& aſſenſu, cum interuētu reuerendiſs.N.Epi,vel Vicarii Epiſcopalis ad infraſcriptam ſententiam deuenimus.

Chriſti

Chriſti igitur, ac beatæ Virginis eius matris nomine inuocato nos.N. Inquiſitor qui ſupra iudex in cauſa fidei ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, in cauſa, & cauſis coram nobis vertentibus inter te .N. profugum, ac fugitiuum ex vna, & Magnificum Dominum .N. Procuratorē fiſcalem ex altera parte, per præſens noſtrum edictum publicum requirimus pariter, & citamus peremptorie, quatenus tali die, talis menſis, de tali anno, in tali eccleſia, talis diœceſis, hora tali perſonaliter compareas coram nobis ſententiā tuam diffinitiuam auditurus. ſignificantes ꝙ ſiue cōparueris ſiue non procedemus ad noſtram diffinitiuam ſententiam contra te, prout ius, & iuſtitia ſuadebit. Et vt præſens noſtra citatio perueniat ad tui notitiam, nec valeas te ignorantiæ velamine tueri, præſentes noſtras requiſitionum, & citationum, volumus, & mandamus affigi publice in valuis talis, & talis eccleſiæ. In quorum teſtimonium præſentes noſtras literas impreſsione noſtrorum ſigillorum iuſſimus communiri.

Ita pronunciamus, & ſententiamus nos .N. Inquiſitor qui ſupra &c.

FINIS Formularum agendorum.

INDEX ALPHABETICVS IN volumine contentorum.

A

ABIVRATIO, et abiurare quid ſit, Abiurantiſque conditiones. pagina 1.
Abiurationi ſpontaneæ ſi non interueniat ordinarius quid. pag. 311.
Abiuratio ſecreta, ac ſpōtanea quomodo fienda ſit. pag. 9.
Abolitio cui dari debeat pag. 5.
Abſens quis dicatur. pag. 143.
Abſentes quomodo ſint vocandi. pag. 5.
Abſolutio ſacerdotis quid operetur. pag. 159.
Abſolutus in ſoro cōſcientiæ hæreticus pænitens q̄d faciat. pag. 5.
Abſolutionem ab excommunicatione petens, an excommunicatus videatur. pag. 481.
Abſolutus in foro conſcientiæ hæreticus pænitens, poteſt inquiri. pag. 10.
Abſoluere quos poſſit Inquiſitor. pag. 10.
Abſolutoriam ſententiam ferre quando poſsit Inquiſitor. pag. 448.
Abſoluentes indignos excommunicationem quomodo incurrunt. pag. 7.
Abſolutio ab expenſis factis in lite quādo non eſt facienda. pag. 10
Abſolutum iam, princeps non poteſt condemnare. pag. 347.
Acceſsus ad partes hæreticorum excuſationem quando recipit. pag. 506.
Accuſatio eſt genus illaudabilis conditionis. pag. 11.
Accuſationis via quare hodie ceſſauerit. pag. 18.
Accuſationis modus. pag. 443.
Accuſans publice diffamatum ſi deficit puniri non debet. pag. 11.
Accuſatoris illegitimi conditiones. pag. 15.16.
Accuſatore deficiente reus debet abſolui. pag. 10.
Adminicula ad crimen committendum quæ ſint. pag. 20.
Adminiſtrator Eccleſiæ laicus eſſe non poteſt pag. 282.
Adoratio hæreticis facta quid faciat. pag. 20.

INDEX.

Adorare hæreticos quid ſit. pag. 93.
Aduerſarij potentia quid faciat. pag. 78.
Aduocatus facinoroſis non eſt concedendus. pag. 21.
Aduocati reorum qualitas conſideranda. pag. 97.471.
Aduocatus ignaris eſt dandus non tamen ſeipſum proferẽs. pag. 185.
Aduocatorum ſolennis diſputatio quando, & quomodo fienda ſit. pag. 446.
Aduocatis, & tabellionibus priuandi ſunt hæretici. pag. 327.
AEquitas quid ſit, & qualiter ſit ſequenda. pag. 280.
Alienationes bonorum in fraudem fiſci quando ſunt nullæ. pag. 21.
Alimenta, & litis expenſæ quibus debentur. pag. 23.
Amatoria pocula porrigens quid. pag. 23.
Animus ex factis cognoſcitur. pag. 157.
Animaduerſio quid ſit iniure. pag. 231.
Antiochi ſcriptum quid ſit. pag. 241.
Apices iuris qui ſint. pag. 281.
Apoſtatæ de hæreſi quando ſint ſuſpecti. pag. 28.
Apoſtata a fide qua pœna puniatur. pag. 537.
Apoſtaſia quotuplex dicatur. pag. 28.
Apoſtoli quomodo ſint concedendi. pag. 25.
Apoſtolica ſedes quando ſit conſulenda pag. 75.
Appellare quando liceat hæretico. pag. 20.
Arbitrium iudicis iuri conſonum eſſe debet. pag. 324.
Arioli, aruſpices, & auſpices qui ſint. pag. 107.
Audientia relapſis etiam denegatur. pag. 512.
Augendi, vel minuendi pœnam conſideratio. pag. 322.
Auxilium ad delinquendum præſtans quomodo puniri debeat. pag. 37.
Auxilium per accidens, & ſine dolo. pag. 499.

B

BAptizare imagines non facit hæreticum. pag. 160.503.
Baptiſmus hæreticorum qualis. Ibidem.
Bellum contra infideles quare mouent Chriſtiani. pag. 229.
Beneficium eccleſiaſticum, ſeu officium publicum hæreticis prohibetur. pag. 37.
Blaſphemi hæreticales qui ſint. pag. 40.
Blaſphemi obſtinati qui ſint, & quomodo puniantur. pag. 38.
Bona hæreticorum a die cõmiſſi criminis cõfiſcata ſunt. pag. 42.358.

Bona hæretici poſt mortem detecti. pag. 22.141
Bona poſt delictum acquiſita. pag. 359.
Bona futura, vel in alieno ſolo quomodo veniant cõfiſcanda. pag. 358.
Bona prohibita alienari, confiſcari non poſſunt. pag. 473.
Bonorum appellatione quæ veniant. pag. 42.
Bonitas in nobile ſemper præſumitur. pag. 344.

C

Capere hæreticos qui non teneantur. pag. 132.
Capiens reum ſine auctoritate quid facere debeat. pag. 56.
Captum eximens de manu curiæ vel e carceribus liberans. pag. 45.
Carcer quid ſit. pag. 45.
Carceris inuentor quis fuerit, & eſt ad cuſtodiam: & non ad pœnam. pag. 46.
Carcer perpetuus morti comparatur. pag. 48.
Carceri duriori ad cuſtodiam quando tradere reum poſſit Inquiſitor. pag. 479.
Carcerum cuſtos negligens quomodo puniatur. pag. 50.
Carcerum effractores quomodo puniri debeant. pag. 50.
Carcerandi qui ſint. pag. 211.
Carcerem ſibi aſſignatum exiens quid. pag. 213.
Carceris locò poteſt alia pœna imponi. pag. 162.
Cardinalium literis quæ fides ſit adhibenda. pag 289.
Cautela ad abſoluendum hæreticos reuertentes in foro conſcientiæ. pag. 9.
Cautela in citando reum ſeruanda. pag. 53.
Cautela iudicis in torquendo. pag. 445.
Cautioni non debet tradi delatus de hæreſi. pag. 211.
Cautius agendum eſt vbi maius periculum. pag. 241.
Chyromantici qui ſint. pag. 107.
Cibi ſubſtractio quomodo ſit tortura. pag. 448.
Citatio quomodo ſit diuini, naturalis, canonici, & ciuilis iuris. pag. 52.
Citatio ſemper debet præcedere condemnationem. pag. 53.595.
Citatio peremptoria non requiritur in cauſis fidei. pag. 56.
Citari quis non debet propter quamlibet ſuſpicionem. pag. 58.
Citatus ab Epiſcopo, & Inquiſitore quid facere debeat. pag. 206.
Ciuitas quando tota poſſit comburi, uel aratro ſubijci. pag. 59.
Clauſula quando poteſt addi. pag. 400.

Clericus a laico criminaliter non poteſt accuſari. pag. 282.
Clericum ad tribunal eccleſiaſticũ quomõ trahere quis poſſit. pag. 283.
Clericum banniens per eccleſiaſticum iudicem condemnari poteſt. pag. 283.
Clericus quomodo mulctari poſſit. pag. 339.
Clericus publice contrahens matrimonium. pag 414.
Clericus etiam literatus errans, non tamen hæreticus. pag. 494.
Clericus in iudicio iurare quomodo debeat. pag. 433.
Clericus ſine degradatione quandoq; etiã per iudicem ſecularem puniri poteſt,& qualiter ſit torquendus. pag. 59.118.
Clericus, vel religioſus quare veniat minus puniendus. pag. 61.458.
Clericus per quos torquendus ſit. pag. 458.
Clericus quantumcunque criminoſus non eſt tradendus brachio ſeculari. pag. 66.
Clericus in ſacris, vel religioſus profeſſus ducens uxorem. pag. 156.
Communionem ſingulo anno non recipiens. pag. 414.
Communia nobis, iudæis, & ſaracenis quæ ſint. pag. 233.
Cõmunicare proceſſum quãdo teneatur Inquiſitor,& Epus. pag. 203.
Comparitionis terminus quis ſit. pag. 416.
Comparitio ſpontanea quid ſit. pag. 74.
Compromiſſum in fœminam non debet iuramento firmari. pag. 272.
Complices quando admittantur. pag. 62.
Compurgatorum qualitas,& numerus. pag. 363.
Concitatus ad rebellionem contra Inquiſitorem. pag. 414.
Condemnandus quis ſit. pag. 505.
Confeſſio pura delicti,& cum qualitate facta quid valeat. pag. 65.496.
Confeſſio confuſa, vel ſpe, veniæ quid faciat. pag. 66.
Confeſſio facta calore iracundiæ quid excuſationis recipiat. pag 67.
Confeſſio ſine tortura ratificatione non eget. pag. 69.
Confeſſio meticuloſa qualis ſit. pag. 72.
Confeſſio facta coram iudice incompetenti quid faciat. pag. 72.480.
Confeſſio an triplici foro poſſit fieri. pag. 62.
Confeſſio quomodo poſſit ſcindi. pag. 506.
Confeſſio facta in lecto ægritudinis. pag. 73.
Confeſſio extraiudicialis quando præiudicat. pag. 480.
Confeſſio facta notario ſine commiſſione iudicis. pag. 73.
Confeſſio ſine præuijs indicijs eſt nulla. pag. 445.
Confeſſio in tortura, & extra ratificationem non requirens. pag. 452.
Confeſſio in tormentis non valida. pag. 449.

Confeſſio propria annullans errorem, & ineptitudinem proceſſus. pag. 353.
Confeſſionis iudicialis vis. pag. 63.
Confeſſarius in iudicio vocatus ſe neſcire dicat. pag. 384.
Confeſſus ficte vel extraiudicialiter. pag. 68.
Confeſſus in iure non auditur ſi appellat. pag. 69.
Confeſſus in tormentis ſine præuiis indicijs. pag. 69.
Confeſſus libros ſuos ſe combuſſiſſe quid. pag. 72.
Confeſſus in iudicio incidenter quid. pag. 73.
Confiſcatio bonorum quomodo fiat. pag. 74
Conſanguinens conuerſans cum hæretico ceſſante dolo, quomodo excuſetur a ſuſpicione. pag. 370.
Conſenſus pro conſilio quando ſumitur. pag. 76.
Conſilium peritorum requirere debet Inquiſitor. pag. 210.
Conſilium quomodo, & quando petendum ſit. pag. 76.
Conſilium malum doctoris an ſequi debeat. pag. 249.
Conſilium doctoris mortui quomodo valeat. pag 277.
Conſpirati teſtes, & inimici non admittuntur. pag. 13.
Conſuetudo legi ſuccedit, imo legem tollit. pag. 324. 285.
Conſuetudo in contrarium quid faciat. pag. 324.
Conſumatio delicti quando requiratur. pag. 134.
Conſtitutio licet non ſit in libro, eſt ſeruanda, pag. 170.
Contumax pro præſente habetur pag. 59. 442.
Contumax tantum, non habetur pro conuicto. pag. 57. 79.
Contumax quando quis dicatur. pag. 78.
Contumacia manifeſte, & contumacia manifeſta quomodo differunt. pag. 109.
Contenta in ſacra ſcriptura diuinitus ſunt reuelata. pag. 85.
Contumelia duplex ſimplex, & hæreticalis. pag. 230.
Conuenticulæ quare prohibitæ fuerint. pag. 73.
Conuictus, ſed non confeſſus. pag. 409.
Conuictus per teſtes, ſeu per inſtrumettum. pag. 81.
Conuictus, ſed innocens qualiter tueri ſe poſſit. pag. 81.
Copia indiciorum qualis, cui, & quando ſit danda. pag. 82.
Credibilium differentia, & qui, & quæ credere teneantur. pag. 83. 84.
Credenda per Apoſtolos declarata. pag. 90.
Credentes hæreticorum quomodo differant. pag. 93.
Credentium, vel fautorum pœnæ. pag. 328.
Credenda a fidelibus. pag. 493.

INDEX.

Crimina excepta quæ ſint grauia, & quæ leuia. pag. 94.
Crimino ſus ad accuſandum quando,& quomõ admittatur. pag. 16.
Cruceſignati hæreticorum fautores quando ſint. pag. 94.
Cruceſignatorum priuilegia. pag. 95.
Culpa quid ſit,& quotuplex. pag. 66.
Curator minori vigintiquinque annorum dari debet. pag. 66.

D

Damnatus pœna corporali,vel pecuniaria quid. pag. 96.
Declaratoria etiam poſt mortem rei poteſt fieri. pag. 399.
Defenſiones ſunt de iure naturæ. pag 359.
Defenſio nulli neganda eſt. pag. 24.
Defenſiones quando denegenter, & quando non. pag. 97.98.
Defenſionibus ſuis renunciare quis quando,& quomõ poſſit. pag 100.331.
Defenſionis terminus reo aſſignatus,eſt expectandus. pag. 267.
Defenſiones ante torturam quando dari debeant. pag. 99.455.
Defenſio natura'is nunquam,ciuilis quandoq. tollitur. pag. 100.
Defenſiones hæreticorum qui ſint. pag. 101.
Defunctus hæreticus quando poſſit inquiri. pag. 212.
Degradatio quæ ſit,& qualiter fiat. pag. 104.
Degradatio verbalis quæ,& qualiter fiat. pag. 60.
Delegatus Papæ quid poßit, & quomodo. pag. 102.
Delegatus quando vices ſuas committere non poſſit. pag. 120.
Delegatus poteſt ſubdelegare. pag. 198.
Delegatus maior Ordinario. pag. 199.
Delictum dat iuriſdictionem. pag. 279.
Delictum contra communem omnium ſalutem. pag. 182.
Delinquens in vtroque foro poteſt puniri. pag. 359.
Denunciator, & teſtis quando quis poſſit eſſe. pag. 19.
Denunciatio quid ſit,& an ſit de præcepto. pag. 103.
Denunciator occultus quis ſit, & an poſſit eſſe teſtis. pag. 104.
Denunciator pro accuſatore habetur. pag. 103.
Depoſitus in quibus caſibus brachio ſeculari tradi poſſit. pag. 352.
Determinatio difficultatum Eccleſiaſticarum ad Papam pertinet. pag. 148.
Decretorum liber an ſit approbatus. pag. 286.
Deus in creaturis qualiter reuereatur. pag. 34.
Dicens,uel faciens contra fidem,quomodo ſit ſuſpectus. pag.410.411.
Dicti ſui rationem reddere quilibet tenetur. pag. 430.
Dies Sabbati coli non debet. pag. 531.

Dignitas multipliciter dicitur. pag. 105.
Diffamati de hæreſi qui dici poſſint. pag. 110.
Diffamatio vndecunq; orta in fauorẽ fidei quomodo valeat. pag. 129.
Diffinitiua ſentententia in ſcriptis eſſe debet. pag. 392.
Diœceſis, & diœceſanus quid ſit. pag. 106.
Diſpenſare ſuper irregularitate cum quibus poſſit Inquiſitor. pag. 112.
Diſputare de fide, & de eius articulis quibus conueniat. pag. 112.
Diuina profanis inmiſcens quomodo puniatur. pag. 536.
Diuinationes. & diuinatore, ad quos ſpectent. pag. 107.
Diuinam legem interpretari ad quos pertineat. pag. 286.
Diuiſim procedere quid ſit. pag. 203.
Duo a iudice conſideranda. pag. 250.
Doctores ab Eccleſia approbati, eorumque dicta quomodo intelligantur. pag. 91.
Doctores ab Inquiſitore pro conſilio requiſiti gratis conſulere debent. pag. 113.
Doli capax quis dicatur. pag. 113.
Dolus quomodo, & quando præſumatur. pag. 114. 500
Dolus vbi non eſt, debet ſententia temperari. pag. 500.
Doloſe quid importet. pag. 287.
Dolum paſſo quomodo ſubueniatur. pag. 114.
Domeſtici qui intelligantur, & an repellentur. pag. 114.
Domicilium alicuius vbi, & de nouo contrahatur. pag. 114. 208
Domini tẽporales negantes Inquiſitoribus auxiliũ, & fauorẽ. pag. 115.
Domus cuiuſque quæ, & qualis ſit. pag. 56.
Domus hæretici quæ, & quando ſit demolienda. pag. 115.
Dubius in fide quare infidelis dicatur. pag. 116.

E.

Eccleſia in quibus poſſit errare. pag. 118.
Eccleſia neminem ad fidem cogit. pag. 233.
Eccleſiæ fructus quando confiſcari poßint. pag. 216.
Eccleſiæ redditus facti clerici qui ſint. pag. 333.
Eccleſiæ conſuetudo eſt ſeruanda. pag. 385.
Effractorum carcerum pœna qualis ſit. pag. 333.
Egregio in arte ſua quomodo parcatur. pag. 323.
Emancipatio filiorum, vel ſubditorum hæreticorum per hæreticos facta non valet. pag. 118. 326
Emẽdatus de crimine quis quomodo, & quãdo dicatur. pag. 341. 342. 470
Emphiteotica bona quomodo confiſcantur. pag. 475.
Enormitas delicti quandoque leges transgredi cogit. pag. 118.

Epiſcopus, & Inquiſitor quomodo adinuicē ſe habere debēt. pag. 119. 125
Epiſcopus, & Inquiſitor quomodo concurrant. pag. 201.
Epiſcopus, & Inquiſitor alias ſinguli cauſas abſoluebant. pag. 202.
Epiſcopus quandoque, quandoque Inquiſitor prius quare no minetur. pag. 205.
Epiſcopi, & Inquiſitoris tribunal quomodo differat. pag. 58.
Epiſcopus de bonis hæreticorum nihil percipere debet. pag. 41.
Errans in his quæ explicite credere tenetur, quomodo ſit hæreticus. pag. 160.
Errans ex conſilio quomodo excuſetur. pag. 210.
Errans in principio, pluries errare cogitur. pag. 265.
Errans ſine peccato. pag. 493. 494
Errorem ſuum corrigere quis quando teneatur. pag. 435.
Eripiens reum de manibus inquiſitoris quomodo puniatur. pag. 411.
Excarceratio. pag.
Exceptio quid ſit. pag. 120.
Exceptiones admittere, vel repellere ad iudicem pertinet. pag. 248.
Exceptiones contra quos fiant. pag. 121.
Excommunicandi poteſtas cuius iurisdictionis ſit. pag. 336.
Excommunicati ab Inquiſitore a quibus abſolui poſſint. pag. 121.
Excōmunicati ſunt omnes hæretici, fautores, & receptatores. pag. 122.
Excommunicans quomodo ſeipſum liget. pag. 215.
Excuſans quando audiri debeat. pag. 123.
Exempti ab Inquiſitoris officio qui ſint. pag. 124.
Exemptus, & non exemptus appellans. pag. 214.
Exempti a tortura qui ſint. pag. 181.
Exhibens ſe ad torturam contra aliquem quid. pag. 453.
Eximens reum de manibus familiæ quomodo puniatur. pag. 124.
Expedire quid ſignificet. pag. 217.
Expenſas exigere a delatis poterit Inquiſitor. pag. 126.
Extrahi de eccleſia quando poſſit reus. pag. 126.

F.

FAcultas ideſt ſecularis poteſtas. pag. 241.
Factum ſine errore intellectus non facit hæreticum. pag. 126.
Falſitas aperta quid operetur. pag. 400.
Falſitas contra teſtes quomodo præſumatur. pag. 342.
Falſitas neminem lædens non punitur. pag. 359.
Falsū iudicialiter pro hæretico aſſeuerās quomodo puniatur. pag. 410.
Falſarius, vel falſum deponens quomodo puniri debeat. pag. 127.
Fama loco accuſatoris ſuccedit. pag. 12. 449.

Fama quid ſit, & ad quos ſpectat. pag. 128.
Fama per quot teſtes probetur, & qualis ſit eius effectus. pag. 129.
Fama quomodo ab opinione differat. pag. 178.
Fama quomodo elidat indicia. pag. 180.
Famoſus Doctor cuius auctoritatis ſit. pag. 497.
Famoſum libellum componentis, vel publicantis pœna. pag. 287.
Famulorum nobilium, & cerdonum differentia. pag. 131.
Fauor dupliciter datur facinori. pag 498.
Fauor, & odium abſint a iudice. pag. 264.
Fauor fidei, & non odium hæreticorum eſt conſiderandus. pag. 14.
Fautores hæreticorũ in duplici ſunt differentia. pag. 131. 374.
Fœminæ etiam in teſtimonium poſſunt admitti. pag. 417.
Feudatarij hæreticorum liberantur a debito fidelitatis. pag. 134.
Feudum quomodo tranſeat in fiſcum. pag. 475.
Fidei, ſpei, & charitatis præceptis quomodo ſubdatur homo. pag. 135.
Fidem Chriſti mortis timore abnegare. pag. 28.
Fides teſtimonij, non multitudo teſtium eſt conſideranda. pag. 340.
Fideiuſſio quando ſit admittenda. pag. 45.
Fideiuſſor in crimine hæreſis interuenire non poteſt. pag. 134.
Fideiuſſor in corporalibus pœnis non admittitur. pag. 331.
Filius in quibus patrem accuſare poſſit. pag. 472.
Filius propter paternũ crimen liberatur a patria ſubiectione. pag. 118.
Filij nomen quid importet pag. 138.
Filiorum hæreticorum, credentium, receptatorum, fautorum, & defenſorum pœna. pag. 135. 473.
Filij ante patris delictum nati quomodo excuſari debent. pag. 511.
Fiſci noua hæreditas. pag. 138.
Fiſcus quantum ad bona hæreticorum quis ſit. pag. 159
Fiſcalis præſentia quando ſit neceſſaria. pag. 399.
Forum quot modis quis ſortiri dicatur pag. 142.
Forum animæ, forum non impedit iudiciale. pag. 360.
Fratrum nomine qui intelligantur. pag. 142.
Frequentia habituata quid faciat. Ibidem.
Fuga quid ſit, & quibus noceat. pag. 143.
Fugiens in Eccleſiam quid pag. 346.
Fugiens e carceribus, poſtea rediens. pag. 3.
Fugiens e carceribus, pag. 50. 51. 167.
Fugiens e carceribus animo reuertendi. pag. 52.
Functus ſuo officio quando dicatur Iudex. pag. 264.
Furioſus quid poſſit. pag. 142.

G

Garrula non admittatur in iudicio ſancti officij. pag. 356.
Gaudium poſt timorem facit ſpiritus bonus. pag. 530.
Gentilis quis dicatur. pag. 144.
Gradus ad credulitatem facientes. pag. 265.
Gratiam facere an poſſit Inquiſitor. pag. 144.
Gratiæ tempus quando eſt aſſignandum ad Inquiſitore. pag. 144.
Grauamina quæ reparabilia, & quæ irreparabilia. pag. 25.
Grauamen non debet eſſe vltra legem. pag. 244.
Grauia crimina quæ dicantur. pag. 44.
Gremium Eccleſiæ quomodo patere dicatur pænitentibus. pag. 325.

H

Habitus cognoſcitur per actus. pag. 503.
Hæreſis quid ſit. pag. 145.
Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. pag. 163.
Hæreſis quomodo ab infidelitate differat. pag. 146.
Hæreſis noua quæ, & qualis ſit, ac dicatur. pag. 147.
Hæreſis, ſchiſma, ſecta, & ſuperſtitio quomodo differant. pag. 146.
Hæreſis defenſibilis. pag. 354.
Hæreſes eſſe quare oporteat. pag. 149.
Hæreſes abundare quare permittat Deus. pag. 150.
Hæreſiarchæ qui dicantur, & ſint. pag. 157.
Hæreſiarcharum libri. pag. 389.
Hæreſes ſe non malo animo dixiſſe aſſerenti, non creditur. pag. 181. 477.
Hæretici diffinitio. pag. 152.
Hæretici manifeſti, vel ſecreti. pag. 158.
Hæretici affirmatiui, & negatiui. pag. 159.
Hæretici quare non ſemper recipiuntur. pag. 166.
Hæreticus vbicunque inuenitur, punitur. pag 208. 209.
Hæreticus rediens ad perpetuos carceres, debet condemnari. pag. 213.
Hæreticus recõciliatus quomõ poſſit ad dignitates promoueri. pag. 164.
Hæreticus ad fidem reuerſus, non eſt hæreticus, ideoq. ad gremium Eccleſiæ recipitur. pag. 136.
Hæreticus quot modis dicatur. pag. 151.
Hæreticum qualis error faciat. pag. 153.
Hæreticum faciunt ſigna infidelitatis. pag. 156.
Hæreticorum bona confiſcari debent. pag. 214.
Hæreticalia dicens etiam in ludo, quomodo puniri debeat. pag. 39.

Hæredes hæretici defuncti quando citari debeant. pag. 159.
Hæreditate carent hæretici. pag. 326.
Hæreditas quomodo confiſcanda veniat. pag. 475.
Honor latriæ, nec duliæ dæmonibus conuenit. pag. 33.
Hora iudicialis comparitionis quæ ſit. pag. 58.
Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata dare quomodo per tineat ad hæreſim. pag. 108.

I.

Idololatriæ cauſa quæ fuit. pag. 333.
Imaginibus Domini, & Sanctorũ detrahentes quomodo puniantur. pag. 169.
Imagines facere ad prouocandũ amorẽ hæreſim nõ ſapit. pag. 31.169
Impedientes Inquiſitionis officium quare per Inquiſitorem puniri poſſint. pag 169.409
Imperator in foro conſcientiæ non habet quod faciat. pag. 162.
Impœnitentium, & relapſorum pœna. pag. 325.
Inmurari non debent ſuſpecti tantum de hæreſi. pag. 415.
Incantatores qui ſint. pag. 107.
Incorrigibilis quis ſit. pag. 3.486
Incorrigibili correctio non eſt facienda. pag. 380.
Incorporati Eccleſiæ qui dici poſſint, & ſint. pag.156.212
Incorporatio bonorum hæreticorum cum fiſco quando, & p quem fiat. pag. 140.
Incontinenti, & ſtatim fieri quomodo intelligatur. pag. 170.
Indicium quid ſit, & quotuplex. pag.171.172
Indicium arbitrio iudicis relinquitur. pag. 175.
Indicium ad torturam ſufficiens debet eſſe propinquum. pag. 179.
Indiciorum copia ante torturam danda eſt. pag. 98.179
Indicia minus legitima quando requiruntur. pag. 184.
Indiciorum copia quando, & quibus eſt deneganda. pag. 184.
Indicia capturam præcedere debent. pag. 272.
Indicia noua quæ dicantur. pag. 449.
Indignus miſericordia. pag. 492.
Infamia quid ſit, & quotuplex. pag. 186.
Infamia quomodo tollatur. pag. 187.
Infamiæ effectus. pag. 188.
Infamia ab vno, vel a maleuolis orta. pag. 188.
Infamia quomodo probetur. pag. 189.
Infamia præcedens quando non exigitur, & infamia ſpecialis deferens. pag. 194.

Infamia a quibus originem habere debet. pag. 111.
Infamia præcedens vel ſcandali timor quid faciant. pag. 351.
Infamatus de hæreſi propter familiaritatem vehementer eſt ſuſpectus. pag. 410.
Infamis quando, & qualiter admittatur in teſtem. pag. 16.190
Infidelitas quomodo ſit peccatum. pag. 88.
Ignorantia probabilis excuſat. pag. 355.
Inimicus capitalis quis ſit, & quæ ſint capitales inimicitiæ. pag. 192.193
Inimicus de iure ciuili nõ repellitur, ſecus de iure canonico. pag. 17.
Iniuſte detentus quid facere poſſit. pag. 47.
Iniquitas in rem iudicatam non tranſit. pag. 397.
Inquirens ſine indicijs, aut fama præcedente male facit. pag. 257.
Inquiſitio quid & quotuplex ſit. pag. 193.
Inquiſitor quid ſit, & quis primus Inquiſitor fuerit etiã apud Romanos. pag. 195.
Inquiſitoris conditiones, ætas, & auctoritas. pag. 197.
Inquiſitorum inſtitutores cuius auctoritatis ſint. pag. 198.
Inquiſitor in cauſa fidei eſt delegatus Papæ. pag. 199.
Inquiſitor etiã extra ſuã diœceſim quomodo poßit procedere. pag. 207.
Inquiſitor quando par eſt Epiſcopo, & quando maior. pag. 199.
Inquiſitor ſuſpectum extraneũ in ſua diœceſi punire poteſt. pag. 207.
Inquiſitoris officiũ durabile eſt etiã poſt mortem inſtituentis. pag. 212.
Inquiſitor brachium ſeculare inuocare poteſt. pag. 212.
Inquiſitor clerum, & populum conuocare poteſt. pag. 213.
Inquiſitor a quo inſtitui poſſit. pag. 216.
Inquiſitor ex mera voluntate remoueri non poteſt. pag. 217.
Inquiſitor quibus rationem reddere tenetur. pag. 217.
Inquiſitorem remouere qui poſſint, & ob quam cauſam. pag. 219.
Inquiſitor ſine diœceſano quid facere poſſit. pag. 161.
Inquiſitores vt Inquiſitores nõ ſunt iudices in foro cõſcientiæ pag. 9.
Inquiſitor contra Iudices ſibi inobedientes qualiter procedere poſſit. pag. 261.
Inquiſitorem offendens quid. pag. 476.
Inſignis maleficus quis ſit, videlicet cui indiciorum copia, & defenſio denegari debent. pag. 98.199
Inſtructio pro Inquiſitore ad eruendam veritatem a reis. pag. 222.
Inſtantia Iudicij in quibus caſibus non pereat. pag. 223.
Inſtrumenta a falſario confecta, poſt commißam falſitatem non valent. pag. 224.
Inſtrumentum falſum producens quid. pag. 356.

Interlocutoria irreuocabilis continens dari, vel fieri. pag. 394.
Integer qualis eſſe debeat. pag. 418.
Inteſtabiles ſunt hæretici. pag. 320.
Iteratio delicti quid importet. pag. 40.
Interdicta quot, & qualia ſint, & vnde originem habuerint. pag. 223.
Interpretari legem quis poſſit. pag. 224.
Inuocare quid ſit, & inuocare dæmones quando ſit hæreſis. pag. 34. 35.
Inuocantes dæmones, tam iudæos, quam ſaracenos punire quomodo poſſit Inquiſitor. pag. 225.
Inuocare brachium ſeculare quando poteſt Inquiſitor. pag. 225.
Irregularitas quid ſit. pag. 239.
Irregularitatem propter hæreſim contractam leuare poteſt Inquiſitor. Ibidem.
Iudas hæreticus fuit. pag. 397.
Iudæi in fide, & extra fidem Chriſtianam hæretici, vel fautores hæreticorum inuenti. pag. 226. 235.
Iudæi quomodo per Epiſcopos, & Inquiſitores puniri poſſint. pag. 226.
Iudæi hæretici a Papa iudicantur. pag. 228.
Iudæorum codices hæreſum ſunt pleni. pag. 228.
Iudæis quare quandoq. cõmunio cũ Chriſtianis prohibeatur. pag. 229.
Iudæi per principes puniuntur. pag. 230.
Iudæi fidem Chriſti impugnantes hiſdem legibus puniuntur, quibus & hæretici puniuntur. pag. 237.
Iudæi romanis legibus iudicantur. pag. 235.
Iudæi in eorum feſtiuitatibus non ſunt perturbandi. pag. 234.
Iudici neceſſaria. pag. 240.
Iudiciũ ad Epiſcopos, executio ad dominos tẽporales ſpectat. pag. 238.
Iudicis arbitrium, atque benignitas. pag. 248.
Iudex extra prouinciam ſuam nec excommunicare, nec abſoluere poteſt. pag. 245.
Iudex ex præſumptionibus procedens non poteſt corporaliter punire, ſed ciuiliter tantum. pag. 245.
Iudex eccleſiaſticus in ſecularem quid poſſit. pag 245.
Iudex ad abſoluendum pronior ſit, quam ad condemnandum. pag. 241.
Iudex pecuniam, vel munera accipiens quid. pag. 255.
Iudex pro labore ſuo aliquid petere non poteſt. pag. 254.
Iudex per ignorantiã iniuſte iudicans, tenetur ad intereſſe. pag. 256.
Iudex de corruptela accuſatus, legitime conuici debet. pag. 257.
Iudex clementior lege eſſe non debet. pag. 264.

Iudex eccleſiaſticus in cauſis tantum eccleſiaſticis, uel mixtis ſe immiſceat. pag. 265.
Iudex de rebus coram ſe geſtis tamquã teſtis poteſt deponere. pag. 266.
Iudex quomodo poſſit in pœnis imponendis detrahere ſeueritati, recedendo a pœnis in iure ſtatutis. pag. 266.
Iudex ex ſuo officio repellere debet indignos a teſtificando. pag. 271.
Iudex in iudicando ſedere debet. pag 271.
Iudicij appellatione quid intelligatur. pag. eadem
Iudicij locus ſecurus eſſe debet. pag. eadem
Iudex eſt iuſtitia animata. pag. 270.
Iudex inordinate remiſſus. pag. 380.
Iudex duo conſiderare debet. pag. 377.
Iudex contra appellantem in vna cauſa ſi duas habet, in altera poteſt procedere. pag. 27.
Iudex recuſatus quomodo ſe habere debeat. pag. 41.
Iudex ſecularis in bonis hæreticorum non ſe intromittat. pag. 47.
Iudex ſecundum iura quandoque, quandoque ſecundum arbitrium iudicabit. pag. 173.
Iudicem recuſare reus quando poſſit. pag. 220.
Iuramenti diffinitio. pag. 272.
Iuramenti diuiſio. pag. 275.
Iuramenti ſubſtantia. pag. 274.
Iuramentum a parte qualiter remitti poſſit. pag. 275.
Iuranti quando non credatur. pag. 278.
Iurantis, & iuramentum dantis intentio quid. pag. 278.
Iurans non ferre teſtimonium compellitur ad teſtificandum. pag. 275.
Iurandi modus, & forma. pag. 275.
Iurans hæreticos ſequi, & quæ conſideranda ſunt circa iuramentum. pag. 412.
Iurare quare debeat teſtis examinandus. pag. 433.
Iuramentum eſt de validitate, non de ſubſtantia teſtimonij. pag. 433.
Iurare ſecundo quãdo quis debeat, & ſuper quo ſit iurandũ. pag. 434.
Iurato dicto magis creditur, quam non iurato. pag. 342.
Iuriſdictio parochorum qualis ſit. pag. 336.
Iuris appellatione venit conſuetudo. pag. 281.
Iuris poſitiui omiſſa ſolennitas quid faciat. pag. 282.
Ius naturale eſt commune omnium gentium. pag. 281.
Ius diuinum per poſitiuum quandoque limitatur. pag. 281.
Ius diuinum limitare quis, & quando poſſit. pag 420.
Ius canonicum in quibus, & vbi ſeruetur. pag. 281.

Ius ſuum Iudex quomodo, & quando perdere dicatur. pag. 265.
Iuspatronatus quomodo tranſeat in fiſcum. pag. 474.

L.

Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant. pag. 285.
Lapſo, non relapſo parcitur. pag. 508.
Legem interpretari quis valeat. pag. 214.
Legis diuinæ interpres ſolus Papa eſt. pag. 285.
Legitima portio quid ſit. pag. 285.
Legitima quomodo confiſcanda veniat. pag. 475.
Leuis ſuſpicio quomodo tranſeat in uehementem. pag. 411.
Lex Inquiſitionis officium impediens venit retractanda. pag. 237.
Lex ſecularis per eccleſiam non approbata nõ ligat clericũ. pag. 285.
Liberi, ſtatu liberi, & ſerui qui ſint. pag. 458.
Liberorum appellatione qui veniant. pag. 290.
Liberum arbitrium cogere non poteſt dæmon. pag. 503.
Libri hæreticorum Inquiſitori tradi debent. pag. 288.
Libelli famoſi auctor quomodo puniatur. pag. 286.
Libri ſuſpectæ, vel prohibitæ lectionis. pag. 44.
Libros ſuſpectos tenentes excuſari quomodo non poſſint. pag. 6.
Libri hæretici detentio quid faciat. pag. 507.

M

Magici, & mathematici qui ſint. pag. 107.
Magnum & paruum quid ſit. pag. 291.
Magiſtralia iuris vocabula. pag. 340.
Maior pars quid poſſit. pag. 292.
Maior omni exceptione quis dicatur. pag. 418.
Maiores qui intelligantur. pag. 291.
Malam voluntatem habens circa finem, & circa ea quæ ſunt ad finem habebit. pag. 147.
Malus pro ſalute boni quando tolerari debeat. pag. 360.
Malus animus quando præſumatur. pag. 341.
Malignitate potens quis. pag 21.98
Maleficus inſignis iure communi gaudere non debet. pag. 179.
Malefactum pro infecto habetur. pag. 219.
Malitia, & negligentia carere debet Inquiſitor. pag. 209.
Malitiam ſupplere ætatem quomodo intelligatur. pag. 291.
Manifeſte quid ſignificet. pag. 108.
Manifeſtum quid ſit, & manifeſte deprehenſus. pag. 292.

Maritus longo tempore abſens. pag. 293.
Martirium hæreticorum vanum. pag. 293.
Maſculinum comprehendit fœmininum. pag. 137.
Matris delictum quid filijs noceat. pag. 137.
Matrimonium ad iudicem Eccleſiaſticū quomodo pertineat. pag. 265.
Matrimoniū per clericū, vel religioſum ſolenniter cōtractū. pag. 294.
Matrimonium ab hæretico contractum quandoque nullum. pag. 328.
Mediator facinoris teſtis eſſe non poteſt. pag. 258.
Mendacium maximum indicium facit contra reum. pag. 176.
Mendacium rei quomodo excuſetur. pag. 412.
Mendacium benignitatis vtrum ſit peccatum. pag. 318.
Mendax quis non admittitur, & quomodo mendacium iudicia'e punitur. pag. 294.
Metus cadens in virum vel mulierem conſtantem. pag. 294.
Meri & mixti imperij iura comprehendit iuriſdictio. pag. 292.
Miniſtros habere Inquiſitor quomodo poteſt. pag. 295.
Miraculi vera diffinitio. pag. 534.
Miſerabilium cauſæ ſunt expediendæ. pag. 48. 295
Mixtim ſapienter, & fatue loquens quid. pag. 528.
Mitigare pœnam poſſunt Inquiſitores. pag. 214.
Monitio quotuplex ſit, & quomodo fienda. pag. 296.
Monachus teſtis eſſe quomodo non poſſit. pag. 419.
Moram trahere extra ſuam prouinciam inquiſitor quare non debeat. pag. 296.
Mortis appellatione quid in iure ciuili, canonico, & diuino. pag. 297.
Mortem relapſis, ſiue impænitentibus nuntiare quis debeat. pag. 376.
Mortem tantum euitat ad eccleſiam rediens hæreticus. pag. 162.
Mortui hæretici hæredes quando, & quomodo citari debeant. pag. 43. 212. 470
Mortuus quomodo poſſit excommunicari, & abſolui. pag. 48.
Mulcta differt a pœna quam poteſt inquiſitor imponere. pag. 298. 321
Mulier ad accuſandum non admittitur. pag. 297.
Mundum calamum, & linguam vnam debet habere Iudex. pag. 344.
Munera a iudice acceptabilia. pag. 255.
Murus, & immuratio quid ſit. pag. 49.
Mutuans pecunias hæretico quid. pag. 412.

N

Neceſſitas quando dicatur. pag. 298.
Necromātia quomodo ad Inquiſitoris officiū pertineat. pag. 299.

Negans quæ prius faſſus fuerat. pag. 168.
Negans comparere quomodo debeat citari. pag. 162.
Negociatio clericis probibita qualis ſit. pag. 298.
Negligentia requirit ſcientiam. pag. 57.
Nobilis quotupliciter dicatur. pag. 299.
Nobilitati in pœnis inferendis quando deferatur. pag. 300.
Nomina teſtium prodi non debent, imo ſupprimi. pag. 20 432
Nona hora diei quæ ſit. pag. 531.
Notarius ſine Iudice teſtes recipere non poteſt. pag. 73.
Notarij qui poſſint eſſe in arduis cauſis. pag. 15.
Notarius quis, & quare dicatur. pag. 300.
Notarij religioſi, & duo idonei loco notarij poßunt eligi ab Inquiſitore. pag. 301.
Notariorum ſubſcriptiones quomodo fiant. pag. 302.
Notarios creare, & inſtituere poteſt Inquiſitor. pag. 303.
Notario magis creditur, quam teſti. pag. 304.
Notorium multiplex. pag. 304.
Notorij probatio qualis eſſe debeat. pag. 305.
Notorium in facto non in opinione. paa. 305.
Notum, & notorium quomodo differant. pag. 263.
Nuncius iuratus eſſe debet, quia ei creditur. pag. 53. 54
Nuncio quomodo credatur. pag. 305.
Nuncios mittens ad hæreticos ſine Inquiſitoris licentia. pag. 412.

O.

Obedientes in negotio inquiſitionis qui dicantur. pag. 306.
Obligati Inquiſitori pro hæreticis. pag. 306.
Obligati hæreticis quomodo liberantur. pag. 307.
Obliuio rationabilis quando excuſat. pag. 74.
Obliuio præſumitur ex quinquennio. pag. 307.
Obſcuritas nimia in reſponſionibus quid faciat. pag. 439.
Occidens aliquem ex familia Inquiſitoris etiam iuſsu alieno. pag. 307.
Occidens aliquem ad ſui defenſionem quomodo puniatur. pag. 65.
Octo dierum terminus cui, & quando eſt aſſignandus. pag. 206. 446
Occultum multipliciter, & quæ occulta quo ad eccleſiam. pag. 158. 308
Occultum quomodo afficiat. pag. 324.
Occultus hæreticus quomodo abſolui debeat. pag. 8.
Occulti hæretici qui ſint. pag. 8.
Officialis negligentia quæ puniatur. pag. 310.
Officiales qui ſtatuta facere poſſint. pag. 310.

Officio functus quando dicatur Iudex. pag. 310.
Officiale ſ iura excedentes quando ſint homicidæ vocandi. pag. 449.
Opera nonnulla hæreticorum ſunt conceſſa. pag. 92.
Opinio, & fama quomodo differant. pag. 178.
Opinio vehemens pro ſcientia habetur. pag. 191.
Ordo iudiciarius duplex. pag. 312.
Ordo iudiciarius requiritur in diffinitiua ſententia. pag. 393.
Ordo iudiciarius non poteſt remitti a parte. pag. 311.
Ordo ſeruandus in Inquiſitione contra regularem. pag. 194.
Ordinarij, & non delegati ſunt epiſcopi. pag. 204.
Ordinatio contra Inquiſitionis officium eſt nulla. pag. 312.
Ordinatus ab hæretico, & maxime ſcienter. pag. 328.

P

Pactum contra ius non tenet, ſecus ſi præter ius. pag. 313.
Palam matrimonium contrahens clericus in ſacris, vel religioſus profeſſus. pag. 380.
Pallor vultus, & trepidatio quid faciant in reo. pag. 313.
Pamphilus phereus. pag. 538.
Papa in terris imperij qualem iuriſdictionem habeat. pag. 313.
Papæ in quibus ſubdantur principes chriſtiani. pag. 313.
Papa non ſuper chriſtianos tantum, ſed etiam ſuper infideles auctoritatem habet. pag. 227.
Papæ verbo quando non credatur. pag. 289.
Parentelam, vel confœderationem cum hæretico faciens. pag. 411.
Pater in torto filio torquetur. pag. 448.
Pater quandoque pro filio obligatur. pag. 315.
Pauper regulariter non accuſat, & quis dicatur pauper. pag. 18.
Pauper qui dicatur: ſi honeſtus fuerit nō repellitur a teſtimonio. pa. 315.
Paupertas chriſti qualis fuerit. pag. 315.
Peccatum dicere non eſſe peccatum, eſt hæreſis. pag. 146.
Peccati grauitas vnde attendatur. pag. 316.
Peccatum in ſpiritum ſanctum, & peccatum in confeſſione auditum quid. pag. 316.
Pecuniam mittens ad hæreticos quomodo puniatur. pag. 507.
Pecuniaria pœna mulctare reum poteſt Inquiſitor. pag. 332. 335
Periurus non eſt ſine dolo licet non ſemper puniatur. pag. 318. 477
Periuri & contra ſe, & contra alios quomodo admittantur. pag. 12.
Perſeuerātia ēt in morte quid operetur, et in quibus requiratur. pag. 318.
Perſonaliter citatus perſonaliter comparere debet. pag. 55.

Perſonæ duæ religioſæ, & duæ idoneæ ad depoſitiones accipiendas. pag. 211.
Pertinacia quomodo puniatur. pag. 215.
Pertinacia neceſſario ad hæreſim requiritur. pag. 153.
Pertinax quotuplex dicatur. pag. 153.495
Peremptorium ante ſententiam criminale ſemper requiritur pag. 317.
Pilatus abuſus eſt poteſtate ſibi data. pag. 251.
Placentina conſuetudo circa reorum bona. pag. 140.
Pluries hæreticum audiens præſumitur cum illo conuenire. pag. 156.
Plures duobus quando, & quare requiruntur in teſtimoniũ. pag. 424.
Pocula amatoria ſine hæreſis macula tradi poſſunt. pag. 321.
Pœna mortis in iure canonico pro ſententia excommunicationis ſumitur. pag. 329.
Pœnæ capitales, & non capitales quæ ſint. pag. 330.
Pœna corporalis in atrocioribus non euitari debet. pag. 330.
Pœna vltimi ſupplicij in pecuniariam quando commutari poſſit. pag. 330
Pœna duplex in hæreſi inuenitur. pag. 6.
Pœna per ſe, vel per alium quæ expiari poſſit. pag. 137.
Pœna ex patris, vel matris delicto quæ tranſeat in filios. pag. 138.
Pœnas augere, & minuere ex cauſa poteſt Iudex, non autem relaxare. pag. 249.251
Pœnæ duæ quando ſunt imponendæ, minor præualet. pag. 251.
Pœna corporalis, ſeu pecuniaria quando procuratorem requirit. pag. 355.
Pœnæ diuerſæ, diuerſa tempora requirentes. pag. 378.
Pœnam commutare poſt latam ſententiam nõ poteſt Iudex. pag. 379.
Pœna a mulcta quomodo differat, & quid requirat. pag. 321.
Pœnitentiam ſibi ab Inquiſitore impoſitam perficere renuens quid. pag. 3.167.
Pœnitentiam ſibi ab Inquiſitore impoſitam perficere omittẽs quid. pag. 315.
Potentia malitiæ quæ, & qualis timeri dicatur. pag. 21.98
Præceptum pœnale inuentum fuit a malis iudicibus. pag. 334.
Præceptũ an poſſit per Iudicem fieri ſine cauſæ cognitione. pag. 334.
Prælatus alios, & non ſe corrigendo, delinquit. pag. 335.
Prælatus quis ſit, vel dicatur. pag. 334.
Præſumptio quid, & quotuplex ſit. pag. 338.
Præſumptio violenta ſola eſt ſufficiens ad condemnandum. pag. 343.
Præſumptio præſumptionem elidit. pag. 400.501

Præſumptio quomodo elidat indicium. pag. 180.
Præſumptione non præuia reus interrogari non poteſt. pag. 203.
Præſumitur contra hæreticum in dubio. pag. 358.
Præſumitur contra criminoſum, vel morboſum. pag. 343.
Præſumptionibus validioribus ſtandum eſt. pag. 342.
Præſumptio quid operetur. pag. 477.
Præſcriptio quare ſit inuentá. pag. 448.
Prætor quomodo poſſit iudicari. pag 337.
Præuentio quomodo cauſetur. pag. 337.
Præuentio quomodo augeat. pag. 211.
Princeps ſolus impunitatem promittere poteſt. pag. 356.
Princeps abſolutus eſt a ſolennitatibus iudicialibus. pag. 344.
Principis auctoritas. pag. 378.
Principes contra Iudæos ad quid teneantur. pag. 347.
Principale maleficium conſtare quando debeat. pag. 132.
Principium dicitur quod eſt ante medium. pag. 347.
Priuilegium quid ſit. pag. 346.
Priuilegium fiſco damnoſum, & contra mores &c. pag. 347.
Probatio in criminalibus luce meridiana clarior eſſe debet. pag. 348.
Probatio præſumpta, & per cõiecturas in quibus admittatur. pag. 348.
Probatio quid ſit. pag. 347.
Probatio per torturam quando tollitur. pag. 452.
Probationis gradus qui ſint. pag. 349.
Probabilia, & veriſimilia quæ ſint. pag. 177.
Proceſſus nullus reſpectu Iudicis. pag. 354.
Proceſſus error nõ attenditur quando reus delictũ confitetur. pag. 353.
Proceſſus nullus. pag. 352.
Proceſſus, & teſtium publicatio quando fieri debeat. pag 313.358
Proceſſum tardare ſtudentes quid mereantur. pag. 133.
Procurator in criminalibus quando admittatur. pag. 356.
Promiſſio liberationis quando teneat. pag. 320.319
Promiſſio quomodo intelligatur. pag. 357.
Prorogata iuriſdictio quid dicatur. pag. 357.
Proteſtatio quid, & quibus proſit. pag. 86.
Publicum tripliciter dicitur. pag. 346.
Puniri debent verba contra fidem etiam iocoſe prolata. pag. 360.
Pupillus delinquens mitius punitur. pag. 360.
Pupillus regulariter non accuſat. pag. 17.
Purgatio vulgaris omnino probibita. pag. 360.
Purgatio canonica cui indicenda ſit. pag. 111.361

Purgatio qualiter fiat. pag. 362.
Purgatio vbi fieri debeat. pag. 363.
Purgatio iurata. pag. 366.
Purgatiuum indicium. pag. 421.

Q

QVadragennalis præſcriptio in cauſa fidei quomodo obſeruetur. pag. 366.
Quadragennalis præſcriptio non habet locum in bonis hæreticorum confiſcandis. pag. 141.
Qualitas perſonæ, loquendi modus, & ſcandalum datum conſiderari debent. pag. 161.
Quæſtionandi vſus, & conſuetudo qualis ſit. pag. 99.
Querelare, vel accuſare quis poſſit. pag. 367.

R

RAnarum productio. pag. 534.
Raptores virginum puniri quomodo debent. pag. 368.
Ratificatio extra torturam per diem naturalē differri quomodo debeat. pag. 214. 445
Ratificata confeſſio quid faciat. pag. 70.
Receptatio, & receptatores quid ſit. pag. 368. 369
Receptator ſecundum canones quid ſint. pag. 506.
Reconciliatus quomodo ad dignitates promoueri debeat. pag. 164.
Reconciliatorum ſententia qualis eſſe debeat. pag. 394
Recuſari quomodo poſſit Iudex. pag. 273.
Recuſandi Iudicem modus ſeruandus. pag. 221.
Rediens poſt ſententiam non poteſt ab Inquiſitore recipi. pag. 162.
Redeuntes ad fidem hæretici quas pœnas euadunt. pag. 328.
Regulares prælati contra ſubditos in cauſa fidei procedere quomodo debeant. pag. 371.
Rei complexio maxime in tortura eſt conſideranda. pag. 445.
Reiudaizandi forma qualis ſit. pag. 442.
Relapſus occultus quomodo recipiatur. pag. 161.
Relapſi quare non recipiantur. pag. 166.
Relapſorum bona confiſcari debent. pag. 165.
Relapſorum, & impœnitentium pœna qualis eſſe debeat. pag. 166.
Relapſi qui dicantur. pag. 4. 381. 487.
Religioſus hæreticus grauius punitur. pag. 61.
Renūciare ſuis defenſionibus quādo, & quomodo reus poſſit pag. 99.

Repetitio teſtium quando ſit neceſſaria. pag. 444.
Repetitio illicita qualis ſit. pag. 448.
Replicatio paris criminis, & reſtitutio in integrum. pag. 381.
Requirere Epiſcopũ quando, & quomodo debeat Inquiſitor. pag. 447.
Reſcindi debent hæreticorum contractus. pag. 140.
Reſidere qui debeant clerici. pag. 381.
Reſpectus familiæ, & conditionis quid faciant. pag. 456.
Reſtitutio in integrum cui denegetur. pag. 286.
Reus quando ſit abſoluendus. pag. 282.
Reus de ſociis quomodo, & quando interrogari poſſit. pag. 484.
Reuocatio confeſſionis prioris quando admittatur. pag. 450.
Reuocatio cõfeſſionis prioris in mortis articulo quid operetur. pag. 383.
Reuocare ab errore aliquem renuens errare ſe oſtendit. pag. 478.
Rex Siciliæ Papæ miniſter fuit, & non dominus. pag. 232.
Rigor legis quando, & quomodo a iudice temperari poſſit. pag. 286.

S.

Sacerdos in teſtem adductus de confeſſionibus taceat. pag. 351.
Sacerdotes, vel clerici hæreticis fauentes quomodo puniri debeant. pag 134.
Sacramenta quæ & quando laicus poſſit adminiſtrare. pag. 385.
Sacrilegium quomodo committatur. pag. 385.
Saraceni quomodo, & quare tolerentur inter chriſtianos. pag. 234.
Sacrificia dæmonibus offerentes quando hæretici vel ſuſpecti dicantur. pag. 33.
Sagacis, & idiotæ differentia in dandis indiciis defenſoriis. pag. 185.
Scandali timor quid faciat. pag. 386.
Schiſmatici ab hæreticis quomodo differant. pag. 386.
Schiſmatici pœna qualis. pag. 387.
Scientia doctoris, & teſtis quomodo differant. pag. 386.
Scribens vel recitans aliquid in damnum officii Inquiſitionis. pag 412.
Scripturam ſuam non probans quomodo puniatur. pag. 286.
Scriptura quæ publica, quæ authentica, & quæ priuata. pag. 388.
Secularis poteſtas de crimine hæreſis nõ poteſt ſe intromittere. pa. 38[illegible]
Securus eſſe debet locus iudicii. pag. 271.
Sede vacante Inquiſitor capitulum requirere non tenetur. pag. 125.
Sedere debet Iudex quando ad eum veniunt aduocati. pag. 244.
Sedere debet Iudex in iudicando. pag. 271.
Seipſum conſtituens aduocatis quomodo non egeat. pag. 185.
Semiplena probatio quæ ſit. pagi 390.

IIii

Semina in elementis quomodo ſint. pag. 534.
Senex quis dicatur, & an, & quando torqueri poſſit. pag. 390.
Sententia qualis eſſe, & quomodo ferri debeat. pag. 401.
Sententia declaratoria requiritur in bonorum confiſcatione. pag. 41.
Sententiam iniuſtam iudicis eccleſiaſtici exequi non debet Iudex ſecu'aris. pag. 262.
Sententia ſine citatione quæ ſit. pag. 305.
Sententia lata ſine probationibus qualis. pag. 336.
Sententia lata ex ſolis præſumptionibus temperari debet. pag. 339.
Sententia quæ interlocutoria, & quæ diffinitiua dicatur. pag. 391.
Sententia diffinitiua lata non poteſt corrigi circa principale. pag. 393.
Sententia qualis eſſe debet, & quomodo ferri debeat. pag. 401.
Sepulturæ eccleſiaſticæ tradere quid ſit. pag. 329.
Sepultura eccleſiaſtica carere debent hæretici. pag, 328.
Serapidis miracula qualia fuere. pag. 533.
Seruilis, & liberæ perſonæ differentia. pag. 182.
Seruus quis dicatur, & quando torqueri poſſit. pag. 402.
Seueritas in atrocioribus militat. pag. 244.
Signa leuia ad inquirendum de hæreſi. pag. 189.
Simonia tam in dante quam in recipiente quomodo conſiſtat pag. 258.
Simonia quando, & quomodo hæreſis dicatur. pag. 402.
Similitudo, & diſſimilitudo nimia in dictis teſtiũ quid faciat. pag. 437.
Simpliciter, de plano, ac ſummarie procedere quid ſit. pag. 351.
Singulares teſtes qui dicantur. pag. 419.
Socij criminis confeſſio in crimine hæreſis quid faciat. pag. 74. 123. 178. 403.
Solennitates iuris ſeruari debent in enormi crimine. pag. 119.
Solennitas iuris ciuilis, vel iuris gentium, non autem diuini quandoque tollitur. pag. 103.
Sortilegi non hæretici qui ſint. pag. 503.
Spadachiari quandoque debet enormis peccator. pag. 119.
Spiritus boni occurſus teret primum pag. 530.
Spoliatus vt torturæ ſupponatur quid. pag. 448.
Sp[illegible]e indici ſe offerens. pag. 341. 491
Sportulæ a quo Iudice peti poſſint. pag. 404.
Statuta ad hæreſim pertinentia interpretari qui poſſint. pag. 404.
Stylus curiæ quid faciat. pag. 405.
Stultus quis dicatur. pag. 528.
Subditi obedientiam præſcribere non poſſunt. pag. 405.
Subditi ratione delicti qui dicantur. pag. 208.

Subſcribens ſcripturæ alienæ quomodo ſibi præiudicet. pag. 477.
Supplicium vltimum quid ſit. pag. 405.
Suſpenſus ab officio quid poſſit. pag. 405.
Suſpenſus celebrans, vel per annum perdurans. pag. 406.
Suſpectus leuiter, vehementer, & violenter quid ſit. pag. 408.
Suſpicio quotuplex. pag. 406.
Suſpicio vehemens quando tranſit in violentam. pag. 122.
Suſpicio ſi oriatur contra Papam. pag. 207.

T.

TAcens, & taciturnitas in iudicio quid operetur. pag. 316.
Taciturnitas digna ſindicatu. pag. 337.
Terminus iuris quantus, & qualis eſſe debeat. pag. 417.
Terminus ad dandos, vel recipiendos apoſtolos. pag. 25.
Termini tres in citatione ſub excommunicationis pœna. pag. 54.
Terror quomodo dicatur tortura. pag 175.
Terribilem ſe oſtendere quando debeat Iudex. pag. 241.
Teſtem corruptum producens qualiter puniatur. pag. 356.
Teſtes vnde dicti, & teſtium qualitas quæ eſſe debeat. pag. 419.
Teſtes ſingulares qui dicantur. pag. 419.
Teſtes quot requirantur ad depoſitionem Cardinalium. pag. 425.
Teſtes in teſtamentis requiſiti. pag. 426.
Teſtes quando torqueri debeant. pag. 460.
Teſtes a quibus citari, & cogi debeant. pag. 416.
Teſtes alias non admittendi quando admittantur. pag. 432.
Teſtes non tantum in ſubſtantia, ſed & in cortice verborum quandoque concordari debent. pag. 434.
Teſtes alias reprobati cõtra de hæreſi ſuſpectos admittuntur. pag. 12.
Teſtes integri quales eſſe debeant. pag. 123.
Teſtis faciens indicium qualis eſſe debeat. pag. 173.
Teſtis corruptum ſe aſſerens, vel nimium deponens. pag. 430.
Teſtis, & denunciator, quando eſſe poſſit. pag. 433. 476
Teſtium inhabilium fides qualis ſit. pag. 12.
Teſtium ſingularium multitudo quid faciat. pag. 481.
Teſtium nomina ſupprimi quando debeant. pag. 97.
Teſtium qualitas quæ ſit admittenda. pag. 190.
Teſtimonium de auditu alieno quando, & quomodo probet. pag. 431.
Tinila quid ſit. pag. 444.
Turbans quis, & quando dicatur. pag. 123.

Torqueri ob quæ poſſint presbyteri. pag. 335.
Torqueri qui poſſint. pag. 450.
Torqueri volens quomodo poſſit, vel non. pag. 453.
Tortura quid ſit, & quomodo a quæſtione differat. pag. 443.
Tortura a quibus incipi debeat. pag. 449.
Torturæ quinque gradus. pag. 455.
Tortura ſine miniſtris. pag. 459.
Tortura vana quando dicatur, & ſit. pag. 181.
Tortura exempti qui ſint. pag. 459.
Tortus ſine indicijs ſi fateatur quid. pag. 70.
Tortus ſuper præcedentibus indicijs quomodo, & quando poſſit iterum torqueri. pag. 71.
Tortus ſi in tormentis moriatur quid. pag. 458.
Tota ſolicitudine quærens veritatem. pag. 493.
Tranſeuntes, ſeu redeuntes ad externos ritus. pag. 29.
Trepidatio, balbutio, & variatio quid faciant. pag. 176.
Tria hæreticum facientia. pag. 493.
Trina monitio, vel vna pro tribus quomodo, & quando requiratur. pag. 311.
Turpitudinem ſuam tegere quilibet tenetur. pag. 435.
Turpitudinem ſuam allegans in iudicio quãdo audiri debeat. pag. 460.
Tutia virgo veſtalis. pag. 533.

V.

VAcillans, ſeu varians quis ſit. pag. 462.
Vacillatio in iudicio quomodo puniri debeat. pag. 433.
Vagabundus quis ſit. pag. 462.
Varius quis dicatur pag. 435.
Vehemens ſuſpicio iterata tranſit in violentam. pag. 2. 122. 414.
Vehemens ſuſpicio tenet illum qui ab hæretico compoſitum librum recipit. pag. 288.
Vehemens vehementi ſuſpicioni ſuperueniens. pag. 341. 462.
Veniam petens ab Inquiſitore quomodo reus præſumatur. pag. 484.
Verbum hæreticum dicens qualiter ſit iudicandus. pag. 463.
Verba contra fidem etiam iocoſe proferens punitur. pag. 134.
Verbalis degradatio quid operetur. pag. 102. 104.
Veritatum catholicarum genera quot ſint. pag. 89.
Veriſimile ſemper eſt conſiderandum. pag. 176.
Veriſimilia quæ ſint. pag. 177.

Vicarius Epiſcopi qualem habet auctoritatem. pag. 465.
Vicarij Inquiſitoris ætas qualis ſit. pag. 197.
Vicarius Inquiſitoris a quibus amoueri poſſit. pag. 464.
Vicinus vicini facta ſcire præſumitur, & quæ vicina dicatur. pag. 466.
Vincire, & eleuare non leuis eſt tortura. pag. 175.
Violenter ſuſpectus quis dicatur. pag. 409.
Violenter ſuſpectus tamquam hæreticus eſt puniendus. pag. 414.
Violenta ſuſpicio ſola ſufficit ad condemnandum. pag. 343.
Vitans fidelium conſortia, vel diuina fugiens. pag. 414.
Vnctio extrema relapſis dari non debet. pag. 512.
Vni tantum quando, & quomodo credatur. pag. 214. 443.
Vnio gentium ad finem illicitum facta quid. pag. 466.
Vnius teſtis dictum quid faciat. pag. 467.
Vnum factum pluribus legibus puniri poteſt. pag. 467.
Vniuerſitas quomodo in vno ſolo conſeruetur. pag. 467.
Voluntas delinquentis qualiter attendatur. pag. 466.
Voluntas non finitur morte. pag. 466.
Voluntas ſine effectu quomodo puniatur. pag. 499.
Voluntas coacta quomodo præualeat. pag. 435.
Volentem torqueri vt ſic torqueri non debet. pag. 453.
Vſurarum cauſæ ad quos ſpectent. pag. 274.
Vſuram non eſſe peccatum aſſerens eſt hæreticus. pag. 468.
Vtens falſo inſtrumento in iudicio quomodo puniatur. pag. 468.
Vtilitas ex iudæis quæ ſit. pag. 149.
Vxores hæreticorum quando, & quomodo amittant dotes. pag. 439.
Vxor hæretici quomodo ſe habere debeat. pag. 469.
Vxorem publice ducens clericus, vel religioſus eſt de hæreſi ſuſpectus. pag. 469.
Vxores plures ducens quomodo puniatur. pag. 469.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

Pagina Verſu.

2. 5. *mallei maleficarum.*
20. *in margine. nomina.*
32. *in margine. inuocantes.*
40. 6. *primo quolibeto.*
90. *in margine. ſcripturam.*
106. 6. *ſecundum conſuetudinem.*
108. 12. *lib. 6. manifeſte.*
13. *anchar. etiam dicit quod.*
113. *in margine. quando poſſit*
119. *in margine. pares ſint.*
224. 15. *incipien. Vt commiſſum.*
273. *in margine. veritatis, & calumniæ.*
282. *in margine. reſtitutio in integrum.*
305. *in margine. notorii.*
347. 24. *ocij tui & laudo.*
498. 9. *alloquendi aliquem.*
17. *auxilium præbens.*
562. 21. *dictum .N.*
563. 12. *maxime ſi falſum.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SERIES CHARTARVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO
PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAa BBb CCc DDd
EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp
QQq RRr SSſ TTt VVu XXx YYy ZZz, AAaa BBbb
CCcc DDdd EEee FFff GGgg HHhh IIii.

Omnes ſunt duerniones.



R O M AE,
Apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camer
Anno. M. D. LXVIII.

LABORATORIO RESTAURO
A. Lombardi
Via Valsolda n. 125-127
1971
Digitized by Google